

REVER. P. FRATRIS

# GIVNIPARI A DREPANO,

SACRÆ THEOLOGIÆ LECTORIS GENERALIS,

Ordinis Minorum ſtrictioris Obſeruantiæ Reformatorum Prouinciæ Siciliæ Patris, & iam S. D. N. VRBANI VIII. Capellani Pœnitentiarij apud Lateranum,

## PRO IVRIS PONTIFICII DEFENSIONE

## *DISPVTATIONES COMMENTARIÆ*

In nouam eiuſdem Sanctiſſimi extenſionem Reuocatoriæ conſtitutionis omnium Priuilegiorum viuæ vocis oraculo factorum GREGORII XV.

*In quibus pro viribus Summi Pontificis legiſlatiua poteſtas in ferendis reuocandíſque fauorabilibus legibus contra nonnullos defenditur.*

Opus Regularibus quammaximè neceſſarium.



LVGDVNI,

Sumptibus LAVRENTII DVRAND.

*M. DC. XXXVII.*

CVM SVPERIORVM PERMISSV.



ILLVSTR. ET REVER. D.

# D. LAVRENTIO CAMPEGIO,

EPISCOPO SENOGALLIENSI, COMITI S. Petri in Vaccharili, &c. S. D. N. VRBANI Papæ VIII. ad Potentiſſimum PHILIPPVM IV. Hiſpaniarum, & noui Orbis Regem Catholicum Nuntio,

*Fr.* GIVNIPARVS *à* DREPANO *S. P. D.*

ILlud mihi erat optandum, ILLVSTRISSIME PRÆSVL, vt ſicut tibi animo ſcilicet fuerim addictiſſimus, eſſem & publico quaſi ſeruitutis, & obſequij erga te mei teſtimonio, quod nec tam citò marceſceret, vt animi ſolet gratia, nec facilè decideret, vt familia-

ritas conſueuit, nec interiectis ſpatiis, per latam annorum ſeriem, quod ſolet, obliuiſceretur amor; ſed eò duraret, quò typis reſcriptum perſeuerauerit, quod vetuſtas nulla nigro, fumoſóque puluere tacita oblitteraret, quod nulla temporis obliuio die longa deleret. Et, vt meliùs dixerim, pari cum Auorum tuorum gloria nunquam intermoritura fama nobiliſſimæ familiæ per omnium ora ſæculorum verſaret. Quippè eos Maiores, & Patres habuiſti, ô ILLVSTRISSIME LAVRENTI, qui etſi annos tuos præceſſerunt, glorioſam tamen in te vno ſibi poſteritatem conſecrauerunt, hi ſcilicet non ſolùm ſanguinis claritatem Auorum ſuorum ſeruarunt, ſed ita terra, maríque, & armis, & toga illuſtrarunt, vt in te dignam huc vſque familiæ nominis tui nobilitatem transfuderint. Hinc ſanctæ Romanæ Eccleſiæ mihi occurrunt purpurati Patres Cardinales Campegij, de quibus adeò viſa eſt benemereri Cardinalitia purpura, vt quod in Parente fuerat acquiſita ſplendoris ambitioſa, quaſi quodam fauſtu dignitatis, & meriti voluerit in filio quoque eſſe propagatum: vnde & Parentem, & filium Cardinales ambos ſancta Romana ſub Pont. Max. Leone X. & Iulio III. iuſſerit Eccleſia. Variiſque functis muneribus in Sedis Apoſtolicæ authoritatem, gloriam ſuo partam merito non abſolui, ſed propagari, Parens videret in filio, & filius tali hæreditate diues, Patris purpuram tot auctam meritis non tam acciperet, quàm præcelleret. Fulſit itaque Purpuratus Pater quaſi in filij exemplar. Sequutus & Purpura filius, nequaquam degener in dignitate pari, vti in virtute hæres magis, quàm ſanguine, nec Roma deſiderauit in filio illud meritorum faſtigium, quod fuerat in Parente mirata. Quid quòd Piſanæ claſſis ductores nominis tui commemorem? quanto campo æquoris ô Campegi dilatatus per amplos marium tractus, exurges fama? quanto domus, ac familiæ tuæ ſplendore coruſcus eniteas? Viderunt enim ſuperiores ætates Auorum tuorum Parentem Vgulinum Campegium maritimæ claſſis pro Piſanis Præfectum tanto honoris cumulo adauctum, vt quod in aliis ad nauticum vſum claſſibus eſſet ferrum, in Vgulini trireme id præſtaret argentum. Hinc ſtemmate familiæ tuæ duæ argenteæ anchoræ albeſcunt, & quod olim Phœnicum gloriæ inſeruiens Strabo dixerat, Vgulinus vel ſua virtute perfecit, vel ſua opulentia renouauit. Et quando de præclaro familiæ tuæ ſtemmate gentilitio memini: mirum eſt quod mente quaſi indigeſta mole de te conceperam, neſcio quo facili iure prodor in lucem: Canis vt Vmber viuidus adeſt in eo, necnon Aquila, ſeu Halietus apertis alis exurgit, numquid tali cogitatione pertrahor, vt gentis tuæ ditio videatur, quaſi in breui quodam compendio in elementa diffundit? An Anchoræ conſtantiæ decantata ſymbola maris tibi irrequieti ſemper proſternant, & alligent volubilitatem? An Catulus terreſtre animal, & vigil, & cuſtos ſua fidelitate conſtantiæ præconium accinat? An vti Anchoræ mare, hoc terram animal notet, & ne tibi anguſta poteſtas his globis videretur parua concluſa, in Aquila illa volante aëreos tibi quoque tractus ſubiiciat? An denique tanta maiorum tuorum gloria, vt hanc Neptunus ambiret, & terra venatica quaſi vi quadam olfaceret, & nobilis fama pennis Aquilæ hanc vndequaque deferret? Eſto eorum quod libet. Mihi quidem ſatis eſt, & ſuper, quo nominis tui fama luſtrauit. Et vt de cæteris ſileam, & de illo dumtaxat ſingulari vnóque præeuntis merito tuo eloquar, quo nimirum ſempiterna beneuolentia Apoſtolicam Sedem tibi deuinxiſti, quo videlicet facto egregio,

qua negotiatione, quo te vno Auctore, & Gubernatore illi Vrbini ſtatum ſubuiſiſti, quam hanc humanæ prudentiæ tuæ induſtriam, non ſolùm maiores tui potuiſſent ambire, ſed eorum factis vel tu cumulum addidiſti, vel nominis tui lauream æternitati demandaſti, potéſtque iure optimo Roma de propagatis finibus, de dilatato Imperio, de ditione acquiſita, te vnum celebrare ductorem, & ita ſanè, vt nec Scipiones, nec Fabios, nec Cæſares Auguſtóſque deſideret ſuſcitatos, itaque lucubratiunculam hanc quoque meam tuo deuotam nomini ſine dubio luſtraturam, quippe Bullam Sanctiſſimi Domini noſtri VRBANI VIII. quam Motu proprio, vt aſſolent Pontifices in emolumentum totius Reipublicæ Chriſtianæ, tulit: in lucem edere quando deſtinabam, cui ingenij mei labores melius, quàm tibi conſecrarem? à cuius Anchora tutus naufragia non timerem, & catulo tuo quoque defenſus inſultantium ictus effugerem, & Aquilæ tuæ nobilitate fama mihi quoque cohoneſtarem volatus, tibi, inquam, LAVRENTI ILLVSTRISSIME, qui Summi ipſius Pontificis apud Catholicam Maieſtatem Perſonam agis, tot notus muneribus prudentiæ, vt ſicut te illorum officio reddidere quattuor illi moderationis tuæ apud Vrbinum anni, ſic te ad grauiora vocatum munera ad Hiſpanias pro extraordinario Nuntio illuſtriorem qua dexteritate, qua morum tuorum ſuauitate, quo candore, & comitate tot impoſiti Atlantes humeris tuis, tot demandatæ prouinciæ præſtiterunt indefeſſum ſemper, & peruigilem Præſulem vniuerſa te Italia mirata, ſiue nunc, anno ſcilicet Iubilei ad Sabaudiæ Ducem temperandum Sedis Apoſtolicæ nomine legatione fungeris, ſiue Nunciaturæ titulis refulges, ſemper tibi vni par ſemper prudentia ſingulari Pontificiam authoritatem ita es ſummo decore ſuſtentatus, vt in eo dumtaxat munere aliis ſpem omnem te imitandi ſuſtuleris, & admirationi ſolum locum poſteris te colendi relictum effeceris. Vrbani itaque ſicut nutus vereris, & nomen, ſic & eius tibi cara omnia, quæ eius ipſius nomine ſunt inſignita, vel eius iuſſu parata cognoſcis. Accipe ergo hanc qualemcumque animi erga te mei ſignificationem, non tam ingenio elaboratam, quàm beneuolentia ſtudioſam, non tam eruditam, quàm conſonam veritati, non tam fucatam expoſitionem, quàm expeditionem ex ipſa iuris luce depromptam, non vt diſputationem excitarem, quam vt potiùs tollerem, qualíque via incedendum oſtenderem. Et certè quaſi ingratiis hanc mihi anſam arripuiſſe, ô LAVRENTI ILLVSTRISSIME, ſum viſus, vt mihi ſcilicet eſſes tua virtute Patronus, & tui nominis fronde corona, inuenirémque in te vno quod optabat Tiberius Cæſar, cùm tonabat ſalutis præſidium, ſcilicet contra maledicentium fulmina, & quaſi laureo tutus baculo eorundem effugeret inſidias, & præſciam laboribus ſimul meis coronam; qua tui nominis largitate donatus, cuius tu collati beneficij, quod extra animi magnitudine ſæpè ſoles vbi obliuiſceris, ſic ego accepti numquam. Quamobrem huic me publico addixi teſtimonio, vt monumentum foret obſequij erga te mei ſempiternum. VALE ſis fœlix.

AD

# AD LECTOREM.

TANTA mihi, *Lector optime, candoris tui, & amoris fiducia eſt, vt de tua nequaquam timendum ſeueritate, & de graui tuo ſupercilio minimè dubitandum meritò ratus fuerim; quippè apud litteratos, eruditóſque apprimè viros, illud negotium minimè faceſſere conſueuerit, ſi nimis videlicet lautè, ſi opiparè quis ſcripſerit, ſed ſi neruosè, ſi ſucci plenè, ſi veritati conſonum, ſi acutè diſputauerit, laudatum ſemper, admiratum eſto. Itaque incompti ſtudij mei, vtpotè extra Bibliothecam, extra patriam, aduenam, hoſpitémque me ſcripſiſſe excuſationi alicui locum dediſſe, quis iuerit inficias, ſi ſcilicet in re tanti momenti, vti ſunt lucubrationes circa Pontificias Bullas. Si, inquam, non, vt par erat, pleno, vt aiunt, cornu, non ſe fuderit copia, ſi lucubratio quaſi extemporanea, ſi improuiſa, ſi ſenſibus non ſit referta congruis, ſi ea, quæ adoptauerim, non ſint, vt res poſtulabat, fortè cognita, ſi aliena non ita interluxerint, ſi quæ ſunt accerſita, non ita vim redarguant, ſi cætera ſupra modum denſa, ſi hiulca denique nonnulla patuerint, & ſi quæ his ſimilia, adamuſſim non adeò alicui elaborata iura videbuntur, vel induſtria fabrefacta, expolitáque ingenio, donet mihi hanc noxam velim, & bonus aliquid tempori indulgendum ducet. Quando ego in Hiſpanijs apud Catholicam Regiam Maieſtatem negotijs præpeditus, & religionis reformatæ diſciplinæ addictus, vix reſpirandi per tempus licuerit, tanta mole quaſi obrutus hoſpes, viatórque degerim. Lege læto animo opuſculum hoc non ludricum in ſerijs, non alienum in meis, non fabuloſum in ſacris, & expecta interim palato tuo morem donec geſſerim quis ſcit lautiùs ſuſpirantis Eccleſiæ opuſculo, nota fortè meliore, quod limitatum volo, & ſtudere cura, & labore pariam.* VALE.



## Iudicium Doctiſſimi, ac Perilluſtris Reuerendiſſimíque Doctoris AVGVSTINI BARBOSÆ, Protonotarij Apoſtolici, ac Theſaurarij inſignis Eccleſiæ Vimarenſis.

*Reuerendo admodum P. Fr.* GIVNIPERO *à* DREPANO, *S. Theologiæ Lectori generali, Prouinciæ Siciliæ Patri.*

ACCEPI, & vidi ingenij tui, P. admodum R. lucubrationes de iuris Pontificij defenſione, & ea lumina me ſpectaſſe ſum viſus, qualia poſſent Eccleſiæ celſitudinem illuſtrare doctrinâ: quamobrem ſi illud laudandum in vnoquoque eſt, quod ſui ipſius eſt, vel quòd familiam habeat formoſam, vel pulcram domum, aut quòd multum ſerit, & multum fœnerat; nihil horum, teſte Seneca, in ipſo quem laudas, eſt, ſed citra *Epiſt. 41.* ipſum. lauda, ait Philoſophus, in illo, quod nec eripi poteſt, nec dari; lauda, quod proprium hominis eſt. quæris quid ſit? Animus, ratio in anima perfecta; quid autem ſit ratio; res facillima in te, P. R. tam ſublimi indole culta, tam doctrinarum varietate probata, tam religione, & candore illuſtrata, vt nihil, quod aſſumpſeris, non ſit perfectum, nihil, quod non perfeceris, non ſit coronatum. nihil habes in tuis quæſtionibus, quod S. Theologiæ non inſeruiat, iuri Canonico non militet, & ciuili quod non famuletur. per omnia ita ſubtiliter excurris, & grauiter, ita vniuerſa iura reuoluis, tam prudenter, & ſollicitè, ita penna quaſi præpeti, & indefeſſa veheris, vt non ſolùm ſapientiæ naturalis fines videris perluſtraſſe, ſed exceſſiſſe; & paucis de te illud audeo dicere, quod de S. Auguſtino Voluſius, Legi deeſt, quicquid ab Auguſtino contingit ignorari, iure vtroque deſiderari videtur, quod Paternitas tua vel non attingit, vel non innuit. laus enim thus eſt, quod ſicut Deo dumtaxat adhibetur, ſic dignis laudis præconia exhibenda. At verò tanta animi tui virtus, vt vel iſthæc non expectet, vel ſi præſtentur, non intumeſcas. Maris vaſti eſt, redundantiam in ſe excipere fluuiorum, & non ideo augeri, nec ſuos propterea fines obruere; adeò tibi conſtas, adeò, teſte conſcientia, dignus es, vt etiam ſi quæ hominum ora de te prædicant, carere contingeret, nec te imminutum ſilentio, vti nec auctum nomine tete agnoſceres. Solidum illud eſt fundamentum

mentum virtutis,quod venti flabris etiam ſi vapulet, non ſe mouet. Ego vtrumque in te video, doctrinæ ſpecimen celebro, & Religionis tuæ modeſtiam admiror, altero pluris inſtruor ad diſcendum, altero proficio ad imitandum. Nolo nemo me laudet,quòd adulari videar; nolo nemo me carpat, quòd parcus eloquar; alterum non eſt mei moris, & ingrati animi eſſet alterum; egregia non laudare, ſilere de merito,tacitus præterire decora,& pulchris non capi rebus, aut rudis, aut aſperi agreſtíſque ingenij. Perge cætera,ſi quæ curas, & me,vt facis, ama. VALE. Matriti 4 Kal.Martij,anno 1636.

*Tuus ex animo*

Doctor AVGVSTINVS BARBOSA.

---

## *Iudicium Reuerendi admodum P. Fratris* GREGORII *de* SANTIGLIANA, *Ordinis S.Franciſci de Obſeruantia Lectoris Iubilati in S.Theologia, ſupremæ Inquiſitionis Hiſpaniarum à Conſultis, de ingenio Auctoris, in operis laudem.*

Reuerendo admodum P.Fr.GIVNIPERO à DREPANO, S.Theologiæ Lectori generali,Prouinciæ Siciliæ Patri.

PRETIOSA *animi ſupellex, ingenium, inquam, tuum R.admodum P.*IVNIPERE,*ita me ſemper delectat,vt in tuas me ſæpe rapiat laudes; hinc enim te velocem admiror in aſſequendis aduerſariorum effugijs; hinc te expeditum intueor ſine vllo penè onere,ac labore in reſpondendo obiectis. Proh! Bone Deus, quàm acutè inuenis, quàm accuratè diſponis, quàm grauiter æquabili conſtantia diſſeris, & quàm perutiliter excogitata concludis. Quid tandem dicam? te promptum, & verſatile habere ingenium? Eſto Marci Catonis Cenſorini laus iſta; Epaminundæ à Græcis tribuatur hæc laurea;concedant Perſæ ſuo Cyro iſtud encomij: non ego te facilis,& leuis ingenij dixerim, quòd inconſtans ſibi non poſſis conſiſtere, nec ita lubricum, vt facile ire poſſis, quò nolis; ſed ingenium tuum malo bonum extollere, quàm excellens. quod illud in malum flecti nequit, hoc in diuerſa volubile eſt. Excelluit olim Lucius Catilina, ſed nequiter, & prauiter; ingenium magnum; ſuſpecta res eſt ſola magnitudo; magni plerumque errores ex magnis prodière ingenijs; ſed illud modeſtiæ, & bonitatis,pietatíſque germen ingenij,ac lumen ſæpe contemplor, quo verum rectè inſequeris, & falſum declinas, qua indole natura dotatus, vt in omnibus, quod præſtantiſſimum eſt, ſeligas, & laneo palliolo tam beatum pares ingenium, ex cuius pretio Diſcalceati nomen opuleſcat; elucet enim in tuis controuerſiis pro iure Pontificio nobilis affluentiæ conceptus, futuræ felicitatis appetitus; mentis quædam illuſtratio, quorum primo nihil honeſtius, ſecundo nihil efficacius, tertio nihil ad amborum compendioſam adeptionem vtilius. At parco modeſtiæ tuæ,quamuis in te locum illud habere non poſſit, decora ingenia gliſcente laudis blanditie deteruntur: non enim adulari ipſe didici, nec tu, Pater optime, iſthæc inſectatus ludrica vnquam es. Sed quod aio illud eſt. non quòd audita viſis, ſed viſa auditis laudo in te libentiùs,non præterita, ſed opera tua præſentia veneratione proſequor,quia & his non obrui, ſed inſtrui credo me poſſe. Mos eſt hominum res nouas alienis periculis ſpectare,& experiri velle, ſed quod ego in te ſpectaui, de mea voluntate periculum feciſti, & quod expertus ſum de meo profectu, conſultum eſt. Ieiunum pectus gerebam; & meæ imbecillitatis conſcium me tua doctrina quaſi refici ſentio,& oblector,velut in læta ſegete,vt cum Hieronymo loquar, ad Heliodor. & in vbere agro interdum culmos, ariſtáſque luxuriantes videmus, & delectamur, & quodammodo paſcimur; ſic præclaris in ingenijs apparet mens plena virtutibus, & variarum artium redundat elegantia, vnde & apud Græcos Philoſophos ille laudis eſt aſſequutus magnæ ſuffragia, quod qui omne, quo vteretur, vſque ad pallium, & annulum manu ſua factum eſſe gloriaretur. Tu verò ingenij tui ſpecimen laborem improbum, lucubrationem deſudatam, tuo marte, tibi talem peperiſti, qualem animo gerebas,& vt indolem hanc mentis tui probarem ſpectandam,mihi expoſuiſti. Fateor, te illam ſpirare,& ad amuſſim,& ad vnguem te referre, & ingenij tui lumina præſeferre in omnibus apud apertam lucem eruditorum,non caligante pupula, ſtare poſſe. Perge tandem, & ad laudis tuæ metam propera, ſi tamen vlla tibi,& famæ tuæ perſcribendæ; neſcit enim finibus claudier gloria, quæ te meritorum pennis effundit. tali Religionis noſtræ Ordinem in Hiſpanijs procedis exemplo, quali virtutes ingeniorum nitantur ad ſumma, & magnum deſiderium aduenis Regionibus excitaſti,quando de te,tam inſigne ingenij,& doctrinæ monumentum ſuſtuliſti.* VALE. *Matriti Idibus Ianuarij* 1636.

Criſpus Salaſtius de Catalinæ ingenio.

Plutarchus in Demetrio.

Ariſtot. lib. 8. top.c.5.

Seneca epiſt. ad Clorianum.

Ex lib. Empedoclis.

Cornel. Tacit. lib. 1. An.

Vell. Paterc. lib.2.

Procop. de bello Vandalico lib 1.

Hieron. epiſt. ad Heliod.

Tuus amiciſſimus

Fr. GREGORIVS à SANTIGLIANA.

## *Illuſtriſſime & Reuerendiſſime Princeps,*

Libenter, (ex mandato veſtræ Illuſtriſſimæ Dominationis) cenſoriam fero ſententiam, ſuper his Diſputationibus Commentariis, in nouam Sanctiſſimi Domini noſtri Vrbani VIII. extenſionem omnium Priuilegiorum viuæ vocis oraculo factorum reuocatoriæ Gregorii XV. per admodum Reuerendum Patrem Fratrem Ivnipervm à Drepano, S. Theologiæ generalem Lectorem, Scoti ſubtilitatis æmulum, necnon & noſtræ Reformationis Siciliæ Prouinciæ Patrem dilectiſſimum, atque meritiſſimum; quas accuratè perlegens, perſpicuam methodum, elegantem ſtilum, Patrum lectionem, & totius Iuris Canonici conſonam collectionem, quibus ſupra modum, inueſtigare volentes clauium ſancti Petri poteſtatem, iuuet, miratus ſum. Opus quidem tam vndequaque celebre, vt de eius authore dicere auſim illud Vincentij Lyrinenſis, *O Doctor ingenio, exercitatione, doctrina, eſto ſpiritualis tabernaculi Beſeleel, pretioſas diuini dogmatis gemmas inſculpe, feliciter coapta, adorna ſapienter, adijce ſplendorem, gratiam, venuſtatem; intelligatur, te exponente illuſtrius, quod antea obſcurius credebatur: per te poſteritas intellectum gratuletur, quod antea vetuſtas non intellectum venerabatur: eadem tamen, quæ didiciſti, ita doce, vt cùm dicas nouè, non dicas noua.* Tantas igitur huius authoris opes, & prælo, & æternitate digniſſimas iudico. Sic cenſui Matriti in hoc Regali Conuentu S. Ægidij Diſcalceatorum S. Franciſci, ſexto Idus Septembris anno 1635.

*Vincent. Lyrin.* aduerſ. hæreſ. c. 27.

*Veſtræ Dominationis Illuſtriſſimæ ac Reuerendiſſimæ humilis ſeruus*

Fr. Ioannes Lozano,
Conuentualis Prædicator.

*Illuſtriſſime*

## *Illuſtriſſime & Reuerendiſſime Domine,*

Has Commentarias pro Iuris Pontificij Diſputationes per admodum Reuerendum Patrem Fratrem GivniPervm à Drepano, S. Theologiæ Lectorem generalem, noſtræque reformationis Siciliæ Prouinciæ Patrem, conditas, ex mandato Illuſtriſſimæ & Reuerendiſſimæ Dominationis veſtræ perlegi, ac diligenter examinaui, & nullam nec contra fidem, nec contra bonos mores inueni rem, imò valdè vtiles eſſe. Denique nihil mihi reliquit deſiderij. Quin potiùs, Auctorem (in quo omnia magna) tam in Scholaſtica, quàm in expoſitiua palæſtra inuictum Athletam iudico. Verùm qua in parte maiorem ſit laudem adeptus prorſus ambigo. Scholæ enim inextricabiles nodos, quæſtiones morales ea perſpicuitate ſoluit, eo ingenij acumine perſequitur, ea ſoliditate definit, vt mirum ſit eundem ſic in ſacræ paginæ expoſitione pollere, in enodandis orthodoxorum Patrum decretis nitere. Vnde non ſolùm eos, qui Cathedram ſubtiliori ſtilo controuerſias exagitandi ergò, ſed qui ſuggeſtum aſcendunt, Confeſſiones peccatorum audiunt, magno, & incredibili emolumento, hoc opere omnibus numeris abſoluto fruituros eſſe cenſeo, mecúmque docti cenſebunt. Dat. Mat. in Conuentu Regali S. Ægidij 9. die Septemb. anno 1635.

*Veſtræ Dominationis Illuſtriſſimæ ac Reuerendiſſimæ humilis ſeruus*

Fr. Melchior, ſanctæ Mariæ
Prædicator generalis.

Frater Sebastianvs de Torres, almæ Prouinciæ S. Ioſeph. Diſcalceatorum Seraphici P. N. Franciſci Prouincialis Miniſter & ſeruus. Authoritate Apoſtolica nobis ſpecialiter commiſſa in hac parte, tenore præſentium facultatem concedimus R. P. Fr. Gvinipero à Drepano, S. Theologiæ Lectori generali, Prouinciæ Siciliæ Reformatorum, & eiuſdem Prouinciæ Patri, vt ſeruatis ſeruandis, quæ ad Regales pragmaticas & ſanctiones ſpectant, prælo poſſit dare librum à ſe diſpoſitum, cui titulus eſt, *Pro Iuris Pontificij defenſione Diſputationes Commentariæ*, cùm nobis conſtiterit à viris doctis noſtræ Prouinciæ, quibus illum reuiſendum commiſimus, nil contra Catholicam fidem, bonóſque mores in eo eſſe contentum, ſed cuncta communi vtilitati proficua. In quorum fidem præſentes manu propria ſubſcripſimus, & noſtri officij maioris ſigilli iuſſimus impreſſione communiri. Datum in noſtro Conuentu S. Ægidij Regalis Madriti, die prima Octobris, anno Domini 1635.

*Locus ſigilli.*

Fr. Sebastianvs de Torres,
Miniſter Prouincialis.

## *In laudem Reuerendi P. Fr. IVNIPERI, S. Theologiæ Profeſſoris Ordinis Minorum Diſcalceatorum S. Franciſci, ob Diſputationes Commentarias in extenſionem Bullæ S. D. N. VRBANI VIII.*

### D. FERDINANDVS ADORNAS, V. I. D. Theologus, & ſupremi Senatus Caſtellæ Regius Capellanus.

*PERGE ſublimi, Pater ô, volatu*
*Tollere ardentem, benè tutus extrà*
*Iuniper, mundi data clauſtra magni, &*
*Mœnia mentem.*
*Dædali plumâ, calamóque ſcribe;*
*Fraudis ignaro tibi ridet vni*
*Sanctitas legum, facilis magiſtro*
*Effluit ore.*
*Perge, & Vrbani pia iura mundi*
*Arbitri clara reſerare luce,*
*Purus integra voueáſque ſenſus*
*Ponere ſede.*
*ConſilI, & magni face funeratos*
*Terreas libri, colubros, & hydras,*
*Vre Lutheros. age, dic Latini*
*Iura tonantis.*
*Ille cœleſtes reſerare poſtes,*
*Claudere & cæcas Acherontis oras,*
*Ille Romanum potis eſt in orbem*
*Dicere leges.*
*Noſco, quo vultu quatiat rebelles*
*Hoſtium turmas, ſcelerúmque vindex*
*Qua potens dextra tonet, & nocentum*
*Fulminet agmen.*
*Ille terrarum iubar, ille magni*
*Arbiter Ponti, grauiter premendo*
*Sentiet durum Scytha, vel tremendus*
*Dictus Atlante.*
*Cui minax Albis, domitúſque prona*
*Rhenus in plena famulatur vnda,*
*Cui fluit diues Latialis alto*
*Copia cornu.*
*Et timet ſerus, poſitúſque aduſta*
*Fronte, quem latè dominatur Indus,*
*Currit, & Ganges iterata ſoluit*
*Flumina ripa.*
*Ille cùm ſacris operatur aris,*
*Iura compeſcunt graue claſſicorum*
*Murmur, & pugnax ſilet otioſo*
*Cardine cœlum.*
*En gemit toruo Scythiæ Tyrannus*
*Lumine, & Romæ dominata cernens*
*Tamdiu celſo, ſolidóque ſceptri*
*Pergama nutu.*
*En, ait, cornu minor, & nitore*
*Non mihi ſplendet tenuata vultum*
*Luna, non vltrà maculata fœdo*
*Lumine malas.*
*Viuat æternus, mala, qui ſubegit,*
*Vincat, & cœli ſenio verendo*
*Aſtra, durando iuga Vaticani*
*Vincat & annis.*
*Orbis effuſus, tibi iure lambat*
*Geſtiens plantas, apicem tiaræ,*
*Fronte ſubmiſſa, veneratus omen*
*Numine plenum.*
*Curre, at hinc monſtris tamen efferatis,*
*Necte, qua polles, Superûm catenas,*
*Vi, Pater, magna, Furiáſque certo*
*Compede vince.*
*Fœta ſunt paſſim miſeranda culpæ*
*Sæcula, & Nemæi vigilant leones,*
*Bellua, & Lernæ violenta fœdat*
*Sanguine campos.*
*Fœta bellorum ſtrepuere cantu*
*Cornua, & ferro malè pertinaci,*
*Ardet Europæ facies, & ardet*
*Fulmine Mauors.*
*Ponite, ô Reges, ſatis heu! minaces,*
*Prælia, ab campis nituêre Belgis*
*Milites duri, ſatis ah! cruenta*
*Flumina currunt.*

Squalet

*Squalet hinc tellus, trepidat colonus,*
*Luget imbellis, malè vulneratos*
*Heû, Pater, natos, eiulántque ſparſo*
*Puluere matres.*
*Quin cadit ſacro veneranda ſaxo,*
*Quæ diu ſtaret Pietas, & aris*
*Thura iam nullis, ruit inter ipſa*
*Templa Sacerdos.*
*Barbarus cæco rugiens furore,*
*Quà fides fulget, niueóque ſidet*
*Flamine ardenter metuendus ædes*
*Vaſtat honoras.*
*Durus, & Manes gremio repoſtos*
*Matris antiquæ Furiis laceſſit,*
*Eruit clauſis, cineréſque ſpargit,*
*Oſſaque tumbis.*
*Purpurant noſtro lapides cruore,*
*Corpora, & coruis rapidis relicta,*
*Inter liuoris ſaniem atque hiulca*
*Vulnere fœdo.*
*Paſtor, ô Pacis Pater, ô tuorum*
*Arbiter Regum, cohibe furores,*
*Arma componas, iubeáſque Iani*
*Claudere poſtes.*
*Proh! grauis qualis meliùs periret:*
*Impius ferro Scythiæ maniplus,*
*Vel pharetratis Aſiæ ſagittis*
*Barbara pubes.*
*Herculis Magnus, ſuper ô labores,*
*Ibis, & terra domitâ, Polóque,*
*Stabis æternus, radians trophæis*
*Gloriæ auitis.*
*Fer ſacras leges, & amica legum*
*Iura bellantum cohibent tumultus,*
*Iura commotis dominantur armis*
*Marte ſubacto.*
*Interim Patris Siculi, ſerena*
*Fronte, quæ ſacrat monumenta, Magnus,*
*Accipe, Vrbano, foueáſque alumnum,*
*Numine, paruum.*
*Noſtra ſi quando, meritóque lauro*
*Aucta ſit virtus, operoſa faſces*
*Arte ter plectri, tibi cantet almo*
*Carmine diuos.*

### D. BENEDICTI MANVELIS, V. I. D. Iudicis vrbani in Curia Prætoriâ Panormitana,

*In opus præſtantiſſimum*

Pro defenſione Eccleſiaſticorum dogmatum, necnon Pontificiæ dignitatis poteſtate,

*AVCTORE DOCTISSIMO P. FR. IVNIPERO Siculo è Franciſcanâ familiâ,*

### EPIGRAMMA.

*SVSTENTET ſacram, vox cœlica perſonat olim,*
*Franciſci virtus, ne cadat, alta, domum;*
*Maximus ille Heros conſtanti pectore, vera*
*Quid non exequitur relligione, fide?*
*Iuniperus, ſapiens patris vt ſit gloria natus,*
*Virtute & calamo munus vtrumque ſubit.*
*Stet Roma, vt diuinum æquè amplexatur honorem,*
*Franciſci pietas, Iuniperi eloquium.*

Auctoris

Auctoris operis eruditiſſimi,
Arboris ex hortis Siculis à Diui Franciſci aquis irrigatæ,
Fructum ſuo tempore vberiorem dantis;
Ad ampliorem Romanæ Celſitudinis incolumitatem,
Decretorum fidei integritatem,
Sedis Apoſtolicæ reuerentiam,
Vrbis, & Orbis decus incorruptum æternum;
Folium eius ne defluat.

D. FRANCISCVS IASSONE, *Panormitanus, S. Theologiæ Doctor, Anagrammatiſtico carmine Muſis conſecrat.*

## FRATRI IVNIPERO SICVLO.

*ANAGRAMMA*

## PONTIFICIS IVRA REVELO.

*Credita magnarum cui ſumma negotia rerum,*
*Doctrinâ faueas, conſiliòque tuos*
*Ingenio, virtute potens, quod Roma loquatur,*
*Non niſi Iuniperi clarius ore fluat.*
*Quid mirum ſi mentis opes tot promere, cœli*
*Sorte datum eſt; ipſo in nomine numen adeſt.*
PONTIFICIS *(paucis bene cognita)* IVRA REVELO;
*Nox fugiat, pandunt dogmata clara diem.*

INDEX

# INDEX
## DISPVTATIONVM, QVÆSTIONVM, & Capitum, quæ in hoc Opere continentur.

### DISPVTATIO I.

De explanatione reuocatoriæ huius conſtitutionis Gregorij XV. nouæ extenſionis inſcriptionis. *pag.* 10

QVÆSTIO I.

CAP. I. *Cur Romanus Antiſtes Sanctiſſimus, Beatiſſimus Pater vocetur.* ibid.
II. *Romanus Pontifex quo titulo vocetur Dominus noſter, oſtenditur.* 15
III. *Pontificem Romanum ſolius diuinæ Prouidentiæ eſſe Papam oſtenditur, vbi nonnulla de nominis Pontificis mutatione tanguntur.* 20
IV. *Cur tantùm Romanus Pontifex appelletur Papa, variæ acceptiones etiam huius vocis referuntur.* 27

QVÆSTIO II.

Extenſio conſtitutionis felicis record. Gregorij XV. reuocatoriæ. 31

CAP. I. *Quid ſit Apoſtolica conſtitutio.* ibid.
II. *Epiſtolæ Pontificiæ an leges canonicas inducant, quando in eis ad ſpeciales interrogationes, & conſultationes reſpondent Pontifices.* 37
III. *Expediuntur illæ duæ aliæ particulæ, ſcilicet* reuocatoriæ extenſio. 40

QVÆSTIO III.

Conceſſionum viuæ vocis oraculo factarum. 51

CAP. I. *Quid ſit priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum, & quomodo à reſcripto differat.* ibid.
II. *Priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum an ſit diuidendum iuxta varias, diuerſáſque priuilegij Bullati diuiſiones.* 56

III. *Priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum, diuiditur in remuneratiuum, & conuentionale; explicatur quid vtrumque ſit, & an ſit reale, vel perſonale determinatur.* 60
IV. *Nonnullæ aliæ oraculorum ſpecies breuiter explicantur.* 67

## Disputatio II.

De priuilegiis viuæ vocis oraculo conceſſis Regularibus, confirmatiſque vltimò à Clemente VIII. & Paulo V. 74

### Quæstio I.

An confirmatio Priuilegiorum viuæ vocis oraculo factorum ſit noua illorum conceſſio, vel quid ſit? ibid.

Cap. I. *Quid, & quotuplex ſit confirmatio.* ibid.
II. *Oſtenditur quid ſit effectus confirmationis in forma communi, & quid priuilegio addat.* 78
III. *Determinatur quæſtio.* 81

### Quæstio II.

An confirmatio in qua adeſt clauſula, *ex certa ſcientia*, non tamen eſt inſertus tenor rei confirmatæ, vt ex certa ſcientia, vel potiùs in forma communi? 86

Cap. I. *Ponitur prima ſententia.* ibid.
II. *Adducitur ſecunda ſententia.* 88
III. *Tertia opinio adducitur, & quid ſit ſentiendum ſtatuitur.* 89

### Quæstio III.

An verbum innouandi diſtinguatur à verbo confirmandi, & quid addat confirmationi? 95

Cap. I. *Titulus quæſtionis aperitur, ac dubitandi ratio ponitur.* ibid.
II. *Quæſtioni reſpondetur; argumentáque pro ratione dubitandi diluuntur.* 97

### Quæstio IV.

An Priuilegiorum Ordini Minorum conceſſorum confirmatio à Clemente VIII. & Paulo V. facta ſit in forma communi, vel potiùs ex certa ſcientia? 102

Cap. I. *Sententia affirmatiua adducitur.* ibid.

II. *Dilu*



II. *Dilucidantur aliquæ clauſulæ Clementis VIII. & Pauli V. in priuilegiorum confirmatione appoſitæ.* 104
III. *Statuitur vera ſententia, & argumenta pro oppoſita ſententia ſoluuntur.* 114

## Disputatio III.

De Priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum reuocatione. 119

### Quæstio I.

An Priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, & à Sede Apoſtolica confirmata ſint per nouam reuocatoriam S. D. N. Vrbani VIII. reuocata, caſſata, & annullata? ibid.

Cap. I. *Negatiua ſententia cum ſuis fundamentis adducitur.* ibid.
II. *Statuitur quid ſit ſentiendum.* 121
III. *Diluuntur oppoſitæ ſententiæ fundamenta.* 129

### Quæstio II.

Si confirmatio Priuilegiorum Ordinis Minorum de Obſeruantia fuerit data ex hypotheſi à Paulo V. ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, quæritur an priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa à Sede Apoſtolica intelligantur caſſata, ac reuocata per reuocatoriam conſtitutionem Sanctiſſimi D.N. Vrbani VIII. 131

Cap. I. *Ponitur, explicatúrque Bullæ oraculorum reuocatoriæ textus.* ibid.
II. *Stabilitur vera ſententia.* 135

### Quæstio III.

Reuocata ne intelligantur omnia viuæ vocis oraculo Priuilegia à Sede Apoſtolica conceſſa Ordinibus Mendicantibus, ſi confirmata fuerint alicuius Concilij generalis decreto. 138

Cap. I. *Pro aduerſarijs probatur, declaratúrque eorum ſententia.* ibid.
II. *Allata opinio reijcitur.* 141
III. *Opinio propria ſecundùm veritatem probatur.* 147

### Quæstio IV.

An Priuilegia viuæ vocis oraculo Ordinibus Mendicantibus, vel non Mendicantibus conceſſa, eorúmque Superioribus, & perſonis ad alicuius Cardinalis contemplationem per hanc Apoſtolicam reuocatoriam conſtitutionem Sanctiſſimi D. N. Vrbani Papæ VIII. reuocentur, ac annullentur? 155

 Cap. I.

CAP. I. *Quid aduerſariorum mens in hac difficultate ſentiat, aperitur ac probatur.* 155
II. *Allata opinio impugnatur.* 158
III. *Propria opinio probatur.* 166

## DISPVTATIO IV.

De Priuilegiorum viuæ vocis oraculo per modum contractus Regularibus conceſſorum reuocatione. 174

QVÆSTIO I.

An aliqua cauſa ex parte Papæ requiratur ad iuſtè, & licitè concedendum Priuilegia viuæ vocis oraculo Regularibus. ibid.

CAP. I. *Prima Doctorum opinio explanatur, probatúrque.* ibid.
II. *Papam non poſſe abſque iuſta honeſtáque cauſa quæcunque priuilegia concedere Regularibus oſtenditur, allatáque opinio impugnatur.* 177
III. *Proponitur propria ſententia, præcedénſque doctrina magis dilucidatur, & aliqua ex ea inducuntur corollaria.* 182
IV. *Contrariæ opinionis argumenta diluuntur.* 188

QVÆSTIO II.

Cauſa in Priuilegiorum confirmatione etiam viuæ vocis oraculo conceſſorum, an cenſeatur appoſita motiuè tantùm, vel commenſuratiuè? 193

CAP. VNIC. *Titulo quæſtionis explicato, deciditur difficultas.* ibid.

QVÆSTIO III.

An dentur aliqua priuilegia Regularibus viuæ vocis oraculo commenſuratiuè, ſiue per modum contractus conceſſa. 199

*Cap. vnicum.* ibid.

QVÆSTIO IV.

Vtrùm Priuilegia viuæ vocis oraculo Ordinibus Mendicantibus per vim contractus oneroſi conceſſa reuocentur per hanc reuocatoriam conſtitutionem? 202

CAP. I. *Ponitur negatiua ſententia cum ſuis fundamentis.* ibid.
II. *Huius reuocatoriæ verba pro vera opinione ſtatuenda adducuntur, ac dilucidantur.* 204
III. *Sta*

Quæſtionum, & Capitum.

III. *Statuitur propria ſententia, aduerſariorûmque argumenta ſoluuntur.* 209

QVÆSTIO V.

Vtrùm Papa ſi Priuilegia per modum contractus Regularibus conceſſa viuæ vocis oraculo per hanc conſtitutionem annullauerit, teneatur ipſis aliam facere recompenſationem. 214

CAP. I. *Prima Doctorum opinio refertur.* ibid.
II. *Aliqua notabilia ſcitu digna.* 215
III. *Determinatur quæſtio, & argumenta pro contraria opinione adducta diluuntur.* 219

## DISPVTATIO V.

De Priuilegiis viuæ vocis oraculo conceſſis, quæ canonicè, ac ritè abſque vlla interpretatione executioni demandata ſunt. 224

QVÆSTIO I.

An intelligantur annullata, & caſſata virtute huius conſtitutionis ea viuæ vocis oraculo Priuilegia Regularibus conceſſa, quæ prout conceſſa fuere, abſque vlla extenſione ſuum ſortita ſunt effectum? ibid.

CAP. I. *Quæſtionis titulo dilucidato, prima Doctorum ſententia cum ſuis fundamentis refertur.* ibid.
II. *Allata ſententia impugnatur.* 226
III. *Vera opinio ſtatuitur, fundamentáque contrariæ ſententiæ diluuntur.* 229

QVÆSTIO II.

An conceſſio viuæ vocis oraculo à Paulo V. coram Cardinale Arigonio noſtri Ordinis protectore facta nobis Fratribus Minoribus de Obſeruantia, recitandi Sanctiſſimæ, ac Immaculatiſſimæ Virginis Conceptionis officium in omnibus Sabbatis feſto nouem Lectionum non impeditis, per hanc nouam conſtitutionem reuocatoriam reuocetur; & an ſimiles conceſſiones faciendi aliqua officia propria Sanctorum cuiuſuis Ordinis Regularibus, etiam viuæ vocis oraculo conceſſæ ſint caſſatæ, ac annullatæ? 237

CAP. I. *An mutatio officij diuini ſub præcepto cadat: vel poſſítne quis abſque culpa recitare in die feriæ officium de aliquo Sancto, vel è contra.* 238

II. *Prædicta opinio reijcitur, impugnatúrque præcipuè ex doctrina Suarij, Vaſquez, & Bonacinæ.* 239

III. *Dilucidatur, & comprobatur iuxta propriam authoris ſententiam, opinio negatiua, & fundamentis pro aduerſarijs in primo capite adductis occurritur.* 244

IV. *Enodantur huius conſtitutionis illa verba*, omnia, & ſingula priuilegia, facultates, licentias, & gratias; *reſoluitúrque principalis quæſtio.* 250

QVÆSTIO III.

Vtrùm Indulgentiæ Ordinibus Mendicantibus, eorúmque Superioribus, ac perſonis viuæ vocis oraculo factæ, per hanc conſtitutionem reuocentur. 259

CAP. I. *Indulgentiæ viuæ vocis oraculo Mendicantibus Ordinibus, & Superioribus eorum, próque ſuis ſubditis conceſſæ comprehenduntur ne ſub gratiæ nomine in eo ſenſu, quo in conſtitutione accipitur?* 260

II. *Indulgentiæ Ordinibus Mendicantibus, vel non Mendicantibus, ſunt ne reuocabiles?* 266

III. *Summus Pontifex poteſt ne Indulgentiam reuocare per ſolum actum interiorem?* 278

IV. *An ad licitam, & validam Indulgentiarum reuocationem iuſta, & honeſta requiratur cauſſa?* 285

V. *Argumentis pro Suarij opinione adductis ſatisfit.* 291

VI. *Principis quæſtionis reſolutio.* 296

DISPVTATIO VI.

De Priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum promulgatione, & acceptatione. 299

QVÆSTIO I.

An promulgatio ſit neceſſaria, vt reuocatio Priuilegiorum conceſſorum viuæ vocis oraculo, plenè facta ſit, & ſuum effectum conſequatur? 300

CAP. I. *Magiſtri Suarez opinio ponitur, & reijcitur.* ibid.

II. *Reſolutio quæſtionis ſecundùm propriam authoris ſententiam; reiecta opinio ex parte cum limitatione admittitur.* 306

III. *Argu*



III. *Argumenta, quæ contra doctrinam præcedentis capitis fieri poſſunt, diluuntur.* 318

QVÆSTIO II.

An ad legem reuocatoriam Priuilegiorum etiam viuæ vocis oraculo factorum, requiratur vt ſuum poſſit habere effectum completè acceptatio? 317

CAP. I. *Ratio reuocatoriæ legis explanatur. Prima ſententia cum ſuis fundamentis adducitur.* ibid.

II. *Prædicta ſententia reijcitur.* 320

III. *Nullam acceptationem, ſeu populi conſenſum eſſe neceſſarium, vt lex Pontificia reuocatoria, ſiue qualibet alia affirmatiua, negatiuáque ſuum habeat effectum oſtenditur, ac declaratur.* 330

QVÆSTIO III.

An ſubditi teneantur leges Pontificias reuocatorias acceptare? 341

*Cap. vnicum.* ibid.

QVÆSTIO IV.

An populo reuocatoriam legem non acceptante, ſi à Summo Pontifice iuſtè, ac honeſtè feratur cum voluntate efficaci obligandi ſit valida, & obligationem inducat? 344

CAP. I. *Variæ Doctorum ſententiæ referuntur cum ſuis fundamentis.* ibid.

II. *Poſteriora ſententia præfertur, ac declaratur.* 346

QVÆSTIO V.

An liceat ſubditis ſupplicationem porrigere Summo Pontifici, vt ſuam legem reuocatoriam, vel poſitiuam reuocet, & interim legis obligationem ſuſpendere, eámque non ſeruare? 357

CAP. I. *Varia Doctorum placita adducuntur.* ibid.

II. *Nonnulla fundamenta pro difficultatis reſolutione, animaduerſione digna ponuntur.* 361

III. *Quæſtionis reſolutio.* 365

IV. *Contra ſuperiorem doctrinam alia Doctorum reſponſio reijcitur.* 378

FINIS.

## APPROBATIONES DOCTORVM.

NOs infraſignati Doctores Sorbonici teſtamur euoluiſſe Diſputationes Commentarias pro Iuris Pontificij defenſione R. P. GIVNIPARI à DREPANO, *S. Theologiæ Lectoris Generalis, Ordinis Minorum ſtrictioris Obſeruantiæ*, in quibus nihil niſi orthodoxum reperimus, idcirco licitè lucem videre poſſunt. Datum Lugduni die 11. Iulij, anni Domini 1637.

*Fr.* STEPHANVS MOLIN, *Carmelita.*

*Fr.* BERNARDINVS MOLLIASSON, *Minor, in Conuentu S. Bonauenturæ Lugduni.*

## PERMISSIONES.

LIBRVM cui titulus eſt, *R. P.* GIVNIPARI *à* DREPANO, *Diſputationes Commentariæ pro Iuris Pontificij defenſione*, à Doctoribus Sorbonicis ſuprà ſcriptis probatum ego Regis in Præfectura Lugdunenſi Procurator typis hac in vrbe mandari ſumptibus LAVRENTII DVRAND, Bibliopolæ Lugdunenſis, non impedio. Die 13. Iulij 1637.

*PVGET.*

VISO Procuratoris Regis conſenſu hunc librum typis mandari à LAVRENTIO DVRAND, Bibliopola Lugdunenſi, concedimus, & ne quis alius vltra facultatem ſibi conceſſam denuo excudat defendimus. Datum Lugduni die 13. Iulij anno 1637.

*SEVE.*



# PRO IVRIS PONTIFICII DEFENSIONE Diſputationes Commentariæ

IN

*Nouam ſanctiſſimi Domini noſtri* VRBANI VIII. *extenſionem conſtitutionis Priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum reuocatoriæ* GREGORII XV.

## PROOEMIVM.

ETSI vltra emendationem hominum nulli me præferam, non enim ita me enitere ſentio, vt cæteris collatus fortè non ſordeam: quis autem ita ad Platonicam venuſtatem, ſiue ad Iſocratis concluſiones, ſeu ad opulentiam Auguſtinianam, vel ad Doctoris ſubtilis acumen, ac ſubtilitatem, ſiue ad Diui Thomæ claritatem, concinnitatémque ad vnguem factus homo ſuo ingenio audeat indulgere, vt velit, quaſi imperfectum opus equi malè ſpumantis abſoluere, ſi qua polleat arte, ſpongiam illam impingere? ille erit quidem caperata fronte, quem nec fortè labor exercuit, nec litteraria cura limauit. En tandem prodit iſta noſtra lucubratio, quam profectò conſcio pudore celabam, niſi emerita quaſi aduersùs Triarium in

his Hiſpaniarum regionibus de priuilegiis viuæ vocis oraculo Mendicantium,ſiue non Mendicantium,conceſſis Ordinibus,nec non de reuocante illa Gregorij XV. conſtitutione, & tandem de beatiſſimi Domini noſtri Vrbani VIII. extenſione Regularium nonnulli arma concuſſiſſent. Quibus ſanè non refellendo, ſed deſpiciendo potiùs ſatis ſuperuacaneum fuiſſet, ſenſi nihilominus de palma veritatis diu ita ambiguo iudicio non concertare, ne periculum in re tanti ponderis iudicij grauis inconſulta feſtinatione ſubire: nolo enim æmulus terrere ſophiſticis,aut fucatis, ſed ſolidis, nudiſque rationibus,à ſua dimouere ſententia, ne tam quadrato lapide inſideant, vbi nimirum conclamante conſcientia,ipſaque ſuadente ratione,animarum ruinam molirentur,& ſumma ſalutis naufragaret, ni ab inceptis deſiſtant. Ita ne authoritati quidam innixus Complutenſium, Salamaticenſiúmque (vt hic teſtatus eſt in ſuo de hac re edito tractatu) Amice quiſquis es optime, vis Pontificis Summi imminuere poteſtatem? Fateris quippe intentum Domini noſtri eſſe dumtaxat oracula viuæ vocis, quæ ipſe edidit tum ea Pauli V. anno 1609. non item ea à ſuis prædeceſſoribus edita abrogare: imò, quod magis miror, audes, & in eam venis ſententiam Paſtorem Summum Regularium priuilegia reuocare non poſſe? Bone Deus! ſi pudenter,ſi velata facie,malè tutum iudicium vel efferre, vel ampliare cupiebas, contendentium quis ſit, fortè certamen opprimeres. Ego verò niſi certè delirus quiſpiam qui patiar, qui feram opinionem iſtam tuam? quin quantum poſſim,non voce, ſed ſcriptis, non laruatis, ſed veris contendam euertere rationibus, vt non ſolùm omnem auferam probabilitatem,ſed quod aliter ſentire nefas eſto, conabor oſtendere: ne palmes velut audacior, ſua vmbra protegat molles homines hoſce, ne ad hunc ſcandali lapidem bis offendant. Erubeſcant ſi velint Pontificis concutere authoritatem: quid enim tam Orbi Chriſtiano periculoſius,quàm inepta ſentire de Apoſtolica Sede? vel eius quomodolibet impugnare authoritatem? vel minuere poteſtatem? Vide ſis quali alea opinionem iſtam indicis Eccleſiæ ſanctæ Dei, quali pernicie inuehis, quámve ianuam pandis, malè de noſtræ fidei veritate ſentientibus, quam anſam eis exhibes, profectò illi ingratiis hanc iſtam tuam colent ſententiam, qui nec rudes in verbis, ne hiulci in eloquendo, nec in calliditate deſidioſi, nec in hoſtilitate ſomnolenti vnquam extitere; ipſi ſunt qui totis neruis inuigilant, quo pacto impugnent vniuerſalem ſanctam Dei Eccleſiam, quam arte etiam ſi poſſent



poſſent peritos fallent; quæ enim acutiora tela, quæ lethaliora,vt ita dixerim, ac venenata tabe virulentiora, quàm Eccleſiæ caput circa poteſtatem impetere, quàm Sedis Apoſtolicæ arcem vertere? quàm Romani Pontificis nullis limitibus poteſtatem concluſam vel reſtringere,vel impugnare? nónne Petri cœlo,non ſolùm terris verenda poteſtas? itaut, quæ Chriſti Dei poteſtate ſunt propria, ſint etiam Petro participatione communia.Proh Petri cœlo inferenda ſublimis authoritas! quæ ſicut Confeſſores ſuos in cæleſtia prouehit, ita negantes ad inferna demergit;nihil quippe determinatur in cœlo,quod Petri non ſedeat arbitrio; quid igitur Petri nauiculam naufragari docebimus,oues Summi Paſtoris à veritatis fonte abducemus? Rempublicam Chriſtianam malis doctrinis imbuemus?abſit,& talem ſpiritum auertat Deus à filiis ſuis. Quin vt filij parentem noſtrum, vt Sacerdotes Eccleſiam Catholicam,vt Theologi religionem,vt membra Caput ſanctum tuemur. Sileant iſthæc talia commentaria,quæ friuola, & gerris Siculis vaniora, quæ poſteris velut Æſculapius eadem, quæ ſuo laborant morbo corrigere, vel de veritatis morte ad lucis vitam redintegrare, aut, vt Plato,iuuante Vulcano, liberare infamiæ nota, ſi peruenire non debent ad famam;neque enim me fallit fore aliquem,qui hanc noſtram lucubratiunculam acutis naribus velit olfacere, & graui illam concipiet ſupercilio,eſto,ſtomachum,ſi valet, teneat,nam ſi ſanum,doctrinæ meæ ſanitas non officiet, ſed iuuabit,ſin ſecus,malè ſe habet in re fidei, patiatur ſymptoma, ſuóque obuiet deliquio, ne dicam delicto. Ego verò illud ſuſtinere ſum aggreſſus, quod ſeculis omnibus ſancta Catholica immota fide docet Eccleſia, quod Patrum monumenta affirmauere, quódque Theologica Cathedra vnanimi conſenſu euulgauit,quódque vel ipſum prophanum vulgus,& rude non ignorat.

Vt igitur Ordini morem geramus, ne ſcilicet dicenda mollius videantur eſſe, quàm veriùs; vniuerſa ita diſponemus, vt nequaquam cœlum ſuperfluæ expolitioni adhibitum eſſe fatearis, hinc claritas vtilitatem reuelabit, & hinc vtilitas ad quam toto hoc opere collimamus,facem legentibus præſeferre patebit: diſtinguentes,inquam, in ſex diſputationes quaſi libros,diſputationem vniuerſam, aduerſariorum obiectionibus faciemus ſatis.

In primis enim Bullæ titulum explanabimus. Secundò de priuilegiorum confirmatione diſſeremus, vt nimirum conſtet quàm fragili fundamento nitatur aduerſariorum obiecta moles. Tertio dein-

de loco de reuocatione priuilegiorum viuæ vocis Oraculo titulo gratuito conceſſorum dicemus. Quartò non ſolùm ſummum Pontificem poſſe, verùm & reuocata eſſe omnia oracula (ſi aliqua ſunt) oneroſo titulo, & per contractus facta oſtendemus. Quintò diſputationem de priuilegiis viuæ vocis oraculo conceſſis; quæ ſanctè, ritéque executioni mandata ſunt, ſine vlla arbitraria adiiciemus. Ac poſtremo loco de huius reuocatoriæ conſtitutionis, ac extenſionis acceptatione, promulgationéque ſermonem inſtituemus.

Verùm, nemo me incuſet velim, quare ſcilicet ſcholaſtica ſim ita adamuſſim methodo vſus, quia præterquam hîc gerimus, mihi ſemper mos aliíſque fortaſſis adoptiuus, ad rem, inquam, magis accommodata ſunt iſta tela, vt confringam aduerſariorum ſcuta; ſolet enim ratiocinatio ſyllogiſtica, & errores euertere, & obiecta refellere: non ideo tamen ita ſiccus ero, vt ſemper argumentis Theologorum velim inſiſtere, vtar quippe, & ſæpe, vt opus erit, Pontificio iure, & ad fontes Cæſareos etiam adire feſtinabo; vt nemini exoſus, quin vniuerſis charus probata veritate rem omnem perficiam; certè qui ſacræ Theologiæ ſolitus eſt immenſum Oceanum peragrare, nouit etiam flumina, riuóſque percurrere; omnia quippe iura Theologiæ, diſciplinæ veluti parua flumina immenſo mari tributa deferre conſueuerunt, nam ex ea originem, fontémque ſuum repetiiſſe cognouerunt, vnde meritò Innocentius III. *in cap. qualiter, & quando 2. de accuſationibus,* Canonicas inquit ſanctiones, ex authoritatibus veteris, & noui Teſtamenti proceſſiſſe. Hinc Theologi in ſacris canonibus duos fines præfixere, alterum ſcilicet Eccleſiaſtico ſtatu debitum, & politicum ordinem conſtituere, pacem nimirum, & iuſtitiam cuſtodire, & quæ ſunt externi fori Eccleſiaſtici recta ratione moderari. Alterum verò, omnia quæ ad diuinum cultum, animarúmque ſalutem, fidei puritatem, morum integritatem ſpectant, rectè & prudenter ordinare. Quare Canonici iuris Interpretes toti ſunt in priori illo fine, Theologi verò veluti ampliora expandentes vela altiùs peruagantur, & iſthæc omnia complectuntur; ius quippè non ſolùm naturale conſiderant, vt ſupernaturali ordini ſupponitur, & ab illo maiorem recipit firmitatem; leges verò ciuiles, quatenus de earum honeſtate, & rectitudine, per altiores regulas diiudicant, vt conſcientiam reiiciant, nec ne ſoluant; ſacróſque item canones, & iura Pontificia complectuntur, quatenus ſalutem animarum promouent. Quamobrem primariam originem, finémque vltimum ſub diuino lumine



mine ita inquirit Theologus, vt poteſtatem iſtam non niſi ipſi ſoli Deo ferendi leges adſcribet, ex quo omnis poteſtas, ſiue naturali, ſiue ſupernaturali via ad homines vſque dimanauit, dimanátque quotidie ipſomet Deo optimo maximo cooperante, à cuius nutu, voluntate, cuncta regi, & gubernari eſt neceſſe, omniáque obtemperari, ita, vt quæ ſunt meriti, vel demeriti, quæ conſcientiam ligent, & quæ non allicere, normam ſumere nefas eſto. Itaque cùm iſthæc, & ſimilia his Theologorum ſchola pertractet, quis negabit Theologorum eſſe id muneris? ita eſt communis Scholaſticorum conſenſus, aſſerentium leges, tam ſecundùm rationem communem, quàm prout ad ſuas deſcendit ſpecies, ad ſacræ doctrinæ conſiderationem ſpectare; ſic Scotus *in quarto diſt. 15. quæſt. 3. ſub litt. F.* Sanctus Thomas *prima ſecundæ quæſt. 90. vſque ad* 109. Alexander de Ales *3. p. à quæſt. 26. vſque* 60. Sanctus Antoninus *prima parte Theologali à titulo* 10. *vſque* 18. Vincentius Beluacen. *in ſpeculo morali lib. 1. p. 2.* per nouem primas diſputationes, & aliqua de ſingulis legibus attigit Gerſon *3. p. tract. de Vita ſpirituali, lectione ſecunda, & ſequentibus, & p. 1. tract. de poteſt. Eccleſiaſtica, conſideratio. 13.* Magiſter ſententiarum *in 3. à diſtinct. 37. vſque ad finem*, Moderniores ferè omnes, Sotus *de Iuſtitia, & iure,* Alphonſus de Caſtro *de lege pœnali,* Vaſquez *in primam ſecundæ Diui Thomæ.* Suarez *de legibus*, per decem libros, Molina, Salas, Granado.

Demum huius noſtri operis titulum inſcripſimus, *Pro Iuris Pontificij defenſione diſputationes Commentariæ*, tum quia Summi Pontificis inferendis, reuocandíſque legibus fauorabilibus poteſtatem defendimus, tum quia in omnibus quæſtionibus, in quibus de ipſo Papa diſputamus, benigniorem opinionem acriter ſuſtentamus, & quæ legiſlatiuæ eius poteſtati obiiciuntur, quantum vires ſuppetunt ſoluimus. Ad *Bullæ* igitur inſcriptionem tranſeamus.

*Sanctiſſimi Domini noſtri* V R B A N I *diuina prouidentia Papa VIII. extenſio conſtitutionis felicis recordationis Gregorij Papæ XV. reuocatoriæ conceſſionum viuæ vocis oraculo factarum.*

## VRBANVS Papa VIII.

*AD perpetuam rei memoriam. Aliàs fel. recordat.* GREGORIVS *Papa XV. prædeceſſor noſter, vt ſubnaſcentibus iugiter variis difficultatibus, & abuſibus, ex priuilegiis à Sede Apoſtolica viuæ vocis ora-*

 *culo*

*cũlo ſæpenumero conceſſis obuiam iret, conſtitutionem edidit tenoris ſub-
ſequentis, videlicet, G R E G O R I V S Papa X V. ad perpetuam rei me-
moriam. Romanus Pontifex in ſpecula militantis Eccleſiæ diuina proui-
dentia conſtitutus, gratias, & indulta à ſe, & prædeceſſoribus ſuis con-
ceſſa, iuſtis interdum ſuadentibus cauſſis, iuxta creditum ſibi Paſtoralis
officij, debitus moderator, aut reuocat, prout rerum, aut temporum qua-
litatibus debitè penſatis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Ita-
que motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris,
déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula indulta, facul-
tates, priuilegia, gratias, & conceſſiones quaſcunque ſpeciales, & Eccle-
ſiaſticas; tam ad forum interius, quàm ad exterius ſpectantes: ac tam ad
ſupplicationem partium, quàm motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine
ſimilibus, à Sede Apoſtolica, quæ tamen viuæ vocis oraculo hactenus
quandocunque & qualitercunque, ex quauis neceſſitate exprimenda
cauſſa, quibuſuis Collegiis, Capitulis, Ordinibus tam Mendicantium,
quàm non Mendicantium; Societatibus, etiam Societati I E S V, ac Con-
gregationibus quibuſlibet, ſiue eorum, & earum reſpectiuè Præpoſitis,
Decanis, Magiſtris, Miniſtris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, Generali-
bus, vel Prouincialibus, quocunque nomine nuncupatis, Superioribus
etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi prædictæ immediatè ſubiectis, cu-
iuſcunque dignitatis, præeminentiæ, aut quouis priuilegio munitis, non
tamen ad ſupplicationem Regum conceſſa, in his videlicet quæ non ſunt
ſortita effectum, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, tollimus, abro-
gamus, & annullamus, ac reuocata, caſſata, ſublata, abrogata, & annul-
lata, iuribúſque & effectibus vacua perpetuò fore, & eſſe, neque in po-
ſterum cuique ſuffragari poſſe, vel debere, neque aliquem iis decreto vl-
lo modo poſſe vti, etiam expreſſa, & ſpecifica mentio etiam de verbo ad
verbum de his facienda eſſet, decernimus, & declaramus; firmis tamen,
& in ſuo robore permanentibus omnibus indultis, & aliis conceſſioni-
bus prædictis viuæ vocis oraculo S. R. E. Cardinalibus ad ipſorum, vel
aliorum quorumcunque fauorem, propria S. R. E. Cardinalium manu fir-
matis, pro ipſis, vel aliis factis, & de quibus ijdem S. R. E. Cardinales
teſtimonium in ſcriptis præbuerunt.*

2 *Decernentes præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque eorum,
ex eo quòd quicunque in præmiſſis intereſſe habentur, ſeu habere præten-
dentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptio-
nis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu alio quocunque defectu notari, aut
impugnari, redargui, in ius, vel controuerſiam reuocari, ad terminos iu-
ris*



*ris reduci, aut aduersùs illos quodcunque iuris, gratiæ, vel facti reme-
dium impetrari, nullatenus poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces
exiſtere, & fore, ſuóſque plenarios, & integros effectus ſortiri, &
obtinere.*

*Sícque per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſa-* 3
*rum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de la-
tere Legatos, & Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iu-
dicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & definiri
debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis autho-
ritate ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari.*

*Nonobſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinatio-* 4
*nibus Apoſtolicis, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, Or-
dinibus, Societatibus, & Congregationibus prædictis, eorúmque Præpoſi-
tis, Decanis, Magiſtris, Miniſtris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, &
aliis Superioribus prædictis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac
cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliíſque efficacioribus
& inſolitis cauſis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in
ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, con-
firmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum, ſi pro illorum
ſufficienti derogatione de illis, eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifi-
cè expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clau-
ſulas generales idem importantes, mentio, ſiue quæuis alia expreſſio ha-
benda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenore
huiuſmodi præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum
inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumta-
xat ſpecialiter expreſsè derogamus.*

*Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu* 5
*alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Ec-
cleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur in iudicio,
& extra illud, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſten-
ſæ. Quódque fidem præſentes litteræ, ſeu illarum exemplar ad valuas
Baſilicarum ſancti Ioannis Lateran. ac Principis Apoſt. de Vrbe, & in
acie Campi Floræ affixæ, omnes ita arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique
perſonaliter intimatæ fuiſſent. Dat. Romæ apud ſanctam Mariam Ma-
iorem ſub annulo Piſcatoris, die ſecunda Iulij anni* 1622. *Pontificatus
noſtri anno ſecundo.*

*Cùm autem experientiâ rerum Magiſtra compertum ſit, conceſſiones,* 6
*& gratias viuæ vocis oraculo etiam à S. R. E. Cardinalibus obtentas, &
ipſorum*

*ipſorum manu firmatas, ſæpè ab his, in quorum fauorem emanarant, minus Canonica interpretatione extendi, & perperam in diſciplinæ Eccleſiaſticæ detrimentum executioni demandari; idcirco quantum cum Domino poſſumus, his, & aliis malis occurrere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & de conſilio nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, quibus negotium huiuſmodi maturè diſcutiendum commiſimus, omnia, & ſingula priuilegia, facultates, licentias, & gratias quaſcunque per ſummos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac per nos viuæ vocis oraculo, & S. R. E. prædictæ Cardinalium quorumcunque manu firmata, quibuſcunque gradibus, Prouincialibus, cæteríſque Superioribus, & perſonis cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis* IESV, *aut eius Clericis, ſeu Presbyteris, aliíſque perſonis prædictis, quacunque de cauſſa, etiam de neceſſitate exprimenda, occaſione, prætextu, vel colore, etiam intuitu, contemplatione, ſeu ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & Principum quorumcunque, aut aliàs quomodolibet conceſſa, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac de cætero reuocata, caſſata, ſublata, abrogata, & annullata, viribúſque & effectu vacua eſſe, & fore, nullíque prorſus deinceps ſuffragari poſſe, nec debere declaramus.*

7 *Præterea, vt præſentes litteræ omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, quantociùs innoteſcant, omnibus, & ſingulis gradibus, & aliis quocunque nomine nuncupatis Superioribus quorumcunque Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis* IESV, *& inſtitutionis, de eiſdem præſentibus litteris certiores faciant, earúmque præſentium exemplaria illis tranſmittant, qui quidem Prouinciales ſub eiſdem pœnis teneantur ſingulis Superioribus Monaſteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum Regularium præcipere, vt eaſdem præſentes ſubditis ſuis, vt moris eſt, publicent.*

8 *Decernentes præſentes litteras etiam ex eo, quòd quicunque in præmiſſis intereſſe habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu alio quopiam defectu notari, impugnari, inualidari, redargui, in ius, vel controuerſiam vocari, aut ad viam, & terminos iuris reduci, ſiue aduersùs illas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuóſque plenarios, & integros effectus ſortiri & obtinere, ſícque per quoſcunque iudices ordinarios, vel delegatos, etiam cauſſarum Palatij Apo-*





*ſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quáuis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi quid ſecus ſuper his à quóquam quáuis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.*

*Non obſtantibus præinſertis litteris huiuſmodi, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit, etiam regula noſtra de non tollendo iure quæſito priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Cardinalibus, ac Ordinibus, Congregationibus, inſtitutis, & ſocietatibus, eorúmque ſuperioribus, quocunque nomine nuncupatis, ſub quibuſcunque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibúſuis etiam derogator. derogatoriis, aliíſque efficacioribus, ac inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs in contrarium præmiſſarum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorúmque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret: illorum omnium tenores, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, ſpecialiter expreſsè derogamus, cæteríſque contrariis quibuſcunque.*

*Volumus autem quòd præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadē prorſus vbique fides adhibeatur, ac ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ; quódque eædem præſentes litteræ, ſiue illarum exempla ad valuas Baſilicarum prædictarum, & in acie campi Floræ huiuſmodi ſimiliter affixæ, omnes, quos concernunt, perinde arctent, ac afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 20. Decembris anni 1631. Pontificatus noſtri anno nono.*

M. A. MARALDVS.

DIe, & anno ſupradicto affixa, & publicata fuit ad valuas Baſilicarum ſancti Ioannis Later. & Principis Apoſtolorum, & in acie campi Floræ, aliíſque locis ſolitis, & conſuetis, vt moris eſt, per me Andræam Scalmanus, S.D. Noſtri Papæ curſorem.

EGo Frater Idelfonſus à Prato Procurator Generalis Ordinis S. P. N. Franciſci, in hac Romana Curia fidem facio hoc Breue authenticum eſſe, quatenus ex typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ ſumpſi, & ſecundùm ordinem mihi à ſanctiſſimo Domino præfixum, ad noſtrum Reuerendiſſimum mitterem. Dat. Romæ 25. Ianuarij anni 1632.

Frater IDELFONSVS à PRATO
Procurator Generalis Ordinis.

# DISPVTATIO PRIMA.

## *De explanatione reuocatoriæ huius conſtitutionis Gregorij XV. nouæ extenſionis inſcriptionis.*

DIvo ſpirante fauore ſanctiſſimi Domini noſtri Vrbani VIII. nouam reuocatoriæ conſtitutionis Gregorij XV. priuilegiorum viuæ vocis oraculo factorum extenſionem explanaturus, primo loco eius inſcriptionem dilucidare propoſui, non ſolùm vt faciliùs quæ recens quorundam Regularium opinio, non modò ex infima eorum plebe, ſed Doctorum etiam, ac nonnullorum Magiſtrorum firmata conſenſu, imprudenter in Summi authoritatis Pontificis dedecus, animorúmque ſalutis perniciem docuit, falſitatis notæ conuincamus; verùm etiam vt hoc primum fundamentum pro dicendorum veritate neceſſarium conſtituamus. Inſcribitur itaque, *Sanctiſsimi Domini noſtri Vrbani VIII. diuina prouidentia Papæ, extenſio conſtitutionis*, &c.

## QVÆSTIO I.

### CAPVT I.

*Cur Romanus Antiſtes Sanctiſsimus, Beatiſsimus Pater vocatur.*

1 PRopium ſolius Romani Antiſtitis eſſe Beatiſſimus, Sanctiſſimúſq; Pater appellari, ex Regum, Imperatorum, ac Sacrorum Conciliorum



liorum geſtis, omnibus notum eſt. Flaminius Pariſius *de reſignat. benef. lib. 8. quæſt. 7. num. 41. & 42.* nam ferè omnes ſolum Romanum 2
Pontificem ſpiritualem Patrem vocant, & addunt *beatiſsimum, Sanctiſsimum*, vt videre licet in multis epiſtolis diuerſorum Imperatorum ad Leonem Papam, Hormoſidam, Anaſtaſium, & alios; ſpecialitérque notari poſſunt verba Caroli Regis Franciæ *in epiſt. ad Adrianum II.* vbi vocat Romanum Pontificem, *ſanctiſsimum*, & *beatiſsimum*, ſic ſcribit, *Sanctiſsimo Patri Adriano, ſummo, & vniuerſali Pontifici, Carolus Dei gratia Rex, & ſpiritualis filius veſter*; & Ludouicus etiam Rex Galliæ *epiſtola ad Pium ſecundum*, priùs his verbis illum ſalutat. *Beatiſſimo Patri noſtro Pio Papæ II. obedientiam filialem.* Riccardus quoque Rex Angliæ, vt teſtatur Illuſtriſſimus Baronius *anno* 1290. ad Clementem III. ſic affatus eſt. *Iuſtiorem exi-* 3
*tum facta Principum ſortiuntur, cùm à Sede Apoſtolica robur, & fauorem accipiunt, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ colloquio diriguntur. Propterea dignum duximus ad notitiam beatitudinis veſtræ tranſmittere, quæ inter nos, & dominum Tancredem, Illuſtrem Siciliæ Regem, publico ſuper*, &c. & infrà, *Sanctitatem veſtram, & ſanctam Romanam Eccleſiam obnixè rogamus.* Chenulphus Rex Merciorum in Anglia epiſto- 4
lam ſcripſit ad Ioannem III. Romanum Pontificem, in qua, poſtquam gratias Deo agit, humiliter ab eo benedictionem poſtulat, his verbis: *Hanc benedictionem omnes, qui ante me fuerunt Merciorum Reges meruerunt ab anteceſſoribus tuis adipiſci, hanc ipſe humilis peto, & à vobis, ô Sanctiſsime, impetrare cupio, quatenus inprimis adoptionis ſorte me tibi filium ſuſcipias.* Satis etiam piè Iuſtinianus Imperator *in l. 4. C. de ſumm. Trin. & fide Cath.* ait, *Nos reddentes honorem Apoſtolicæ ſedi, & veſtræ ſanctitati, quod ſemper nobis in voto fuit, & eſt, vt decet, Patrem honorantes veſtram ſanctitatem*: ex ſacris quoque generalibus Conciliis expreſſiùs patet, ita in Concilio Chalcedonenſi *actio. 6.* legimus, Summum Romanum Pontificem appellatum fuiſſe: ibi, *Beatiſsimus, & Apoſtolicus vir Papa hoc nobis præcepit*: & Stephanus Archiepiſcopus Carthaginenſis, ad ſanctum Damaſum in epiſtola, quam nomine trium Conciliorum Africæ ſcripſit, ſic inquit *Beatiſsimo Domino, & Apoſtolico culmine ſublimato, ſancto Patri Patrum Damaſo Papæ*: in Concilio Chalcedonenſi actione 3. tres epiſtolæ leguntur diuerſorum Græcorum ad Leonem Romanum Pontificem, quæ omnes ita incipiunt. *Sanctiſsimo, & beatiſsimo vniuerſali Archiepiſcopo, & Patriarchæ magnæ Romæ, Leoni.* Actione quoque ſecunda

 eiuſ

eiuſdem Concilij Chalcedonenſis Actius Epiſcopus Nicopolis, ſan-
ctum Leonem, *Sanctiſſimum Papam* vocat. *Quoniam nunc domini
noſtri, & ſanctiſſimi Papæ lecta eſt epiſtola.*

6 At verò vnde ſumatur argumentum, quo ſoli Romano Pontifici
conueniat hæc *beatiſsimi*, ac *ſanctiſsimi* appellatio, non cognoſco
vnam inter DD. ſententiam; alij quippe ex eo affirmant, quia cùm
ad Pontificale faſtigium quis euehitur, nouos mores, nouámque per-
ſonam induit, ita vt ſi cum humanis agat in terris, extra tamen hu-
mana clauſtra, atque adeo, homo extra hominem quodammodo in
cælis, vt *ad Philippenſ. 3* inquit Apoſtolus, conuerſatur, dum ſibi in-
iunctum ſacroſanctum miniſterium exequitur.

7 Ac proinde ſi humana carne indutum cognoſcimus, humanita-
tem tamen omnino ſpernentem, admiramur: ita ſentire videtur
Duardus *in comment. ad Bullam Cœnæ Domini, lib. 1. cap. 4. quæſt. 2.
num. 1.* & probatur ex *cap. 1. diſt. 4.* ibi, *Quis enim ſanctum dubitat
eſſe, quem apex tantæ dignitatis adtollit, in quo ſi deſinunt bona ac-
quiſita per meritum, ſufficiunt quæ à loci prædeceſſore præſtantur.*
8 Baldus *in proœmio Decretalium, in verbo, Gregorius*: ac propterea
ab omnibus adoratur, eiúſque pedes oſculantur, Gloſſa *verbo oſcu-
la; in extrauagante 1. de verborum ſignificatione*, Ioannes XXII.
& *verbo oſculandi*, & *in l. 1. C. de domeſt. & protect.* vbi Ioannes
de Platea. Caſtald. *de Imperat. quæſt. 64. num. 3.* Nauarrus *in cap.
humanæ aures 22. quæſt. 5. num. 7.* Ioannes Stephanus *in ſpeciali
tract. de adoratione pedum, tomo 13. tractatuum Doctorum part. 2.
folio 50.* Gom. *in cap. 1. num. 22. de conſtit.* Troil. Maluet. *de cano-
nizatione ſanctorum, quæſt. 1. num. 15.* Auguſtinus Barboſa *de iure
vniuerſo Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 2. num. 8.*

9 Nonnulli verò ex eo ſpecialiter Romano ſoli conuenire Ponti-
fici ſanctiſſimi, beatiſſimíque Patris appellationem, quia Petri
ſucceſſor, cui beato æternæ vitæ clauigero terreni ſimul, & cœle-
ſtis imperij iura ita commiſit Chriſtus, vt quæ ipſi ſunt poteſta-
te propria, Petro ſint participatione communia, ſicut ſanctus Leo
Papa *in ſerm. 3. in anniuerſario ſuæ aſſumptionis*, teſtatur. Ac pro-
inde, vt Chriſti Vicario *in cap. inter corporalia, & in cap. quan-
to, & in cap. licet, de tranſlatione Epiſcoporum, §. veterum, & cap.
17. §. decet, de elect. in 6.* & tradunt Cardinalis Bellarm. *lib. 3. de
ſummo Pontifice, cap. 19. litt. B.* Suarez *lib. 3. de ſummo Pontifice, con-
tra Regem Angliæ, cap. 13. num. 6. & ſequentibus*, Anaſtaſius Germonius
*lib.*



*lib. 3. de ſacrorum immunitatibus, cap. 11. n. 9.* Aluarus Pelagius *lib. 1. de
planctu Eccleſiæ, cap. 1. & lib. 2.* Franc. Marc. *deciſ. 1311. n. 1. tomo 1.* Flam.
Pariſ. *de reſignat. benef. quæſt. 11. n. 10* Iacob. de Laurent. *in tract. de iudi-
ce ſuſpecto, cap. 2. n. 3.* Narbona *de appell. à Vicario ad Epiſcop. prima
parte, n. 18.* Auguſtinus Barboſa *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p. 3. alleg.
53. n. 47. & lib. 1. iuris vniuerſi Eccleſ. cap. 2. de poteſtate, & auctor. Ro-
mani Pontificis*, Cened. *ad decretum collet. 47. n. 3.* & alij quos ipſe citat.

Vndè Romani Pontificis, & Chriſti vnum dicitur eſſe Tribunal, 10
& Conſiſtorium, ſic ſcribentes *in cap. 2. & 3. de tranſl. Epiſcoporum*,
Troil. Maluet. *de canonizatione ſanctorum dub. 2. num. 10.* Selu. *de benef.
part. 3. quæſt. 8. n. 26.* Caſtr. *conſ. 414. num. 1. verſ. His præſuppoſitis*,
Barbat. *de præſtant. Card. part. 1. quæſt. 2. num. 3. & quæſt. 8. num. 5.*
Aluarus Pelag. *lib. 1. de planctu Eccleſiæ, cap. 29.* Nauarrus *in repetit. cap.
nouit ille, de iudicijs, notabili 3. num. 12.* Menochius *conſ. 31. num. 13. lib.
1.* Pariſius *lib. 1. conſ. 5. num. 26. & conſ. 68. num 162* participatiuè ſoli
ipſi conuenit talis appellatio, ſicut Chriſto Domino naturaliter, &
poteſtatiuè.

Nec obſtant *cap. quoties, quæſt. 1. & cap. ego Ludouicus 63. diſtinct.* 11
*cap. non quales, quæſt. 1.* vbi Romanus Pontifex Petri, & non Chriſti
Vicarius vocatur, quia alia ratione Petri, alia Chriſti Vicarius dicitur.
Porrò Vicarius Petri vocatur ſummus Pontifex, quoniam ſanctus Pe-
trus adhuc viuit, & gubernacula Eccleſiæ non reliquit, vt ait ſanctus
Leo *ſer. 2. de anniuerſario aſſumptionis ſuæ*; quia tamen ſanctus Petrus 12
non propriè fungitur munere paſtorali, ſed meritis, & precibus ſuis,
Eccleſiam regit, & protegit, impropriè ſunt illæ loquutiones, & ſolùm
ob reuerentiam Beati Petri aliquando vſurpantur: at verò, quia Roma-
nus Pontifex vt Petri ſucceſſor à Chriſto primatum habet, ſuáſque
formaliter in terris gerit vices, ſolus, & verè Chriſti Vicarius nomina-
tur, & eſt. Et ſi aliquando Epiſcopos, & ſimplices quoque ſacerdotes 13
Chriſti Vicarios appellari legimus, vt *in cap. mulier debet 33. quæſt. 5.
& in cap. inter hæc, de pœnit. diſtin. 3.* & Gloſſa *in cap. 2. de tranſlat. Epi-
ſcopi*: illud propterea cenſetur eſſe, quod etſi Dominus beato Petro
primatum inter Apoſtolos, & plenitudinem dederit poteſtatis, aliis
etiam Apoſtolis, & diſcipulis dixit, *Quæcunque ligaueritis ſuper ter-
ram, erunt*, &c. & iterum, *Qui vos audit, me audit*; & iterum, *Ite,
ego mitto vos*; nonnulla tamen intercedente differentia, quia beato 14
Petro data eſt vt ordinario Paſtori, cui perpetuò ſuccederetur; aliis
verò Apoſtolis ſolùm data eſt per modum cuiuſdam legationis, &

perſonalis muneris finiendi cum eorum vita, vt fuſiùs dicemus *in diſput.6.quæſt.2.cap.2.* & ſumitur ex Diuo Cypriano *lib. de vnitate Eccleſiæ*, Auguſtino *tract.* 50.*& vltimo in Ioannem, & lib.*1. *de doctrina Chriſtiana,cap.*17.Hieronymo *lib.*1.*contra Iouinianum,*& Leone Papa *ſer.*3.*ſuæ aſſumptionis:* ita docent Riccardus *in* 4.*ſenten. diſtinct.* 24. *quæſt.*3.*art.*5.*ad quartum*, Suarius *lib.*4.*de legibus*, *cap.*3.*num.* 8. Bel-
15 larm.*lib.*1.*de Romano Pontifice*, *cap.*9.Apoſtolorum verò ſunt ſucceſſores Epiſcopi, & cæterorum diſcipulorum Sacerdotes, ex *cap.in nouo* 21.*diſt.& cap.quorum vices*, 68.*diſt.*non tamen, vt fuerunt Apoſtoli, illis ſuccedunt, ſed vt Epiſcopi fuere:ſunt enim hæ dignitates di-
16 uerſarũ rationum. Paulus enim Apoſtolus fuit,& neſcimus fuiſſe Epiſcopum alicuius certæ diœceſis, vel aliquam propriam habuiſſe Eccleſiam, tanquam Ordinarium, & proximum paſtorem illius, licèt haberet omnium Eccleſiarum ſollicitudinem, 2.*Corinth.cap.*11.&in multis creauit Epiſcopos, vt Titum Cretæ,Timotheum Epheſi, Dio-
17 nyſium Athenis. De Ioanne etiam Euangeliſta legitur, rexiſſe vniuerſas Orientis Eccleſias, & in eis Epiſcopos conſtituiſſe, non tamen propriam alicuius ſedem priuatúmque Epiſcopatum occupaſſe;
18 fuerúntque ergo omnes Apoſtoli Epiſcopi, immediatè facti à Chriſto quoad conſecrationem, & quoad hanc ſuccedunt illis omnes Epiſcopi. Idem dicendum eſt de Sacerdotibus, qui aliis diſcipulis ſuccedunt in ſacerdotio, non verò in dignitate Epiſcopali: ac propterea ſi à Iuribus Chriſti Vicarij appellantur, eſt impropria locutio, vel tan-
19 tùm adminiſtratiuè, non verò authoritatiuè, vel, vt alij loquuntur, Chriſti Vicarij dicuntur, in his tantùm, quæ ſunt cum Petro communia, in principali verò regimine Eccleſiæ, & ſuprema poteſtate, ſolus Romanus Pontifex eſt Chriſti Vicarius propriè, ac ſubinde beatiſſimus, ſanctiſſimúſque vocatur.

20 Tertij à primis parum, aut nihil diſcrepantes, ſolum ſummum Pontificem exiſtimant, eſſe vocandum *Sanctiſſimum*, & *Beatiſſimum*, ad denotandum Romanum Pontificem, præ cæteris ſanctiorem eſſe, maiorémque præ cæteris Chriſtianis, religionis, diuiníque honoris zelum tenere, vt inquit Iulius Papa *in cap.Officij*, 24. *quæſt.*
21 1.ob id quandoque *ſanctitas veſtra* abſtractiuè nominari conſueuerunt fideles:ſic Iuſtinus ſenior Auguſtus *in Epiſtola ad Ioanem ſecundum*, quæ habetur in Codice in primo titulo, *nec*, ait, *patimur quidquam, quod ad Eccleſiarum ſtatum pertineat, quod non etiam veſtræ innoteſcat ſanctitati, quæ caput eſt omnium ſanctarum Eccleſiarum*: &

Theo



Theodoretus Epiſcopus Aſian.ſcribens ad Leonem Papam, *Ego*, inquit, *Apoſtolicæ veſtræ Sedis expecto ſententiam, & ſupplico, & obſecro veſtram ſanctitatem, vt mihi opem ferat.* Diuus quoque Ambroſius ad Siricium Papam *Epiſtola* 81.*Recognouimus*, inquit,*litteris ſanctitatis ſuæ boni paſtoris excubias, quàm fideliter tibi commiſſam ianuam ſerues, & tandem vt plurima alia omittamus.*Concilium Chalcedonenſe in epiſtola ad Leonem, *inſuper contra ipſum cui veniæ cuſtodia à Saluatore commiſſa eſt*, id eſt, *contra tuam Apoſtolicam ſanctitatem extendit inſaniam*; ad demonſtrandum quòd ipſe Romanus Pontifex nō ſolùm ſanctus eſſe debet,verùm & ipſa ſanctitas, vt quoque ſciat ſe humana carne indutum, humanitatem tamen omnino ſpernere oportet, veterémque conſuetudinem, quanquam perfectam, ad perfectionem illius diuini officij, ac dignitatis rationem ac-
commodandam ſibi eſſe cognoſcat. Atque hinc Pontificis Romani 22
nominis mutatio id iure optimo oſtendit; nam ſtatim quòd ad faſtigium Pontificale euehitur, mutatur nomine, quaſi prius quod habeat in ſeculo, ſeculum ſapiebat, ſecularéſque affectus nonnihil redoleat; proinde cùm ſeculares curæ ſint ab ipſo calcandæ, & obliuioni mandandæ, aptè equidem cum ſecularibus negotiis ſecularis appellatio, ac omnis prorſus imperfectio vitæ reiiciatur,ne cum memoria antiqui nominis, antiquum etiam ſtudium, atque artes reui-
uiſcant; quapropter Chriſti Vicarius, vt tale, ac tantum excelſum 23
nomen ſanctiſſimum, quippe, ac beatiſſimum viſo titulo acquirere poſſit, cum nominis mutatione ſe totis viribus renouari oportet.Omnes allatas iſtas tres ſententias non eſſe improbandas exiſtimo, imò vt valde probabiles eis libenter me ſubſcribo, ad aliam inſcriptionis partem tranſeamus.

---

## *Domini noſtri, &c.*

### CAPVT II.

*Romanus Pontifex quo titulo vocatur Dominus noſter, oſtenditur.*

PRimam nouæ huius extenſionis,reuocatoriæ conſtitutionis conceſſionum viuæ vocis oraculo factarum in proximo capite in- 1
ſcriptionis particulam dilucidauimus;nunc verò ſecunda ſe offert ex-

 planan

planandam, *Domini noſtri*, ſcilicet quo iure Romanus Pontifex dica-
tur omnium Chriſtianorum dominus. Baldus *Conſ.* 388. *lib.* 4. *verſ. ſi*
*Princeps*, quia eſt primus inter omnes mortales; appellat eum Prin-
cipem Principum, & dominum dominantium, cuius ſententiæ ſe
2 ſubſcripſit Ladiſlaus Rex Hungariæ *in Oratione ad Nicolaum V.*
vbi vocat Romanum Pontificem *Vnicum Chriſtianorum Principem,*
*& Regum Regem*, vt extat apud Cocleum *lib.* 11. *hiſtoriæ Huſſitarum*,
conſentit Zabarella *conſ.* 137. *num.* 7. Cardinalis Tuſchus *concl.* 40 *litt.*
*P. tomo* 6. *num.* 12. & Auguſtinus Barboſa *lib.* 1. *de iure vniuerſo Eccleſ.*
*cap.* 2. *n.* 18. quia regnum orbis, & vrbis habet, ac ſummam dignitatis
Apoſtolicæ, ſtatúſque eccleſiaſtici villicationem. Verùm hæc ſenten-
tia quamuis maxima polleat Chriſtiana; ac Catholica pietate, tamen
nullo innititur rationabili fundamento; eo magis, quia doctiſſimus
3 Barboſa negat Chriſtum Dominum totius mundi habuiſſe in actu
primo regimen politicum, & temporale, vt negãt etiam Molina *tom.*
1. *de iuſt. & iure*, *diſp.* 28. & Suarez 3. *part. diſp.* 48. *ſect.* 2. Hoſtienſis
Turrecrem. & alij quamplurimi, ita habet *in cap.* 1. *eiuſdem libri n.* 9.
4 Romanum Pontificem non ſolùm omnium Chriſti fidelium eſſe
dominum, verùm Principem Principum, Regúmque Regem, exi-
ſtimant aliqui, quia totius Orbis eſt abſolutus Princeps, & Guberna-
tor ſecundùm directam poteſtatem à Chriſto ſibi datam, tam ſpiri-
tualem, quàm temporalem. Ita ſentiunt in primis nonnulli ſapientiſ-
ſimi Theologi, noſter Aluarus Pelagius *lib.* 1. *de plãctu Eccleſiæ*, *cap.* 24.
ſanctus Antoninus *tertia parte titulo* 22. *cap.* 5. §. 8. & 13. Syluester
*verbo Papa*, *quæſt.* 2. 7. & 10. & *in verbo legitimus*, *quæſt.* 4. Auguſti-
nus de Ancona *de poteſtate Eccleſ. quæſt.* 1. *art.* 7. & 8. & *quæſt.* 22. *art.* 2.
& 3. & *quæſt.* 23. *art.* 1. & *ſequentibus*. Beatus Ioannes de Capiſtra-
no *de poteſtate Papæ part* 2. *num.* 194. & 225. Ioannes Hieronymus
Albanus *tract. de poteſtate Papæ num.* 16. *cum ſequentibus*, *part.* 2.
Sanctus Titus Boſtrenus *in cap.* 22. *in Lucam*. Beda *in dicto cap. Lu-*
*cæ*, Sanctus Bernardus *lib.* 4. *de conſideratione ad Eugenium*, Sanctus
Hildebertus Cænomanenſis Epiſcopus *epiſt.* 40. ex Iuriſtis Abbas
*conſ.* 28. *lib.* 1. Aretinus *conſ.* 51. Bart. *ad l. primam, ff. de requirendis reis*,
Oldrad. Paulus de Caſtro, & alij, quos refert Couar. *in regula pecca-*
*tum* 2. *part.* §. 9. *num.* 7. & Nauarrus *in cap. nouit ille, de iudicijs*, Inno-
centius, Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Felinus, & Decius *in cap. Nouit*,
*de iudiciis*, & *cap. cauſam*, *quæſt.* 2. & *in cap. per venerabilem, qui filij*
*ſint legitimi*, & *in cap. ſolitæ, de maioritate*, & *obed. in cap. quod ſuper*
*his*,



*his*, *de voto*, & alij *in cap. Quoniam*, *diſt.* 10. *ac in cap. cùm ad verum* 96.
*diſt.* Hinc Bart. *in tract. ad reprimendam*, *in verbo per edictum*, aſſere-
bat poſſe Romanum Pontificem in ius vocare quemcunque, & in 5
quocunque loco exiſtentem, quia vbique eſt dominus: vnde Tertul-
lianus *lib.* 1. *ad vxorem*, Pontificem maximum vocat Regem ſeculi, 6
quod non obſcurè inſinuat Auguſtinus *ſermone Apoſtolorum Petri, &*
*Pauli*, ibi, *O mira potentia, & ineffabilis gratia Saluatoris! quis ple-*
*beium piſcatorem Apoſtolorum facilè crederet Principem, & Regibus ob-*
*ſiſtere? Reges ſanctificare? regnis omnibus imperare? mundum refræna-*
*re legibus?* Vnde canit diuo Petro Eccleſia, *tibi tradidit Deus omnia*
*regna mundi*: & meritò, quia Eccleſia Chriſti, quæ de ſe vniuerſalis, 7
ac totum complectitur mundum, éſtque etiam perfectè vna, & opti-
mè inſtituta? ergo tam in temporalibus, quàm ſpiritualibus eſt vera
Monarchia, nam hoc ſpectat ad perfectionem eius, vt vtraque ſit in
vno, & eodem capite, quia aliàs non poſſunt cõmodè ſubordinari, &
vniri. Igitur cui Chriſtus dedit ſupremã poteſtatẽ ſpiritualem, dedit
etiam temporalem, ac proinde Nicolaus Papa *in cap.* 1. *diſt.* 22. de
Chriſto Domino dicit, *Quæ beato Petro æternæ vitæ clauigero terre-* 8
*ni ſimul, & cæleſtis imperij iura commiſit?* ac Bonifacius VIII. *in Extra-*
*uaganti Vnam Sanctam*, *de maioritate*, & *obedientia*, dicit in ſummo
Pontifice eſſe vtrumque gladium, ſpiritualem, & temporalem; quam-
obrem Imperator antequam coronetur iurando ſummo Pontifici fi-
delitatem ſeruare, eum vocat *Dominum*, vt per *cap. tibi Domino diſt.*
63. patet. Cæterùm neque hæc cauſa determinandi Romanum Ponti-
ficem, dominum omnium fidelium, vſurpatur à nobis, quia eam
non approbat communior ſententia Theologorum.
Alij diſtinguunt in Romano Pontifice ſpiritualem ſupremam po- 9
teſtatem à temporali, ſolúmque concedunt eum in toto Chriſtiano
orbe directam poteſtatem ſpiritualem habere, ſupremam, imme-
diatam? temporalem autem indirectè. Ita Hugo de ſancto Victore
*lib.* 2. *de Sacramentis*, *part.* 2. *c.* 4. quem ſequitur Alex. de Alez 3. *part.*
*ſummæ quæſt.* 40. *membro* 5. & 4. *part. quæſt.* 10. in explicatione Canonis
Miſſæ in illud, & *pro Rege N.* S. Bonauentura *in lib. de Eccleſ. Hie-*
*rarchia part.* 2. *cap.* 1. Durandus *in lib. de origine iuriſdictionum*, *quæſt.*
3. *in fine*, Petrus de Alliaco *in quæſt. de re ſumpta*, Vtrùm Petri Eccle-
ſia fide firmetur: Ioannes de Pariſio *in tract. de poteſtate Regia, &*
*Papali*, *cap.* 6. & 7. Iacobus Almair *in tract. de ſuprema poteſt. Eccleſ.*
*cap.* 6. Gabriel. Biel *in explicatione Canonis Miſſæ lect.* 23. Henricus de

Gandauo *quodlibeto* 6.*q.* 23.Ioannes Driedo *lib.* 2.*de libertate Eccleſ.*
*cap.*2.Albertus Pighius *lib.* 5. *Hierarchiæ Eccleſ.* Thomas VValdenſis
*lib.*2.*doctrinæ fidei art.*3.*cap.*76. *&* 78.Petrus de Palude *in lib. de po-*
*teſtate Eccleſiaſt.*Caëtanus *in Apologia cap.*13.*ad* 8. Victoria *relectio-*
*ne* 1. *quæſt.*6. *de poteſtate Eccleſiæ* Dominicus Soto *in quarto Senten-*
*tiarum, diſtinct.*25.*quæſt.*2.*art.*1.Corduba *lib.*1.*quæſt.*57.*dubio* 3.Car-
dinalis Bellarminus *lib.*5.*de Romano Pontifice, à principio per nonnul-*
*la capita*, Maior *in quarto diſtinct.*24.*quæſt.*3. Suarez *lib.* 3.*de legibus,*
*cap.*6.*num.*3.*per totum*, & *lib.* 3.*de primatu Summi Pontificis contra Re-*
*gem Angliæ cap.*1.*num.*6.*& ſequentibus*.Iuxta eos,qui ſupponunt hanc
ſententiam, Romanus Pontifex appellatur *Dominus Noſter*; ac Prin-
10 ceps Regum terræ. Nam ſecundùm illam doctrinam, ſuprema tem-
poralis poteſtas eſt inferior, & ſubordinata ſupremæ ſpirituali pote-
ſtati Eccleſiaſticæ, vt allegati Authores docent,non ſolùm directiuè,
verùm etiam coactiuè. Igitur Romanus Pontifex, iuxta Authores
prædictos, quia in illo hæc ſuprema ſpiritualis reſidet poteſtas, eſt ab-
ſolutè Dominus,Princeps, & Rex Regum, ac Imperatorum.
11 Declarant amplius hi Authores hanc rationem: nam vtraque po-
teſtas ſuprema ſpiritualis immediatè, ac directè, & temporalis indi-
rectè, de iure diuino in Romano Pontifice exiſtunt, vt poſſit directè
totam ciuiliter gubernare Eccleſiam ad finem ſpiritualem; igitur in-
ter ſe aliquem ordinem ſeruare debent, vt communi bono, & ſaluti
Chriſtiani populi proficiant iſtæ duæ ſupremæ poteſtates, aliàs non
12 poſſet pax, & vnitas in Eccleſia ſeruari; nam ſæpè temporalia com-
moda ſpiritualibus repugnant, ideóque vel erit bellum iuſtum inter
vtramque poteſtatem, vel neceſſe eſt alteram alteri cedere, vt om-
nia rectè ordinentur. Igitur vel poteſtas ſpiritualis erit ſub temporali,
13 vel è contra. Primum nec dici, nec cogitari poteſt, quia temporalia
omnia ad finem ſpiritualem ordinari debent; ergo neceſſariò dicen-
dum eſt temporalem ſubiectam eſſe ſpirituali, vt à ſuo non deflectat
fine;nam ita ſubordinatur poteſtas, ſicut & finis. Quamobrem Ange-
licus Doctor *ſecunda ſecundæ, quæſt.*40.*art.*2.*ad* 3. dixit bella ſubor-
14 dinari poteſtati Papæ, quia potentia, virtus, vel ars reſpiciens ſupe-
riorem finem, habet ſibi ſubiectas facultates inferiores in ordine ad
eundem finem, & *quæſt.*6.*art.*6.*ad tertium*, ſic ait, *Poteſtas tempora-*
15 *lis ſubditur ſpirituali, ſicut corpus animæ, & ideo non eſt vſurpatum iu-*
16 *dicium, ſi ſpiritualis Prælatus ſe intromittat temporalibus*; & *in ſecundo*
*ſententiar.diſt.*24.in expoſitione textus ad quartũ ait, *Secularem pote-*





*ſtatem eſſe ſub ſpirituali in his, quæ ad ſalutẽ pertinent, & ideo in eiſdem* 17
*magis eſſe obediendum ſpirituali poteſtati, quàm temporali, licèt in his,*
*quæ ad bonum ciuile pertinent, magis ſit obediendum poteſtati ſeculari*; 18
in quibus verbis apertè indicat ſuperiorem diſtinctionem; ſtatim ve-
rò addit limitationem, dicens, *niſi fortè poteſtati ſpirituali etiam ſe-* 19
*cularis poteſtas coniungatur, ſicut in Papa, qui vtriuſque apicem po-*
*teſtatis tenet*.Quid ergo quæſo eſt, Papam apicem vtriuſque habere
poteſtatis, quàm Regum Regem eſſe, & Principum Principem, ra- 20
tione vtriuſque poteſtatis exercitij? Siue ergo Romanus Põtifex tem-
poralem in ordine ad commune bonum totius Eccleſiæ directã exer-
cet poteſtatem ſupremam temporalem, ſiue ſpiritualem, Reges, ac
totius Chriſtiani Orbis Imperatores ſuperiorem eum agnoſcunt,ado-
rant, eius deoſculantur pedes, vt verè dici poſſit Dominus Noſter,
Princeps Principum, & Rex Regum.
Hunc prædictorum Authorum nodum explicandi,qua ratione ve- 21
rum ſit, Romanum Pontificem in toto Chriſtiano Orbe titulo domi-
nij eſſe Regem,ac Dominum omnium fidelium,etiam Regum, Prin-
cipum, & Imperatorum, non iudico eſſe neceſſarium ad rem præ-
ſentem, vti ſcilicet intelligatur, quomodo Romanus Pontifex dici
ab omnibus poſſit, Dominus noſter.Nobiliori enim, ac altiori titulo
aliter mihi venit dicendum, titulo *Deitatis* nempe, nam eadem ra-
tione, qua Deum omnipotentem Dominum noſtrum vocamus, poſ-
ſumus cum proportione ſana, Catholicáque intelligentia Romanum
Pontificem, Dominum noſtrum appellare, ratione officij, ac poteſta-
tis, quia etſi homo ſit, & mortalis, aliquid ſupra homines, & com- 22
mune cum Deo habere dignoſcitur; adeò vt quidam, teſte Nauarro,
dixerit, quodam modo, neque Deum eſſe, neque hominem, qua- 23
ſi neuter ſit inter vtrumque: ita Gloſſa *in verbo homini, in cap. funda-*
*menta, de elect. in* 6. *& in Proœmio Clemen. in verbo Papa*, Turrecr.
*in ſumma de Eccleſ.lib.*2.*c.*37.Card.Tuſch.*practic.concl. tomo* 6. *littera*
*P.concluſ.*40.*num.*9.Vnde quod Papa facit, non vt humanus Princeps 24
facere cenſetur, ſed Deus ipſe, quia, vt ait Innocentius III. *in cap.*
3. *de tranſlatione Epiſcoporum*, non beatiſſimus Papa puri hominis, 25
ſed veri Dei vicem in terris gerit, cui ſoli à Chriſto dictum eſt,
*Quodcunque ligaueris ſuper terram, ligatum erit in cælis, & quodcun-*
*que ſolueris ſuper terram, erit ſolutum*, Matth. 6. & can. 24. quæſt. 1.
Quapropter Reges Catholici *Deum* Pontificem Romanum appella- 26
re conſueuere; vt videre licet in epiſtola Ladiſlai Regis Vngariæ ad

Nicolaum V. apud Cocleum *lib.* 11. vbi vocat Papam in terris *Deum*, &
Petrus Bleſenſis refert epiſtolam quandam Reginæ A. gliæ, quæ apud
ipſum eſt 144. in qua contra tyrannidem cuiuſdam Principis Chri-
ſtiani auxilium Cæleſtini Papę implorabat, *Quem conſtituit*, inquiens,
*Deus ſuper gentes & regna in omni plenitudine poteſtatis*; & infrà, *Nec*
*iſta diſſimulare poteſtis ſine crimine, & infamiæ nota, cùm ſitis Vicarius*
27 *Crucifixi, ſucceſſor Petri, Deus etiam Pharaonis.* Hinc ſacra iura de-
terminant *in cap. ſerpens*, vbi Gloſſa, *de pœnitent. diſt.* 1. quòd qui Pon-
tifici Romano mentitur, ſacrilegus appellatur, non quidem alia ra-
tione, niſi quia non homini, ſed Deo mentitur, vt Diuus Petrus
Ananiæ dixit Actor. cap. 5. *Cur tentauit Satanas cor tuum*, mentiri te
*Spiritui Sancto*; & infrà, *Non es mentitus hominibus, ſed Deo*; ex quibus
28 ſic poteſt formari ratio, Sũmo Romano Pontifici mentiri, non eſſe
puro homini mentiri, ſed Deo ipſi omnipotenti; igitur Summus Pon-
tifex commune aliquid habet cum Deo ratione dignitatis officij, ac
29 poteſtatis; ergo eſt ſupra omnes homines, ac eorum in terris Deus;
30 ſic ſentire videntur Anaſtaſius, Germonius *de ſacrorum immunit. cap.*
15. *num.* 73. *lib.* 3. *& cap.* 18. *num.* 85. *folio mihi* 318. Auguſtinus Barboſa
*lib.* 1. *de iure vniuerſo Eccleſ. cap.* 2. *num.* 89. Iure ergo optimo omnes
Chriſti fideles quacunque dignitate Regali, aut Imperiali fulgeant,
poſſunt, imò debent Romanum Pontificẽ vocare Dominum noſtrum.

---

## *Vrbani diuina prouidentia Papæ Octaui.*

### CAPVT III.

*Pontificem Romanum ſolius diuinæ prouidentiæ eſſe Papam, oſten-*
*ditur, vbi nonnulla de nominis Pontificis muta-*
*tione tanguntur.*

1 POntifex Romanus, qui ad præſens vniuerſalem regit Eccleſiam,
cui omnipotens Deus longam dignetur præſtare vitam, veluti
ſancta ſua indiget Eccleſia, antea Mapheus dicebatur Cardinalis Bar-
barinus genere Florentinus, ex nobiliſſima, antiquiſſimáque Barbari-
norum familia, Vrbaniq; nomine aſſumpto, octauum in ordine Pon-
tificum qui ita nuncupati ſunt, ſortitur locum: ſuorum prædeceſ-
ſorum nulli ſecundus ingenij dexteritate, animi fortitudine, vitæ in-
tegritate, religione, magnificentia, omnibus denique virtutibus,





quibus ſummũ Chriſti Vicarium ornatum eſſe oportet, vt ſuorum
meritorum fama totum terrarum impleat Orbem, prędítum cogno-
ſcimus. De Pontificum nominis mutatione, pauca in præcedenti ca-
pite moraliter, & quaſi à poſteriori tetigimus; nonnulla nunc exiſti-
mo neceſſariũ eſſe declarare. Nominis igitur mutatio vnde originem 2
duxerit, ortúmque à quo inceperit, non conſtat inter Hiſtoriogra-
phos. Nam Platina *in vita Pontificum*, Martinus Columna, Anaſta-
ſius Germoſius *tract. de indultis Cardinalium* §. *Sixtus Epiſcopus, ſer-*
*uus ſeruorum*, *n.* 5. Duard. *in comment. ad Bullam in Cœna domini, lib.*
1. *cap.* 4. *quæſt.* 5. à Sergio tantùm ſecundo, morem, ac originem mu-
tandi nomen duxiſſe tradunt, quòd is Oſporci cùm vocaretur, tur-
pè iudicauerit, eo nomine ſummũ Eccleſiæ Caput, Chriſtíque Vica-
rium vti, ſícque eo relicto Sergium appellari voluiſſe, quem ſequuti
ſunt deinceps omnes Romani Pontifices. Idem referunt Petrus Meſ-
ſia *in Silua variar. lect. lib.* 1. *cap.* 1. Illeſenſ. *in hiſtoria Pontificali* 1. *lib.* 4.
*cap.* 33. *de Sergio ſecundo*, Thomas Act. *de ludo Scacchorum, quæſt.* 12.
*num.* 133. Paul. Fuſc. *litt. P. ſing. verſo qui in ſua electione*, Menochius
*de arbitriis caſu* 318. *n.* 3. Gonzal. *ad regulam* 8. *Cãcellariæ gloſſa* 1. *n.* 44.
*&* 45. & plures alij, quos Cened. *ad ſextum collect.* 19. *n.* 1. citat. Hanc 3
tamen aſſertionem communem non eſſe certam exiſtimant nonnulli,
quia ex Anaſtaſio Bibliothecario conſtat Pontificem prædictum ante
Pontificatum Sergium fuiſſe appellatum; ac proinde ab Adriano ter-
tio, qui antea Agapetus dicebatur, mutationem nominis incepiſſe
contendunt aliqui, ita Azorius *inſtit. Moralium part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 43.
*quæſt.* 5. omnéſque ab hoc Pontifice (exceptis Marcello ſecundo, &
Adriano VI. qui ſua retinuerunt propria nomina) vſque in pręſentem
diem, proprij nominis mutationem fecerunt.

Verùm nominis mutationem ideo fieri putant Nicolaus de Lyra 4
poſt Gloſſam ordinariam *in cap.* 6. *Lucæ* & Sarnenſis *ad cap.* 1. *de con-*
*ſtitutionibus in* 6. *num.* 48. Mandoſius *in Gloſſam facult. reg.* §. *volentes,*
*in verbo & nomen*, quòd Chriſtus Simonem Apoſtolorum Princi-
pem deſignatum, Petrum vocauerit; ideo ſuccedentes poſt aliqua
ſecula Pontifices commutationem myſteriorum eſſe cognoſcentes,
nomenclaturam exinde aſſumpſiſſe nouam, ad ſignificandas varias
Summi Pontificatus prærogatiuas; ſiquidem hæc nominis mutatio
magnam excellentiam, & prærogatiuam Summi Pontificis indi-
cat *Tu es Simon filius Bar-Iona, Tu vocaberis Cephas*, ait Dominus Pe-
tro. Cephas enim Syriacè petram ſignificat, ſicut ſanctus Hierony-

mus teſtatur *in cap.* 2. *epiſtolæ ad Galat.* Græcè verò ſignificat ca-
put, vt contra Parmenianum *lib.* 2. annotauit Optatus, éſtque
7 vnum ex celeberrimis Chriſti nominibus; nihil enim frequentius
in ſcripturis Chriſtus appellatur quàm petra, vt videre licet. *Iſa.*8.
*&* 28. *Dan.* 2. *Pſalm.*117. *Matth.*21. *Rom.*9. *ad Corinth.*1. *cap.*10.
& alibi ſæpè, vbi Paulus ait, *Bibebant de conſequente eos Petra,*
8 *Petra autem erat Chriſtus.* Chriſtus ergo cùm ſolo Petro ſuum
ipſius nomen communicans, & nomen illud, quo ipſe ſignificabatur,
9 vt fundamentum, & caput Eccleſiæ vniuerſæ; quid aliud indicare
voluit, quàm Petrum, ſucceſſoréſque ſuos fundamẽtum eſſe, & caput
Eccleſiæ loco ſuo? vt rectè ſanctus Leo Papa *epiſt.*89. *cap.*1. probat,
10 dicens. *Hunc enim in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum, id quod
ipſe erat, voluit nominari, dicendo; Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram
ædificabo Eccleſiam meam, vt æterni templi ædificatio mirabili munere
gratiæ Dei in Petri ſoliditate conſiſtere:* hoc ipſum apud Latinos Pa-
11 tres frequens eſt, vt Petrum hac ratione vocent Eccleſiæ Catholicæ
fundamentum, ita ſanctus Iſidorus *lib.*2. *de off. eccleſ. cap.*5. *& lib. de
victoria, & morte ſanctorum, cap.*69. Petrus Chryſologus *ſerm.*107.
Laurentius Iuſtinianus *lib. de obed. cap.*12. Tertullian. *lib. de pudicitia,
cap.*25. Diuus Ambroſius *ſermone* 47. *Petra,* inquit, *dicitur Petrus, eo
quòd tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem mo-
lémque contineat;* elegantiùs verò idem Leo *ſermone* 3. *de anniuerſa-*
12 *rio die aſſumptionis ſuæ,* vbi Chriſtum ad Petrum loquentem ita in-
troducit. *Sicut meus Pater tibi manifeſtauit dignitatem meam, ita &
ego tibi notam facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus,* id eſt, *cùm
ego ſim inuiolabilis Petra, ego lapis angularis, qui facio vtráque vnum,
ego fundamentum, præter quod nemo poteſt ponere aliud; tamen tu quo-
que Petra es, quia mea virtute ſolidaris, vt quæ mihi poteſtate ſunt pro-*
13 *pria, ſint tibi mecum participatiône communia.* Itaque rectè colligitur,
vt ſicut ex nominis mutatione, Diuus Petrus factus omnium Apo-
ſtolorum Princeps, regni cæleſtis ac clauiger, & terreſtris moderator,
14 & dominus, ita Romanus Pontifex eius ſucceſſor, ex nominis ſui pro-
prij mutatione, fundamentum poſt Chriſtum dominum, ſecundum,
15 & caput totius vniuerſalis Eccleſiæ optimè deſignatur; nomen enim
& perſonas, & rerum naturas efficaciter diſtinguit, §. *ſi quis, in nomi-
ne, Inſtit. de legatis, l. ad recognoſcendas, C. de ingen. manumiſſ.* §. *ſed nos
pleniſsimo, Inſtitut. de donationibus;* igitur ſiidem nomen Simoni Ieſus
16 Chriſtus à ſe præelecto Diſcipulo clauiũ poteſtatem traditurus, quo
ipſe



ipſe nominatur, impoſuit, profectò alterius eſſe naturę, ratione officij,
ac dignitatis ſummæ, quam eidem cõmunicauit, apertè oſtendit; ita
vt non diſcipulus ille, qui antea Simon Ioannis dicebatur, exiſtima-
tur, ſed Chriſtus & nomine, & authoritate credatur: ô admirabilis
Romani Pontificis ſumma dignitas! exclamat Hilarius *in cap.* 16.
*Matth.* ibi, *O in nuncupatione noui nominis felix Eccleſiæ fundamen-
tum, dignáque ædificatone illius petra, quæ inferorum leges diſſoluerit;*
& ſanctus Paulinus *epiſtola* 4. *ad Seuerum,* inquit, *Petra eſt Chriſtus,* 18
*ſed etiam diſcipulo ſuo huius vocabuli gratiam non negauit, cui ait, ſu-
per hanc petram,* &c. demum *Sanctus Leo Sermone* 2. *de aſſumptionis
ſuæ die ad Pontificatum,* ſic affatur. *Dum petra dicitur, dum fundamen-* 19
*tum pronunciatur, dum regni cœlorum ianitor conſtituitur, qualis ipſi
cum Chriſto eſſet ſocietas per ipſa appellationum myſteria noſceremus.*

Supernaturali igitur lumine ſicut Romanus Pontifex ſolum diui- 20
na prouidentia eſt Papa, ita inſcribitur; nam Papatus ſicuti de iure
diuino in beati Petri perſona à Chriſto Domino eſt inſtitutus, vt
communiter Scholaſtici docent, ex ſacræ Scripturæ teſtimoniis, San-
ctorúmque Patrum conſenſu, Zabarell. *conſ.*150. *num.*13. Cardinalis
Tuſchus *ſuprà citato, tom.*6. *lit. P. concluſ.*47. *num.*1. *&* 3. Suarez *lib.*3.
*de Primatu Summi Pontificis, cap.*10. *per totum.* Bellarm. *loco quo ſuprà;* 21
ita ſolus Pontifex Romanus diuina prouidentia eſt Petri ſucceſſor.
Pro cuius intelligentia, aduertendum eſſe hîc ſpecialius doceo, in
Summi Pontificis electione duo neceſſariò concurrere. Primum eſt 22
Papatus collatio; alterum perſonæ, cui ſuprema, ac ſupernaturalis iſta
dignitas eſt conferenda determinata deſignatio, hæc humanæ pote- 23
ſtatis & voluntatis eſt; pertinet ſiquidem ad Cardinalium Collegium
de iure poſitiuo *in cap. licet, de elect. in* 6. *& cap. in nomine Domini* 63.
*diſt. & in cap. vbi periculum, de electione in* 6. *& Clemen. ne Romani, eo-
dem titulo,* prout obſeruant Cardinalis Paleoth. *de conſult.* 5. *conſiſt.
p.*3. *quæſt.*4. *verſo, vt eo magis,* Turrecrem. *de poteſtate Eccleſ. lib.*2.
*cap.*43. Cardinalis Bellarm. *tom.*1. *de Clericis lib.*2. *cap.*9. *cum ſequenti-
bus.* Burſat. *tom.*2. *conſ.*26. *num.*6. *&* 7. *& conſil.*108. *num.*18. illa verò eſt
immediatè à Deo. Quamuis ergo actio humana interueniat per ele- 24
ctionem legitimam qua Summi Pontificis perſona deſignatur, ni-
hilominus non obſtat quominus, Papatus à Deo immediatè illi de-
ſignatæ perſonæ conferatur; deinde ad illam humanam deſignatiuæ
perſonæ actionem, cui confertur ſuprema Papalis dignitas, Deus 25
ſpeciali prouidentia ſua infinita, per influxum peculiarem concur-
rit,

rit,per Spiritus ſancti internam ſpirationem Cardinalium corda mo-
uendo, ad determinandam perſonam pro temporis opportunitate
Eccleſiæ ſuæ neceſſariam, ac tantæ & ſummæ dignitatis ſufficientē;
26 ac proinde cùm ex parte collationis omnipotens, ac pius Deus im-
mediatè totalitérque concurrat, ex parte verò electionis, ſiue deſi-
gnationis perſonæ, vt cauſa principalior; ita gubernio ſuæ Eccleſiæ
expoſcente, concludendum eſt, Romanum Pontificem eſſe Petri
27 ſucceſſorem, ac Papam, ſola diuina prouidentia; quod conſiderantes
Romani Antiſtites, videlicet à Deo ita diſponente ſua æterna diuina
prouidentia ſe eſſe Pontifices, Summos, veróſque Petri ſucceſſores,
talem infinitam poteſtatem, vt ita dicam, cognoſcentes, inſcribunt
titulum, *Diuina prouidentia*,&c.

28 Prior pars huius diſcurſus ex eo conuincitur, quia Papatus ſem-
per confertur ex vi primæ inſtitutionis, & ſolius Dei voluntatis, cu-
ius ſignum eſt,quia integrè,& immutabiliter prout inſtitutus eſt,con-
fertur; & quia ſucceſſio etiam eius ab eadem inſtitutione originem
29 habet: ſicut enim in lege veteri per generationem carnalem,in pon-
tificatu ſuccedebatur, quia ita à Deo ipſo inſtitutum erat; ita nunc
in lege Euangelica, deſignatio perſonæ alio magis ſpirituali modo
fit, quia Eccleſiaſtica traditio docet, ita eſſe à Chriſto inſtitutum, qui
modum deſignationis perſonæ ſiue electionis Vicario ſuo definien-
30 dum commiſit. Confirmatur; primò Regimen Eccleſiæ eſt ſuperna-
turale;igitur nemini conuenit niſi cui Deus commiſit, conſequenter
ex ſola diuina prouidentia Romanus Pontifex totam regit vniuerſa-
31 lem Eceleſiam. Antecedens probatur, nam ſolius Dei eſt Eccleſiam
abſoluta poteſtate regere, vt fides docet, multáque Scripturæ teſti-
monia demonſtrant, Actorum 1. *Dixit Spiritus Petro: Vade ad eos,ni-
hil hæſitans, quia ego miſi eos*: Act.13. ait Spiritus ſanctus: *Segregate
mihi Saulum,& Barnabam,in opus,ad quod aſſumpſi eos:ibidem, Et ipſi
miſſi à Spiritu ſancto*. Actor.15.*Viſum eſt Spiritui ſancto,& nobis nihil
vltrà imponere vobis*. Actor.16.*vetati ſunt à Spiritu ſancto loqui ver-
bum in Aſia*. Actor.20. *Attendite vobis,& vniuerſo gregi, in quo vos
Spiritus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*. 1. ad Corinth. cap.12.
*Omnia operatur vnus atque idem Spiritus,diuidens ſingulis prout vult*.
32 Confirmatur ſecundò: Eccleſia vniuerſalis eſt regnum Chriſti, de
quo dicitur Pſalm.2. *Ego autem conſtitutus ſum in Rex ab eo ſuper
Sion montem ſanctum eius*:& Lucæ 1.*Et regni eius non erit finis*: igitur
Regimen, & gubernium Eccleſiaſticum eſt ſupernaturale, & penes
ipſum



ipſum conſequentia tenet: nam Chriſtus eſt Epiſcopus & Paſtor vni-
uerſalis,& vt teſtatur D. Petrus Epiſtola ſecunda Canonica, *Epiſcopus* 33
*animarũ noſtrarum*,qui eam ſpiritualiter, ac inuiſibiliter regit,& mo-
deratur: at Eccleſia, quæ corporalis & viſibilis eſt, vno aliquo viſibili, 34
& ſummo iudice eget, à quo lites de religione exortæ componan-
tur, quique omnes inferiores præfectos in officio, & vnitate conti-
neat, fideléſque Chriſti prout indigent, quæ ad ſalutem ſunt neceſ-
ſaria adminiſtret, igitur diuina prouidentia, ad quam tale ſupernatu-
rale gubernium pertinet, expoſcit, vt aliquem deſignatum virum,
ſuum Vicarium in terris conſtituat cum omnimoda ſua poteſtate, er-
go ſummus Pontifex, qui eſt in terris Vicarius Chriſti, Beatiq; Petri
ſucceſſor, diuina prouidentia regit, & gubernat vniuerſalem Eccle-
ſiam ſpecialiſſimo ſupernaturali diuinæ gratiæ influxu, ad diuinam
prouidentiam ſpectante.

Dices fortaſſe, ad diuinam prouidentiam gubernare pertinet per 35
Reges, & Principes totum mundum; igitur ſicut Pontifex Roma-
nus eſt diuina prouidentia Papa, ita vnuſquiſque Rex in ſuo regno
eſt Rex diuina prouidentia, ac ſubinde non eſt ſolius Papæ, eſſe Pa-
pam diuina prouidentia. Reſpondeo latam eſſe differentiam inter gu- 36
bernium eccleſiaſticum, quod in Summo reſidet Pontifice, & inter
gubernium temporale, quo Reges mundum regunt; nam certum eſt, 37
nullum Regem, vel Monarcham habere, vel habuiſſe (ſecundùm
ordinariam legem) immediatè à Deo, vel ex diuina inſtitutione po-
liticum principatum, ſed mediante humana voluntate, & inſtitutio-
ne, vt docent Theologi communiter, Caëtanus *tract*. 2. *de auct. Papæ
p*. 2. *cap*. 10. Caſtro *lib*.1. *de lege pœnali cap*. 1. Driedo *lib*. 1. *de libertate
Chriſtiana cap*. 19. Victoria *in relectione de poteſtate ciuili num*. 8. *&
ſequentibus*. Soto *lib*. 4. *de iuſt. & iure, quæſt*. 2. *art*. 1. *in diſcurſu con-
cluſionis primæ*, Ludouicus Molina *tract*. 2. *de iuſtitia, diſput*. 21. &
inſinuat diuus Thomas 1. 2. *quæſt*. 90. *art*. 3. *& quæſtione* 97. *artic*. 3.
& clariùs *ſecunda ſecundæ quæſtione* 10. *art*. 10. à viris etiam peritis
doctrina hæc communiter traditur *in l*. 3. *de conſtitutio. Princip. & in
l*. 2. *ff. de origine iuris*, & ex Modernis, à Nauarro *in cap. nouit, de iu-
diciis, notab*. 3. *num*. 41. *&* 85. *&* 94. Couarr. *in practicis quæſtio. cap*. 1.
*num*. 6. & aliis, quos *in diſput. vltima* referam; ex recentioribus verò
Theologis Suarez *lib*. 3. *de primatu ſummi Pontificis cap*. 2. Cardinal.
Bellarm. *lib*. 1. *de Romano Pontifice*, per diuerſa cap. ex ſanctis Patri-
bus. idem ſentire videntur Auguſtinus *lib*. 19. *de Ciuitate Dei, cap*. 15.

& *lib. quæſt. in Geneſim quæſt.* 133. Gregorius Papa *lib.* 21. *moralium*
38 *cap.* 10. & *in paſtorali p.* 2. *cap.* 6. ac proinde dicam generali diuinæ ſuæ prouidentiæ influxu, quo omnia iſta ſublunaria gubernat, ad eorum inſtitutionem concurrere; quamuis reſpectu gubernationis applicatæ ad opus particulari auxilio, aliquando, & ſæpe per modum
39 actus influat, & adiuuet. Summum verò Romanum Pontificem à Deo immediatè accipere ſuam authoritatem, Regnum, ac dominium ſupra vniuerſalem Eccleſiam ſpecialiſſimo influxu diuinæ prouidentiæ,
40 quia ſpeciali ordine ad Chriſtum Dominum, vt Regem & Monarcham Catholicæ Eccleſiæ pertinet talis gubernatio. Deinde Pontifi-
41 cia Monarchia in vniuerſam Eccleſiam ab ipſo Deo immediatè eſt inſtituta, & præcepta, ita vt mutari non poſſit: modus autem regimi-
42 nis temporalis non eſt à Deo diffinitus, nec præceptus, ſed hominum diſpoſitioni hoc relictum eſt. Poſtremò ſpiritualis poteſtas nunquam
43 fuit in communitate totius Eccleſiæ, quia Chriſtus non contulit eam
44 corpori Eccleſię, ſed capiti, ſeu Vicario ſuo, ideóq; non poteſt Eccleſia in electione Pontificis concurrere tanquam dans poteſtatem, ſed tan-
45 quam perſonam deſignans: poteſtas autem regia ex natura rei, reſidet in ipſa communitate, & per illam in illum, vel hunc Principem
46 tranſlata eſt voluntate ipſius communitatis, eam tanquam rem ſuam alteri donantis. Vnde etiam fit vt ſpiritualis iuriſdictio ſuprema Pontificis, ita ſit iure diuino collata, vt limitari non poſſit, nec minui, aut
47 augeri etiam per vniuerſalē Eccleſiæ conſenſum, imò nec per ipſiuſmet Pontificis voluntatem; quamdiu enim dignitatem retinet, non
48 poteſt illa in ſe minuere, vel mutare. Poteſtas autem Regia potuit à principio maior vel minor conſtitui, ac interdum temporum ſuc-
49 ceſſu poterit mutari, aut minui, hinc eſt diſparitatis ratio, quòd Reges, quia immediatè humana diſpoſitione regunt mundum in temporalibus, diuina miſeratione dicuntur Reges: Romanus verò Pon-
50 tifex quia immediatè Dei beneplacito, ita diſponentis, regit ſuam Catholicam Eccleſiam diuina prouidentia ſolùm eſt Papa.

Papa



## Papæ Octaui.

## Capvt IV.

*Cur tantùm Romanus Pontifex appellatur Papa, variæ acceptiones etiam huius vocis referuntur.*

ANtiquiſſimum, atque communiſſimum Romani Antiſtitis no- 1
men eſt *Papa*, nam ſanctus Ignatius Martyr *in Epiſtola ad Mariam Zarbenſem* ſcribens, *Cùm eſſes* inquit, *Romæ apud Papam Leo-*
*nem*, &c. eſt autem *Papa*, ſeu *Pappas* apud Græcos, vox, qua blan- 2
dientes ſeu balbutientes pueruli parentes ſuos appellare ſolebant, vt apparet ex Philemone Comico apud Athenæum *libro* 8. vbi legitur, χαῖρε πάππα φίλτατε; & Homerum *Odyſſ. lib.* 6. vbi filia dicit patri, πάππα φίλε, apud Latinos veteres ſimiliter patrem, vel auum, id eſt, patrem patris ſignificabat Iuuenalis *Satyra* 6. ſic,

*Mordeat antè aliquis quidquid porrexerit illa*
*Quæ peperit, timidus prægustet pocula Pappas.* 3

Item Auſonius ad Nepotem ſuum,

——— *Pappas auiáſque trementes*
*Anteferunt Patribus ſin noua cura nepotes.*

Hinc Eccleſiaſtici Patrem ſpiritualem blando illo vocabulo Papam 4
appellare cœperunt, hæc Cardinalis Bellarminus *lib.* 2. *de ſummo Pontifice cap.* 31. quem ſequitur Anaſtaſius Germonius *tomo* 2. *lib.* 2. & *de indul. Card. tomo* 1. §. *ſeruus ſeruorum num.* 11. Aliqui verò à Pa-
tris Patriæ titulo, hoc nomen Papa deductum exiſtimant, quia ſicut 5
antiqui Romani Imperatores, ac alij præſtantes Viri olim Patres Patriæ deſignabantur, his notis PP. ſic quoque Epiſcopi, ob ſingularem reuerentiam, ac venerationem, quam eis fideles adhibere ſolebant, Patres Patriæ vocati ſunt, & cùm eiſdem notis PP. inſcriberetur, ſcilicet geminato P. & grandiori P. inualuit opinio, vt
exiſtimarent ipſos Papam ſignificare, à verbo Græco πάπος. ita Pau- 6
lus Middelburgenſ. Epiſcopus Foſſambrun. *in epiſtola ad Leonem X.* inſcribit, *Priſci Romani Patrem Patriæ ſignificare volentes duas dumtaxat primas ſyllabas ſcribere conſueuerunt, vt in antiquis monumentis, & numiſmatibus videre licet: vnde & Romanus Pontifex hac tempeſtati vocatur Papa, hoc eſt Pater Patriæ, non ab interiectione admirantis,*

 vt

*ut quidam autumant*; & Volfrang. *lib.* 3. *comment. Reipubl. Romanæ*
*cap.*17. ſic ait: *quod cognomen à Republica Romana ad ſacerdotium tra-*
*ducta Pontificibus maximis noſtra in religione acceſsit, & cùm per ab-*
*breuiationes Pæ, Pa, ſcriberent Papa vocula emerſit.* Idem ſentire vi-
dentur Ioannes Boëm. *de conſuet. gentium lib.* 2. *cap.* 12. Prate. *in ſuo*
*lexic. verbo Papa*, Durandus *in rationali diuinorum officiorum lib.* 2.
*cap.* 1. *num.* 17.

7 Nonnulli autem volunt, quòd Papa dicatur à voce Græca πάππος (vt
paulò ſuperiùs ex Bellarmino tetigimus) ideſt, Pater Patrum, Gloſ-
ſa *in verbo Papa, in Proœmio Clement.* Iſidor. Moſcon. *de maieſtate*
*militantis Eccleſiæ* 1.*part.cap.*1.*pag.*22. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloſſa*
1.*num.*49. Azorius *inſtitut.moral.part.*2.*lib.*4.*cap.*4.*quæſt.*1. ſeu, vt pla-
cuit aliis, id eſt, *Pater pauperum*, ſicut tradunt *ll.* 4. *titulo* 5. *part.* 1.
8 Ioannes Hugo *in tract. de officio quatuor Prælator. part.* 1. §. *Commeſſ.*
*num.* 1. Quamuis ergo nomen hoc tribuatur à veteribus interdum
cuilibet Epiſcopo, vt notarunt Germonius & Bellarminus; nam di-
uus Hieronymus in omnibus epiſtolis ad Auguſtinum, eum Papam
appellat, nihilominus tamen ſoli vni tribuitur ſpeciali iure ſummo
9 Romano Pontifici. Ratio poteſt eſſe, quia eſt primus, ſupremus ſuper
omnes dignitates, Alex *conſ.*72.*num.* 12. *in fine*, verſo, *quia idem eſt*
*ſumma, quod ſuprema, quod nihil aliud datur*, Tuſchus *tomo* 6. *litt.*P.
*concluſ.*40.*num.*11. Fulc. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 6. & 8.
Duardus *in comment. ad Bullam in Cœna Domini lib.*1. *cap.* 4. *quæſt.* 2.
*num.*17. nam certum eſt Romanum Pontificem omnibus eſſe maio-
10 rem, *cap. Solitæ, de maiorit. & obed.* & in adminiſtratione, & autho-
ritate, omnibus quoque ſanctis, excepto diuo Petro, eſſe maiorem,
*cap.*1.*diſt.*20. Henricus Bottæ *in tract. de Synodo Epiſcopi, part.*1.*num.*
27. Caſſan. *in Catal. gloriæ mundi part.*4.*conſideratione* 7. *in fine.*

11 Atque hinc probabilius mihi dicendum venit, nomen Papa à di-
ctione *Papè* deriuari, vt inter alios eleganter adnotauit Illuſtriſſimus
noſter Pelagius *lib.* 2. *de planct. Eccleſiæ*, quod eſt interiectio admi-
rantis, & verè ſummè admirabilis eſt Romanus Pontifex, quia vi-
cem Dei in terris gerit, Gloſſa *in verbo Papa, in Proœmio Clement.*
12 quæ allegat dictum Poëtæ Anglici, *Papa ſtupor mundi*, &c. Nauarrus
*de ſpoliat. clericorum* §.2.*num.*1. Iſidor. Moſcon. *de maieſtate militantis*
*Eccleſiæ, loco quo ſuprà*, Gonzal. *ad reg. Cancell. gloſſa* 1. *num.*33. & Sy-
13 ueſter *verbo Papa*, ita ait, *Papa dictus eſt quaſi admirabilis, à Papè*
*interiectione admirantis, eo quòd Vicarius ſit Chriſti, & Dei, cuius eſt*





*terra, & plenitudo eius.* Franciſcus Petrarcha *de vita ſolitaria, lib.*2. 14
*ſect.*3.*c.*18. loquens de Cœleſtino Papa ita dicit, *reliquerunt alij naui-*
*culas ſuas, ac retia, alij poſſeſsiunculas, alij teloneum, alij etiam Regiam,* 15
*vel regnorum ſpem, ſequutíque Chriſtum Dominum, facti ſunt Apoſto-*
*li, facti ſunt ſancti, & amici Dei. Papatum verò, quo nihil eſt altius,*
*rem tam exoptatam, támque mirabilem, vt ab admiratione ac ſtupore*
*dictum ferant, quis vlla ætate, præſertim ex quo tanto in pretio eſſe cæ-*
*pit, tam mirabili, & excelſo animo contempſit, quàm Cæleſtinus iſte,*
*priſtinum & nomen, & locum, & amicam bonis moribus egeſtatem ap-*
*petens, atque dum cælum ſuſpicit terræ immemor.* Cuius rei rationem
reddit Alberic. *in ſuo diction. verbo Papa*, dum ait, *Quia admirabilis*
*eſt intelligentia, & efficaciſsimus eloquentia.*

Probatur primò, quia per Antonomaſiam, cùm abſolutè pronun- 16
ciatur Papa, ipſe ſolus intelligitur; igitur ſoli Romano Pontifici con-
uenit appellari Papa. Conſequentia eſt nota; Antecedens probatur
ex Concilio Chalcedonenſi *actione* 16. vbi legimus; *Beatiſsimus, &*
*Apoſtolicus vir Papa hoc nobis præcepit*, nec additur Leo, vel Romanus,
aut vrbis Romæ, aut aliquid aliud; igitur. Secundò, quia ſolus ipſe to- 17
tius Eccleſiæ dicitur Papa, vt patet ex eodem Concilio Chalcedo-
nenſi eadem ratione; vbi Leo vocatur vniuerſalis Eccleſiæ Papa; &
ex Liberati Breuiario *cap.* 22. vbi habetur nullum eſſe Papam ſuper
Eccleſiam mundi totius, niſi Romanum Pontificem. Et tandem ex
eo, quia Epiſcopus Romanus à toto mundo, & à Generalibus Con- 18
ciliis vocatur Papa; ipſe verò neminem vocat Papam, ſiue Patrem;
ſed omnes vel filios cuiuſcunque conditionis, ac dignitatis ſint, ſiue
Regia, ſiue Imperiali fulgeat poteſtate, *cap. quàm graui, de crim. fal-*
*ſi*, & *ibi* Doctores, etiamſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſint Diaconi
Cardinales, *cap.*1. *de ſupplem. neglig. Prælator.* Gloſſa *ad cap.*1. *de offic.*
*delegat. in* 6. Barbat. *ad cap. in præſentia, col.*4. *de probat. & ad cap.*1.*col.*
2. *de location.* Rebuff. *ad formam mandati Apoſtolici, in verbo fratri*,
Germonius *de Indultis Cardinalium*, §. *Hieronymo, num.* 22. aut fra-
tres, ſi fuerint Epiſcopi, ſiue Cardinales, Presbyteri, & Epiſcopi:
vt patet ex *Epiſtola ad Concilium Secundum*, apud Theodoretum *lib.* 5.
*cap.*10. & ex *Epiſtola Concilij Chalcedonenſis ad Leonem*, & ex *cap. in*
*Geneſi, prope finem, de elect.* Extrauag. Ioannis 22. *Ad Conditorem, de*
*verborum ſignificatione*, Extrauag. *execrabilis*, §. *nos itaque, iuncta Gloſ-*
*ſa in verbo, cum fratribus, cap.*1. *de præbendis verſo, quod in fratribus*
*noſtris*, & *ibi* Gloſſa, *de officio Legati lib.*6. Hoſtienſis *in cap. ad deli-*

19 *berandum, de Iudæis, col.* 3. Felinus *ad rubr. de officio delegati, in*
*principio.*
20 Demum nomina omnia, quæ ſoli Romano Pontifici tribui ſolent,
non ineptè probant ipſi ſoli nomen Papæ conuenire. *Pater Pauperum*
quandoque appellatur, vt in *Epiſtola trium Conciliorum Africæ ad*
*Damaſum*, ibi *ſancto Patri Patrum Damaſo Papæ*; aliquando *Ponti-*
21 *fex Chriſtianorum*, apud Euſebium *in Chronico num.* 44. ſæpiſſimè
*Summus Pontifex*, ſic *in Epiſtola Stephani nomine trium Conciliorum*
*Africæ*, legimus, & *ſummo omnium Præſulum Pontifici*, quo etiam ti-
tulo vtitur B. Gregorius *lib.* 1. *capite* 4. *Dialogorum*, Beatus Anſelmus
*in præfatione libri de Incarnatione Verbi Dei, ad Vrbanum Papam*, B.
Bernardus *in Epiſtolis ad Romanos Pontifices*, B. Hieronymus in præ-
fatione Euangeliorum ad Damaſum; *Tu*, inquit, *qui ſummus Sacerdos*
*es*, & in *VI. Synodo actio.* 18. in ſermone declamatorio vocat totum
Concilium Agathenſe, *ſanctiſſimum Patrem noſtrum ſummum Papam*,
22 aliquoties *Princeps Sacerdotum*, de hoc legimus *in Epiſtola Valenti-*
*niani ad Theodoſium*, quæ habetur ante Concilium Chalcedonenſe
in tomo 1. Conciliorum *Romanæ vrbis Epiſcopus, cui principatum Sa-*
*cerdotij antiquitas contulit*, & diuus Bernardus lib. 2. de conſiderat.
23 ad Eugenium, *Quis eſt inquit Sacerdos magnus Princeps Epiſcoporum.*
frequenter *Caput Eccleſiæ*, quo vtitur Concilium Chalced. in Epi-
24 ſtola ad Leonem, quibus *tu velut membris caput præeras.* aliquando
Eccleſiæ fundamentum. Hieronymus *in Epiſtola ad Damaſum*, ibi,
*ſuper hanc Petram ædificatam Eccleſiam ſcio.* multoties *Paſtor ouilis*
*Dominici*; item ſanctus Ambroſius in epiſtola 81. ad Siriacum Papam,
25 *Boni Paſtoris excubias quàm fideliter tibi commiſſam ianuam ſerues. Re-*
*ctor domus Dei*, idem Ambroſius in cap. 3. Epiſtolæ primæ ad Timo-
theum, *Domus Dei eſt Eccleſia, cuius hodie Rector eſt Damaſus, Pater*
26 *& Doctor omnium Chriſtianorum*, ita in Concilio Florentino ſeſſione
vltima, *Sponſus Eccleſiæ*, ſic appellatur *in Concilio Lugdunenſi generali*,
& habetur *in cap. vbi periculum, de electione in* 6. *Apoſtolicæ Sedis Præ-*
27 *ſul*, etiam ſæpè, vt patet ex Auguſtino 106. ac proinde meritò diuus
Bernardus *loco quo ſuprà* ſequitur, ad Papam Eugenium loquens, *Tu*
*hæres Apoſtolorum; Tu primatu Abel; Gubernatu Noe, Patriarchatu*
*Abraham; ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moyſes,*
*Iudicatu Samuël, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus*, & vt vno omnia
28 comprehendamus verbo, Romanus Pontifex ſolus dicitur Papa,
quia *Pater Patrum Chriſtianorum Pontifex, ſummus Sacerdos, Princeps,*
*Sacer*



*Sacerdotum, Vicarius Chriſti, Caput Eccleſiæ, Paſtor ouilis Dominici,*
*Pater, & Dominus omnium fidelium, Rector domus Dei, Cuſtos vineæ*
*Dei, Sponſus Eccleſiæ, Præſul Apoſtolicæ Sedis, Epiſcopus vniuerſalis*
vt dicatur Cardinalis Bellarminus *libro* 2. *de Romano Pontifice, capite*
31. *prob. ad Monach. ſuper Proœmio ſexti num.* 54. Gemin. *conſ.* 99.
*num.* 21. *&* 22. Cardinalis Tuſchus *concl.* 40. *litt. P.*

---

## QVÆSTIO II.

### *Extenſio conſtitutionis felicis recordationis Gregorij XV. reuocatoriæ.*

### CAPVT I.

*Quid ſit Apoſtolica conſtitutio.*

Conſtitutio generali nomine, quodcunque ius, quod à Principe 1
conceditur, dicitur ſecundùm Theophil. *de iure naturali*, §. 5.
Ioann. Cal. *in ſuo lexic. verbo conſtitutio*; propriè verò, & ſpecialiter 2
pro Pontificia lege accipitur, quæ prout notant expoſitores circa præ-
ludia rubricæ, in titulo de conſtitutionibus, & præſertim Ant. de
Imol. dicitur *conſtitutio*, quaſi ſimul ſtatutio, quia Papa ſolus ſine 3
Cardinalium conſilio non poteſt leges, præſertim graues, ac vniuer-
ſales condere, ſic Ioannes Monachus *in c. ſuper eo, de hæret. in* 6. Lau-
rentius *in cap. ſunt quidam* 25. *quæſt.* 1. idem ſentit Anchar. cum Baldo
*in leg. cùm multa, Cod. de bonis, quæ liber.* Ioannes de Lig. *in tract. de*
*bello & do.* & Cardil. *in repet. cap. perpendimus, de ſententia excommu-*
*nicationis*, idem Cardinalis *conſ.* 138. *incip. Ad quendam in carcerem,* 4
vbi affirmat geſta per Papam abſque Cardinalium conſilio, ſucceſſo-
rem non obligare, quia eorum debet requirere conſenſum; ob id
collationes Cæleſtini, reuocatæ fuêre factæ ab eo ſolo. Idem tenet
Imola *in cap. Ex geſtis, de cleric. non reſid.* Abbas *in cap. Quæſiuit, de*
*his, quæ fiunt à maior. part. cap. & in diſp. incipit, Quidam Rector* Par-
*menſis, & cap.* 1. *de offic. Legati, in fine, & in cap. litteras, de reſtitut.*
*ſpol. & in cap. per Venerabilem, qui fili ſint legit.* Petrus de Monte *in*
*ſua Monarchia*, Hoſtienſ. *in cap. Requiſiſti, de teſtamen.* Ioannes An-
dreas *in cap. antiqua, de priuilegiis*, Baldus *in leg. fin. in verbo, & ideo*
*Vrbanus*

*Vrbanus*, *C. de diuer. reſcript.* Cardinalis *conſilio* 150. & alij quamplu-
rimi apud Felinum *in rubrica de conſtitutionibus*. Latè verò hanc ſen-
tentiam defendit Andreas Sicul *tract. de præſtantia Cardinalium part.*
5 1. *quæſt.* 1 fundamentum eſſe poteſt, vel quia iure conſuetudinis, vel
quaſi præſcriptionis, Cardinales habent acquiſitum hoc ius, vt Pon-
tifex caſus graues non determinet, nec leges ferat ſine conſilio eorum,
vel quia iure diuino ſunt ad id munus inſtituti, & ideo non poſſunt
6 illo priuari, & ad hoc allegatur *cap. per venerabilem, qui ſint filij legi-
timi, circa finem* ibi, *ſunt autem Sacerdotes Leuitici generis fratres
noſtri, qui nobis iure Leuitico in exequutione ſacerdotalis officij coadiu-
tores exiſtunt.* Confirmat hoc And. Sicul. ex *cap. Anaſtaſius, diſtinct.*
7 19. vbi Anaſtaſius de eo arguitur, quòd ſine Clericorum conſilio com-
municauerit hæreticis.

8 Hæc ſententia, quamuis tot ſit nobilibus illuſtrata patronis, mi-
hi nullo modo probatur, imò tanquam falſam reiiciendam eſſe ſem-
per exiſtimaui: nam certum eſt in ſolo Pontifice maximo eſſe feren-
di leges abſolutam poteſtatem, ideóque poſſe validè ferre ſine Car-
9 dinalium conſilio, & concurſu; licèt ex quadam decentia, & ho-
neſtate id regulariter non faciat; hæc eſt communis Iuriſtarum ſen-
tentia, vt affirmat, & ſequitur Turrecremata *in cap. 2. §. ideo, art. 2.
num. 4* eandem tenet Abbas *in c. 2. de Clericis non reſidentibus*, Felinus
latè in rubrica *de conſtitution. num. 2.* & *ibi* Decius *lectione* 1. *quæſt.* 3.
Petr. de Biaz *In ſuo direct. elect. in 2. part. cap. 35 num. 9.* Barb. *conſ.* 1. *per
totum*, & præcipuè *num. 36. lib.* 1. Troil. Maluet. *de canonizatione ſanct.
in dubio 2. num. 31. cum ſequentibus*, & aduertit Caſtro *conſ.* 415. *in facto,
num. 6. verſo, item non obſtat*, Caſſ. *in catal. gloriæ mundi, part. 3. con-
ſid.* 47. Marcus Anton. *Euch. de inſtit. Maior. lib. 2. tit. 2. de ſummo Pon-
tifice num.* 59. Cardinal. Iacobat. *de Concil. lib. 7. art.* 5. Maſcard. *de pro-
bationibus, Concil. 262. num.* 56. Flaminius Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.
3. quæſt. 18. num. 124. & lib. 7. quæſt. 5. num.* 14. Io. Garc. *de nobilitat. gloſſa*
48. §. 3. *num.* 53. Ceual. *commun. contra communes quæſt. 645. num.* 3. Dio-
nyſ. Paul. *de ver. quatuor Patriarch. ſed erect. cap. 20. num.* 18. Suarez *de
legibus lib. 4. cap. 3. num.* 14. Pluráque in huius ſententiæ confirmatio-
nem adducit And. Sicul. *dicta quæſt.* Verùm ſic ratione probatur, talis
10 eſt legiſlatiua poteſtas in ſummo Pontifice, qualis fuit in Petro, ſed
in Petro ita fuit abſoluta, vt poſſet leges condere, etiam ſine Apo-
ſtolorum conſilio; Ergo multo magis erit in ſummo Pontifice, vt ſi-
ne Cardinalium conſilio, poſſit leges condere. Maior eſt euidens, quia
Roma



Romanus Pontifex eſt Chriſti Vicarius, & Petri ſucceſſor in ſuo pri- 11
matu ſupra totam Eccleſiam, cum eadem Petri authoritate, vt pro-
batum eſt *in proxima quæſtione, & in quæſt. 2. diſp. 6. cap. 2. & 3.* Mi- 12
nor probatur ex verbis Chriſti Matth. 16. *Tibi dabo claues regni cælo-
rum, & quodcunque ligaueris ſuper terram*, & Ioannis 21. *Paſce oues
meas*, ibi enim dedit Petro poteſtatem, etiam ſupra alios Apoſtolos;
igitur dedit illi ſoli liberam, ac independentem poteſtatem ab illis: 13
at in illa poteſtate includitur poteſtas leges ferendi, vt optimè de-
clarauit diuus Cyprianus *Epiſtola* 69. & Baſilius *in conſtit. Monaſt. cap.
22. & 23.* ergo habuit Petrus independentem, & liberam ab aliorum
conſenſu, vel conſilio, ſicut abſolutè illi promiſſæ fuerunt claues,
*Tibi dabo claues*, & ſicut ipſe ſolus futurus erat Petra in qua Eccleſia
fundaretur, ſic ergo habet Romanus Pontifex hanc poteſtatẽ à Chri-
ſto: nullo ergo modo poteſt limitari, ac minui ab hominibus. Ante- 14
cedens huius diſcurſus probatur, ac declaratur, quia in verbo paſ- 15
cendi poteſtas regendi, ac leges ferendi demonſtratur, vt eleganter
*ex cap. 5. lib. 2. Reg.* colligitur, ibi, *Tu paſces populum meum Iſraël, &
eris Princeps ſuper eum*; dum autem dixit *oues meas*, oſtendit Petri 16
poteſtatem eſſe abſolutam, ac independentem, & ſupremam etiam
ſuper omnes alios Apoſtolos, quia illi erant oues Chriſti, & Petri le-
gibus ſubiacebant, vt doctè probat Suarez *lib. 4. de legibus capite 3.* 17
*num. 9.* & ideò *in cap. in nouo Teſtamento, diſt. 21. & cap. ita Dominus,
diſt.* 19. dicitur datam eſſe Petro poteſtatem vt capiti, cæteris vt mem-
bris; idem habetur *in cap. cùm Beatiſſimus, & cap. loquitur*, cum mul-
tis aliis, 24. *quæſt.* 1. igitur.

Secundò hoc ipſum conuincunt iura, nam *in cap. cuncta 9. quæſt.* 3. 18
ibi, *Apoſtolica ſedes ſine vlla ſynodo præcedente ſoluendi, & damnandi
habuit poteſtatem; & hoc quidem pro ſuo principatu, quem Beatus Petrus
Apoſtolus tenuit ſemper, & tenebit: & capite vltimo de conſtitutionibus*,
vbi abſolutè dicitur, *Conſtitutio Sedis Apoſtolicæ omnes aſtringit*, &
*cap. ſunt quidam 25. q.* 1. habetur hæc, *Romano Pontifici ſemper licuiſſe
nouas condere leges*; ex quibus iuribus abſolutè ſupponitur in ſummo
Pontifice hæc poteſtas.

Confirmatur primò, quia Cardinalium dignitas non eſt tam anti- 19
qua, nec ita diuina & immutabilis, ſicut dignitas Pontificia; ergo ſi-
cut Pontifex ſummus poterat leges ferre, antequam conſtitueretur
talis dignitas ſine alterius conſenſu, & conſilio, ita poteſt nunc. An-
tecedens patet, nam inter DD. non facilè conſtat Cardinalium ori- 20
E ginem

ginem vnde incœpiſſe; aliqui quippe à Sacerdotibus Leuitici generis, alij ab ipſis Christi Apoſtolis, & alij ex quorundam ſummorum Pontificum inſtitutione deſcendere exiſtimarunt: igitur.

21 Confirmatur ſecundò, nam ex oppoſita aſſertione euidenter ſequitur ſummi Pontificis poteſtatem non eſſe liberam, quod principiis noſtræ fidei aduerſari videtur, ſicut doctiſſimus Suarez *loco citato n.4.* affirmat: Sequela probatur, nam illa non dicitur poteſtas libera, ad cuius exercitium alius requiritur, vt habet Gloſſa *in Clemen. dudum,*
22 *de ſepulturis, in verſo; liberè*, igitur ſi ad ferendas validas leges Papa neceſſariò expectare Cardinalium aſſenſum, & conſilium debet, eius poteſtas non erit libera. Ioannes Andreas *in cap. licet, de præbendis in 6.* Felinus *in rub. de conſtitutionibus num. 2. in fine*; at profectò liberam habere poteſtatem Papam ex ſacræ Scripturæ teſtimoniis certum eſt, (vt paulò antea tetigimus) vt patet ex *Clemen. 2. & lite pendente, & cap. 2. de præbend. in 6. & cap. ſignificaſti, ad finem, de elect.* ergo contrarium aſſerere pugnare cenſetur cum principiis noſtræ fidei; ex qui-
23 bus apertè conuincitur Zabarella *conſ. illo* 138. nam abſque cauſa dixit conſtitutionem factam à Papa ſine Cardinalium conſilio non obligare ſucceſſores, ex eo quia eorum debet conſenſum requirere:
24 nam hęc ratio falſum aſſumit, quia in rigore non magis obligatur Papa ſucceſſor vna ſui prædeceſſoris conſtitutione, quàm ſua propria, loquendo de propria, ac rigoroſa obligatione, vt probabitur in tertia ſubſequente diſputatione, qua Papa non poteſt legare ſeipſum legibus poſitiuis, nec ſuos ſimiliter ſucceſſores, ex *cap. innotuit, verſo*
25 *quamuis, de electione*, ſolùm poteſt id quod ſibi ſeruandum videtur in poſterum, ſuis indicare ſucceſſoribus, in *cap. fin. in fine*, vbi Gloſſa
26 *de reſcript. in lib. 6.* Probus ad Ioannem Monach. *in cap. 1. num. 11. de conſtitut.* Alphonſ. Sot. *ſuper reg. 40. num. 4. & reg. 24. num. 4.* & fuit dictum *in Ferrarien. Præpoſituræ 15. Decembris 1624. & in Cracouian. iuris legendis 21. 1627. coram illuſtriſſimo Coccino.*

27 Fundamenta verò quibus fundatur altera ſententia, non ſunt alicuius momenti. Ad primum rectè reſpondent Abbas, & alij apud Felinum, ex doctrina Innocentij *in cap. bonæ memoriæ 2. de poſtula-*
28 *tione Prælatorum*, non poſſe valere conſuetudinem, aut præſcriptionem contra ſupremam Papæ poteſtatem; Abbas *in cap. cùm à nobis, de præſcriptionibus 1. col. verſo, ſoluit Gloſſa, & col. 3. verſo, quid ergo,* Achidiaconus *in cap. volumus 16. quæſt. 4.* idem Abbas *in cap. cum inſtantia, de cenſibus, in fine*, vbi addit quòd Papa non poteſt priuilegiare

giare



giare aliquem, quòd non poſſit excommunicari ab eo, vel quòd non teneatur venire ad eum, Imol. *cap. quanto, de conſuetudine, col. 1.* Angel. *in l. ſicut, C. de præſcript. 30. annorum*, Petr. de Anch. *conſilio ſuo, 135.* incip. *Clarior, & breuior.* Bald. *auth. quas actiones, C. de ſacroſancta Eccleſia, vlt. col. verbo, tu dic*, Paulus de Caſtro *conſ. ſuo 80.* incipit, *In facto præſenti, in dicto cap. cùm à nobis, eodem titulo*, Pater Suarez *lib. 4. de legibus cap. 3. num. 15.* Et ratio eſt, quia conſuetudo hu- 29
mana præualere non poteſt contra ius diuinum, hæc autem poteſtas integra, & abſoluta, ſeu plena, eſt de iure diuino (vt probatum eſt, & *infrà diſput. 6. quæſt. 2. cap. 2. & quæſt. vltima eiuſdem diſput.* fuſiùs dicemus; igitur non poteſt per humanum vſum minui, aliàs poſſet etiam auferri; nam in hoc eadem ratio eſt, totius & partis: dimi-
nueretur autem ſi abſoluta fieret dependens à Cardinalibus, vt eui- 30
dens eſt; vnde tota hæc conſuetudo ſemper à voluntate, & poteſtate ſummi Principis pendet, qui poteſt Cardinalium iura immutare, vel
aliter conſtituere, ſi iudicabit pro bono cõmuni Eccleſiæ ita expedire. 31
Ac ſubinde ad alterã partem reſpondetur, omnem poteſtatẽ eligendi 32
ſummum Pontificem, quæ in eis reſidet, eſſe à iure humano, & pendere à ſummo Pontifice, vt optimè probat Cardinalis Bellarm. *lib. 1. de Clericis cap. 9. propoſitione 9.* & tenet etiam Suarez *loco citato*, nec
cap. *per Venerabilem* aliquid in contrarium probat, ſolùm enim ibi 33
habetur Pontifices ad imitationem legis veteris inſtituiſſe Cardinalium Collegium in lege gratiæ, vnde non licet inferri talem inſtitutionem ad ius diuinum pertinere. Minus quoque probare cap. *Anaſtaſius*, aduerſariorum intentum, dicimus, tum quia apocryphum
eſt, & nullius auctoritatis, vt in decreto Gregoriano notatur; tum 34
quia ibi non agitur de vſu poteſtatis legiſlatiuæ, ſed de communicatione cum hæreticis generando ſcandalum, & aliquam de ſe prauam ſuſpicionem, de qua alia longè eſſet ratio, ſi non eſſet illud factum fabuloſum, vti reuera eſt.

Dicendum igitur aliter eſſe cum doctiſſimo Felino *in rubrica de* 35
*conſtit.* exiſtimo, quòd conſtitutio eſt communis ſtatuitio, non autem ſimul ſtatuitio, quia debet omnibus eſſe communis, ita Abbas *in rubrica de conſtit. num. 2.* vnde ſic definiri poteſt. Conſtitutio eſt lex Apo- 36
ſtolica, quæ à ſummis Pontificibus pro communi bono vniuerſalis Eccleſię fertur, vt colligitur ex *cap. lex, diſt. 1.* & notant Panormitanus *in cap. 1. de conſtitutionibus num. 1.* Felinus *ibidem num. 1.* & communiter ſcribentes *eodem cap.* præſertim ex Diuo Iſidoro *lib. 5. Etymolog.*

 *cap. I.*

37 *cap.* 1. *& ſequentibus*, vbi, *Lex* (inquit) *eſt conſtitutio ſcripta*, igitur
omnis conſtitutio eſt lex, atque hîc eorum opinio conuincitur, qui
putant legem ſimpliciter dici de lege ciuili, non de Canonica; con-
ſtitutionem verò è contrario, quia leges etiam ciuiles Principum
conſtitutiones appellantur, *ff. de conſtitut. Princip.* Iſidorus *in cap. con-
ſtitutio, diſt.* 2. ait, Conſtitutionem eſſe dictum, quòd Rex, vel Im-
perator conſtituit; & è conuerſo, conſtitutiones Canonicæ veræ le-
ges ſunt, & ita paſſim nominantur. Tamen per quandam accommo-
dationem ille loquendi modus videtur eſſe proprius, ac multum
conformis legibus Eccleſiaſticis, vt patet *in rubrica de conſtitutioni-
bus, in decretalibus.* Ac proinde in principio huius capitis diximus
conſtitutionem ſpecialiter, & propriè dici de Pontificiis legibus.

38 Porrò conſtitutio Apoſtolica diuiditur in Canones, Decreta Pa-
trum, Decretalia, Epiſtolas. Canon propriè dicitur, quod in vni-
uerſali Concilio ſtatuitur, ita gloſſa *in* 3. *diſtinct.* Felinus *in cap.* 1. *de
conſtitution.* Abbas *ibid. num.* 1. Decretum dicitur, quod ſummus
39 Pontifex de conſilio Cardinalium ſtatuit ad nullius conſultationem;
Hoſtienſis *in ſumma in rubrica de conſtition. eandem gloſſa* 3. Felinus *in
cap. per tuos il.* 1. *de ſimonia.* Decretalis Epiſtola dicitur, quod ſtatuit
Papa, vel ſolus, vel de conſilio Cardinalium, ad conſultationem ali-
cuius, ex *cap. ad nos, diſt.* 9. *& cap. ſi Romanorum, diſt.* 19. Epiſtola eſt
quando vel Papa, interrogatus ſuper aliquo dubio, reſpondit, vel
ſcribit directè pro gubernatione vel totius Eccleſiæ, vel pro ali-
qua determinata Prouincia: ita Suarez *lib.* 4. *de legibus, cap.* 5. *num.* 7.
40 Item gloſſa *in dicta diſt.* ſubdiuidit Apoſtolicam conſtitutionem in
Dogma, Mandatum, Interdictum, & Sanctionem, *in cap. Si quis dog-
mata,* 25. *quæſt.* 2. Dogma eſt, quod conſiſtit in doctrina Chriſtianæ
fidei, ex *cap. Qui Epiſcopus, diſt.* 23. Mandatum, quod conſiſtit in
41 doctrina de moribus, ex *cap. his igitur, eadem diſtinct.* Interdictum
in quo nulla pœna adiicitur, ex *cap. Interdixit, diſtinct.* 32. Sanctio
verò vbi pœna adiicitur, *cap. Qui Eccleſiaſticus, diſtinct.* 36. Denique
his nominibus addita ſunt alia plura, quibus leges Eccleſiaſticæ ſi-
gnificantur, dicuntur enim Extrauagantes, Motus proprij, Bullæ,
&c. Hæ autem voces, & ſimiles ſolis quibuſdam legibus Pontificiis
attribui ſolent, variáſque habent origines, & etymologias, quæ no-
bis in præſentiarum neceſſariæ non ſunt, nam pertinent ad mate-
riam propriè de legibus. Hæc pauca diximus, quia ad declarandum
quid ſit conſtitutio Apoſtolica, neceſſaria iudicauimus.

CAPVT



## CAPVT II.

*Epiſtolæ Pontificiæ an leges Canonicas inducant, quando in eis ad ſpeciales interrogationes, & conſultationes reſpondent Pontifices.*

PONtificias Epiſtolas, in quibus Romani Pontifices aliquando ſo- 1
lent ad ſpeciales interrogationes, & conſultationes reſpondere,
ſub Apoſtolica conſtitutione, tanquam ſpeciem ſub proprio genere
in proximo capite aſſignauimus, quod certè non conſtat apud ſacro-
rum Canonum Interpretes; exiſtimant quippe interdum hæc Ponti-
ficum reſponſa non introducere legem, Abbas *in cap. tuæ, de ſpon-
ſalibus, num.* 3. *& ibi* Alex de Neuo *num.* 15. & Præpoſit. *num.* 4. *ad* 7.
nam exponens illum textum dicentem verba eſſe de neceſſitate ma-
trimonij, quo ad Eccleſiam, aſſerit non introducere legem, quia ſo-
lum continet reſponſum Pontificis ad priuatam conſultationem.

Nihilominus contrariam ſententiam veriſſimam eſſe doceo, à qua 2
citati Authores non diſſentiunt, (vt paulò inferiùs oſtendam) nam
eam tenet communis Iuriſtarum opinio, vt habet Gloſſa *in cap.
ex tua, de filiis Presbyt. verbo conſultationem,* vbi Panormitanus idem
ſentire videtur, & tacitè priorem declarat ſententiam, Felinus *in
rubr. de reſcriptis, in principio,* Ludo. Rom. *conſ.* 260. Ioannes An-
dreas *in cap. Quia enim, de iudiciis,* Archid. *in cap. Ignorantia* 38. *diſt.*
& Domin. *ibid.* eandem ſententiam tenent Iuris Ciuilis Interpretes,
Paulus de Caſtro *in leg.* 1. *C. de legibus,* & facit *l. fin. C. de legibus,* An-
gelus *in l.* 1. *ff. de feriis.* Alex. *conſ.* 461. incipit, *Aliàs de facto conſultus,*
Iaſon, & alij, quos Suarez *lib.* 3. *de legibus cap.* 13. refert, & probatur
ex *cap.* 1. *diſt.* 19. quod eſt Nicolai primi *in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ,* 3
quæ habetur *in* 3. *tomo Biblioth.* vbi in eandem ſententiam adducit
Leonem I. *in Epiſtola prima in finem,* Gelaſ. *in cap. Sancta Romana,
diſt.* 15. *& ibi* ex profeſſo probat Nicol. hoc non ſolùm eſſe verum de
epiſtolis in Canonico iure inſertis, verùm de omnibus aliis; ratione 4
verò ſic perſuaderi poteſt; quia Pontifices habent authoritatem ad fe-
rendas leges hoc modo, & ipſimet declararunt, hoc ſenſu, & hac
poteſtate eſſe ſcriptas huiuſmodi Epiſtolas. Confirmatur, Epiſtolæ 5
Imperatoris, ac alterius cuiuſuis Regiam poteſtatem habentis, vel

 ſupe

ſuperiorem non cognoſcentis, inducunt leges ciuiles; ergo multo
magis Epiſtolæ Pontificiæ. Conſequentia eſt euidens; nam poteſtas
6 legiſlatiua in ſummo Pontifice eſt ſuperioris ordinis, & maioris au-
thoritatis, quàm legiſlatiua ciuilis poteſtas. Antecedens docent
cõmuniter Interpretes Iuris Ciuilis, quos paulò ſuperiùs retulimus.

7 Quomodò autem hoc intelligendum ſit, & quid requiratur, vt
huiuſmodi Epiſtolæ vim legis habeant, notare oportet, quòd in du-
plici differentia tales ſummorum Pontificum Epiſtolæ eſſe ſolent,
quandoque enim tantùm ſunt declaratiuæ iuris, & non conſtitutiuæ,
vt cùm ſummus Pontifex interrogatur de aliqua re dubia, reſpondet
illam declarando, quia tunc non ſolet conſuli Pontifex, an aliquid
facere iubeat, necne, ſed an aliquid faciendum ſit, ſecundùm ius
diuinum naturale, vel ab Eccleſia iam ſtatutum, & tunc reſponden-
do ſummus Pontifex interpretatur ius, & in hoc habet eius reſpon-
ſio authoritatem legis obligantis ad illam interpretationem tenen-
dam, vel ſeruandum antiquum ius iuxta illam interpretationem; per
9 hæc tamen Reſponſa non ſolent Romani Pontifices noua iura conde-
re, non quia non valent, ſed quia tunc non intendunt aliud facere,
quàm ad conſultationem reſpondere. At verò ſi ex tali conſultatione,
vt ſæpè contingere ſolet, occaſionem ſumunt introducendi, ac con-
10 dendi nouam legem, poſſunt certè illo modo id facere, dummodo
ex eius verbis, & narratis in Epiſtola ſufficienter conſtet.

11 Quandoque etiam Epiſtolæ huiuſmodi non ſunt reſponſiuæ ad
conſultationem, ſed directè ſcriptæ ad gubernationem, & tunc
manifeſtum eſt habere vim legis conſtitutiuæ de nouo, quod ex ver-
borũ tenore facilè conſtare poteſt. Hîc verò P. Suarez *loco allegato*,
eleganter docet, adiungendas eſſe etiam circumſtantias loci, tem-
12 poris, perſonarum, ad quas ſcribitur, ad intelligendum, an lex ſit
vniuerſalis pro tota Eccleſia, vel pro aliqua tantùm prouincia, aut
diœceſi. Denique neceſſarium quoque eſt, vt per Pontificum poſte-
riorum traditionem, aut declarationem ſufficienter innoteſcat, &
in authoritate habeatur talis Epiſtola, vt cenſeatur habere obligandi
vim. Non eſt tamen neceſſarium, vt in corpore iuris ſit inſerta, quia
ita determinatum legimus fuiſſe in iure, & meritò, quia talis incor-
13 poratio eſt valdè accidentaria legi, nec ius authoritatem Papæ limi-
tare poteſt, maximè in his, quæ ad iuris naturalis, aut diuini decla-
rationem ſpectant, quia in his non poteſt eſſe mutatio, nec error
quando Pontifices vt tales diffiniunt, quod facere per Epiſtolas poſ-
ſunt,



ſunt, & faciunt quando oſtendunt ſe ad docendum loqui, & inſtru-
endam totam Eccleſiam, & ideo in his rebus ſunt talia decreta gene- 14
ralia, ac perpetua, quamuis fiant ad particulares interrogationes, &
conſultationes reſpondendo, quia illa particularis materia eſt acci-
dentaria, & concurrit per modum occaſionis. At verò quando reſpon-
ſum concernit materiam iuris poſitiui, ac Eccleſiaſtici, licèt vt pro-
ceſſit à Pontifice, non potuerit continere errorem in moribus, per
temporis ſucceſſionem, poteſt mutationem accipere, & hoc multum 15
deſeruire poteſt, quòd tale decretum ſit, vel non ſit moribus re-
ceptum, vel etiam quòd ſit in corpore iuris inſertum, vel extrà va-
gatur, & tunc etiam conſiderare oportet, an ſit conſentaneum iuri
communi, vel illi contrarium, nam in priori caſu ſeruanda eſt, vt lex,
in ſecundo ſummus Pontifex eſt conſulendus.

His igitur notatis, ad fundamentum pro contraria ſententia re- 16
ſpondetur in primis *cap. illud tua, de ſponſalibus*, non iuuat pro ipſis,
nam ex illo potius probatur, quòd quando ſummus Pontifex conſul-
tus reſpondet, illud reſponſum habere vim legis, quatenus directè
ſatisfaciat conſultationi, licèt conſultatio priuata fuerit, prout al-
legati illius textus Interpretes fatentur; addunt tamen per huiuſmo-
di reſponſa Pontificum ad interrogationes facta circa antiqua iura, 17
non introduci nouam legem, quæ antea conſtituta non fuiſſet, ſed
ſolùm interpretationem eius, de qua fuerat Pontifex conſultus, an
verba ſint neceſſaria ad matrimonium; reſpondere autem matrimo- 18
nium mutuo conſenſu perfici, neceſſaria eſſe verba quantum ad Ec-
cleſiam, vnde colligunt allegati Doctores per illud reſponſum non
introduci nouam legem, aliquid de nouo præcipientem, ſed tantùm
declarari id authenticè, quod antea erat ius diuinum, ac naturale,
de ſubſtantia, & eſſentia ſcilicet matrimonij tantùm eſſe mutuum
conſenſum ſufficientibus ſignis expreſſum, quia aliàs non poſſet eſ-
ſe ſimul mutuus, & datus, ac acceptatus, ac proinde rectè infertur
ab ipſis noluiſſe ibi Pontificem nouam introducere Eccleſiaſticam 19
legem, qua præciperet, vt matrimonium fieret per verba, quando
per ſigna ſufficienter mutuum conſenſum declarantia; neque in hoc 20
ſenſu dixiſſe verba eſſe neceſſaria propter Eccleſiam, quia hoc præ-
ceptum Eccleſiaſticum non erat antea, nec Pontifex illud ponit de 21
nouo, cùm tantùm reſpondeat conſultationi. Vnde concludunt ſo-
lùm explicaſſe per verba moralem neceſſitatem, ſiue vtilitatem ver-
borum in matrimonio, vt Eccleſia certior de illo fiat, haberétque
de eo

22 de eo clariorem probationem. Collige ex his, Authores contrariæ
opinionis nullo modo negare Pontificiam Epiſtolam habere vim le-
gis in eo, quod determinat, vt idem Panormitanus *in cap. ex tua de
filiis Presbyter.* ſentire videtur, ſed proponere regulam ad intelligen-
dum quid decernat, ita Suarez *vbi ſupra.*

## CAPVT III.

*Expediuntur illæ duæ aliæ particulæ, ſcilicet reuocatoriæ extenſio.*

1 APoſtolica conſtitutio (vt omnes alias omittamus diuiſiones)
diuiditur in poſitiuam, & reuocatoriam, voco poſitiuam, non
eo modo, quo Theologi hoc loquendi vtuntur modo, vt eam à le-
ge naturali diſtinguant, ſicut patet ex Iſidor. *lib. 2. & 3. Etymologia-
rum*, & habetur in Decretis *diſtinct. 1. & ſequentibus*, & ſumitur ex
diuo Auguſtino *tract. 6. in Ioannem*; idémque habetur *in inſtit. de iu-
re naturali, gentium, & ciuili*, & *in l. 1. ff. de iuſtitia, & iure*, & ele-
ganter *lib. 1. de legibus*; & ex profeſſo probat Cicero, & Ariſtoteles
5. *Ethicorum*, *cap.* 7. quia lex poſitiua vt ſic diuiditur in diuinam, &
2 humanam, neque poſitiuam voco, quemadmodum DD. legem po-
ſitiuam illam vocant, quæ non eſt innata cum natura, vel gratia ſed
vltra illas ab aliquo extrinſeco principio habente poteſtatem poſita
eſt, & inde poſitiua dicta eſt, quaſi addita naturali legi, non ex illa
neceſſariò manans, quod ius poſitiuum ab aliquibus vocatur, vt vi-
deri poteſt in Canon. *lib. 1. comment. iuris ciuilis*, *cap.* 8. & colligitur
3 ex Philoſopho *lib. 1. Ethic. cap.* 9. vbi dixit *legem eſſe ſermonem ab aliqua
prudentia, & mente profectum, quæ vim habeat ad cogendum*: nam le-
ges Eccleſiaſticas, quæ in ſacris Canonibus, Pontificúmque decretis
continentur, non humanas aliqui Doctores, ſed diuinas vocant, eo
4 quòd à poteſtate ſpeciali à Deo ſpecialiter lata deriuantur, & ad ſu-
pernaturalem finem, & diuinum cultum, ac animarum ſalutem po-
5 tiſſimè referantur. Sed poſitiuam voco, inquantum aliquem actum
ponit obſeruandum, vel prohibet faciendum; & quamuis ad nega-
6 tiuam conſtitutionem hoc ſecundum pertinere videtur; nihilominus,
quia ſemper pœnalem actum hæc imponit, ex vi huius impoſitionis
non repugnat, vt aliquo modo poſitiua dicatur: de hoc diſtinctionis
membro nihil in præſenti à nobis eſt dicendum.

Circa



Circa alterum diſtinctionis membrum de conſtitutione reuocati- 7
ua, ſciendum eſt; hæc duo, legis reuocationem, & derogationem
differre, quòd hęc ſit, cùm legiſlator ex parte legẽ tollit, illa verò cùm
eam omnino caſſat, vt expreſsè habetur *in cap. l. derogatur* 102. *ff. de
verborum ſignificat* Diſtinguunt tamen aliqui inter reuocationem, ſeu 8
abrogationem, & irritationem legis, vt irritatio ſit, quando lex im-
peditur, ne vires obligandi accipiat, priúſque planè conſtituta ſit,
vt ſi lex poſtulans confirmationem Principis, vt obligare poſſit, ab
eo non confirmatur, vel ſi lex lata à Principe, à populo non accepte-
tur, iuxta opinionem exiſtimantem, acceptationem eſſe neceſſariam,
ita ſentire videtur Sanchez *lib. 8. de matrimonio*, *diſp. 1. num. 1.* quam
reiicit Pater Suarez, & meritò *lib. 6. de legibus*, *cap. 25. num. 1.* poſte- 9
rius enim exemplum adductum falſum ſupponit, nam lex Principis
ante acceptationem eſt vera lex, vt dicemus *in diſp. 6. quæſt. 2.* & illa
mutatio per reſiſtentiam ſubditorum, non ad irritationem, ſed ad
aliud mutationis genus pertinet. Altera verò obiectio, ſeu non ad- 10
miſſio legis per Principis reſiſtentiam, non eſt propriè legis irritatio,
quia non irritatur propriè, niſi quod præexiſtit, imò nec irritari pro- 11
priè dicitur, niſi quod iam erat propriè ratum, & validum; nam
ſemper irritatio tendit ad actus validitatem annullandum, & ita non
admiſſio legis non eſt propriè legis irritatio, ſed negatio potius in- 12
ſtitutionis legis, quæ erit, valida ſi fiet ex ſufficiente poteſtate; & iuſta,
ſi cauſam habeat honeſtam, & ad bonum commune pertinentem.

Ex dictis ergo colligitur, conſtitutionẽ Apoſtolicam triplicem eſſe, 13
irritantem, iuxta aliorum ſententiam, abrogantem, ſiue reuocan-
tem, ac derogantem: in præſenti eſt ſermo de ipſa reuocante conſti-
tutione; verùm quæ de iſta nunc explicamus, applicari poſſunt duabus
aliis, maximè ſecundùm Suarez doctrinam, exiſtimantis duas illas
reuocationis ſpecies ſub iſta rectè comprehendi. Reuocatoria igitur 14
conſtitutio, eſt illa, quæ annullat, inualidat ſecundùm ſe actum, ſiue
legem, ſupra quam cadit, cuiuſuis ſpeciei. Aduertimus tamen hîc
quòd conſtitutio reuocatoria aliquando dicitur pura, & ſimplex, quan- 15
dóque verò miſta; ſimplex tunc dicitur, quando reuocat legẽ priorem,
vel priuilegia, quæcunque illa ſint, nihil præcipiendo, neque obli-
gationem inducendo: miſtam vocamus, cùm aliquem præcipit
actum contrarium legi, ſiue priuilegio, quod caſſat, & annullat. In- 16
ſuper obſerua, vnam, & eandem conſtitutionem eſſe aliquando ir-
ritantem, reuocantem, ac derogantem, reſpectu diuerſorum in ipſa



conten

17 contentorum, vt ſi ſummus Pontifex alicuius religionis, vel perſonæ omnia priuilegia ſpecialiter abrogaret cum clauſula annullatiua, ſiue irritante ad futura priuilegia, ſiue reſcripta, omnibus quoque derogaret, quæ poſſunt obſtare illi reuocationi, eſſet vti que talis conſtitutio, ſimul irritans, reuocans, ac derogans, neque inficit
18 quod *ſuprà* P.Suarez docuit, irritationẽ ſemper ſupponere rem præexiſtentem, nam decretum irritans in Pontificia conſtitutione appoſitum ad futura priuilegia, ſiue reſcripta reſpiciens, eſt talis naturæ, quòd omnia quæ ſubſequuntur, ita afficit, & annullat, vt nec effectum, nec iuris fomentum habeant, ex *cap. penultimo, de præbendis, lib. 6.* Abbas *in cap. dilectus, num. 14. de præbendis*, Felinus *ad cap. cùm acceſſiſſent, de conſtitut. num. 7.* Oldrardus *conſ. 319. num. 3.* Caſſad. *ad Regulas Cancell. deciſ. 12. n. 4.* Gomez *ad regul. de annalib. q. 4. in principio, verſ. nam decretum*; imò ex vi huiuſmodi decreti actus fu-
19 turus irritatur, ac ſi eſſet præſens, quia ſummus Pontifex per fictionis actum, futurum actum fingit præſentem, & vt talem irritat, ex *cap. Illa, de electione, & Clement. Paſtoralis, & re iud. & cap. ſi motu proprio, de præbendis, lib. 6.* Idem tenere videtur Antonius de Butrio *conſ. 55.* & ita virtute huiuſmodi fictionis bene intelligitur, irritatio-
20 nem actum futurũ ſupponere vt præexiſtentem. Quandoque eadem conſtitutio eſt reuocatiua, & derogatiua: nam primò caſſare, ac annullare principaliter ſolet legem, aut priuilegia, & ſecundò omnibus legibus, gratiis, priuilegiis, ſiue indultis, quæ obſtant, vel obſtare poſſunt tali reuocatoriæ conſtitutioni derogare, huius generis eſt hæc reuocatoriæ conſtitutionis Gregorij XV. extenſio Sanctiſſimi Domini
21 Noſtri Vrbani VIII. vt ſuo loco dicemus fuſiùs. Demum reuocatio diuidi poteſt in expreſſam, & tacitam, prior etiam dupliciter fieri poteſt, primò non ſolùm expreſſis verbis, ſed etiam in ſpecie, & in particulari, vt cùm ſummus Pontifex dicit, omnia, vel talia priuilegia reuocamus, tollimus, &c. Aliter fieri ſolet expreſſa, & directa reuo-
22 catio, non tamen in ſpecie, ſed per clauſulam generalem, *non obſtantibus quibuſcunque Apoſtolicis conſtitutionibus, vel priuilegiis*, eſtque ſufficiens ad reuocanda quæcunque priuilegia, aut conſtitutiones, nam genus de ſe comprehendit ſpecies; quomodo verò hæc ſint intelligenda, in diſputatione tertia remittimus explicanda.

23 Altera particula eſt *Extenſio*, quæ ſic deſcribi poteſt, legem extendere eſt aliquem caſum ſub illa comprehendere, quem ipſa non excogitauit, vel aliquo modo excepit. Hæc diffinitio duas habet par-





tes iuxta duas legis extenſionis exceptiones. Solent certè conſtitutiones extendi, aut authoritatiuè, & per modum legis, quando videlicet fit ab habente authoritatem leges condendi; aut doctrinaliter, hoc eſt, quando authoritate interpretum extenditur lex, expediemus extenſionis legis diffinitionem ſecundùm ambas partes, & primò de extenſione, quæ fit doctrinaliter, ſermonem faciemus. Ad intelligendam primam diffinitionis partem doceo primò, quadruplicem extenſionem in lege poſſe excogitari; vna eſt intra verborum proprietatem, ſecundùm naturalem ſignificationem; alia eſt vltra proprietatem naturalem, & intra proprietatem ciuilem, ſiue per communem Iuris vſum, ſiue per aliquam iuris fictionem: tertia eſſe poteſt vltra vtramque proprietatem, per aliquam improprietatem, ſiue in ſignificatione alicuius verbi, aut nominis, ſiue in connexione verborum, ſiue in intelligenda, vel ſupplenda aliqua particula, non expreſſa in lege: quartò poteſt cogitari extenſio vltra omnem ſignificationem verborum, etiam impropriam, ſolùm propter rerum, vel caſuum ſimilitudinem, vel identitatem formalem in ratione legis. Inſuper poteſt legis extenſio fieri ad perſonas, ad res, ſeu caſus, ad loca, vel ad tempora; & ita ex parte termini, ad quem poſſunt etiam extenſiones multiplicari.

Atque hinc multa docent DD. Primò quòd omnis conſtitutio non 24
odioſa extendenda eſt ad omnia, quæ verba in propria ſignificatione, ac naturali comprehendunt, non verò vltra illa, niſi aliquando aliqua ſpecialis ratio ex vi circumſtantiarum loci, temporis, ac perſonæ id ſpecialiùs expoſcat: vt ſi conſtitutio loquatur de Monachis, vt fratres etiam comprehendat, quia illa vox in ſignificatione propria communis eſt, non verò ita comprehendit Clericos ex vi ſignificationis, niſi aliunde ſufficiens aſſignetur ratio ad faciendam talem extenſionem: ſicut etiam in appellatione filij continentur filiæ, quando lex 25
de filiis loquitur, *l. ſi quis ita, in principio, ff. de teſtament. tut. l. ſi ita ſcriptum ſit, de legat. 2. l. filij ff. de verborum ſignificatione*, Felinus *in rub. de fide inſtrumentorum*; ita ſentire videtur communis ſententia, vt docet Suarez *lib. 6. de legibus, cap. 111. num. 3. in cap. 1. de conſtitut.* vbi bene Decius *lect. 1. num. 23. & ſequentibus*, Panormit. *ibidem num. 14.* gloſſa *in l. non poſſunt, ff. de legibus in fine*. Probatur; nam lex extendenda eſt iuxta hominum loquendi modum, niſi aliàs ſufficiens ratio nos cogat ad extendendum vltra naturalem verborum proprietatem; igitur antecedens probatur: nam homines regulariter lo-

loquuntur attenta proprietate naturali verborum, etſi abſolutè, &
indiffinitè loquuntur, de toto ſignificato verborum loqui cenſentur,
26 & hoc maximè habere locum in legibus, in quibus indiffinitus ſer-
mo æquiualet vniuerſali, quia ſunt regulæ generales, & doctrinalem
ſermonem continent, vt oſtendi poteſt per legem *proſpexit*, *ff. qui,
& à quibus*, & tradit Bart. *in l.* 1. § *ſed ſi*, *ff. de ventr. in poſſeſſ. mitten.
num.* 3.

27 Quod verò conſtitutio non odioſa non ſit extendenda vltra pro-
prietatem verborum, in propria ſignificatione, ex eo conuincitur,
quia per ſe loquendo, ac regulariter homines vtuntur terminis, ac
vocibus in propria naturali ſignificatione; igitur multo magis id ob-
ſeruandum eſt in legibus, vt colligitur ex nonnullis iuris principiis,
vt quòd *vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus*, quod ſu-
mitur ex *dicta l. proſpexit, & in l.* 1 *ff. de legat. præſt.* cui æquiualens eſt,
vt *quod abſolutè dicitur, ſimpliciter, & ſine diminutione accipiatur, l.
de pretio, ff. de publiciana*, cui alludere videtur *l. cùm Prætor* 170. *ff. de
regulis iuris*, necnon multa alia iura, quæ allegat Suarez *vbi ſuprà.*

28 Secundò conſtitutio omnino fauorabilis extendenda eſt iuxta ver-
borum proprietatem non ſolùm naturalem, ſed etiam ciuilem, ſeu
iuridicam, non verò vltra illa, regulariter loquendo, probari poteſt,
quia vnaquæque ars, facultas, ſeu ſcientia, vtitur terminis, ac voci-
bus ſibi propriis, ſecundùm propriam conſuetudinem, ac conſtitu-
29 tionem, ſeu quæ ſunt magis accommodata ad explicandam inten-
tionem, quam quælibet illarum intendit; igitur multò magis id ſer-
uandum eſt in conſtitutionibus: nec enim Legiſlator cogendus eſt
vt quoties loqui vult de filiis naturalibus, & adoptiuis, ſpecificè id
faciat, ſed aliquando vti poterit voce communi; ergo in conſtitutio-
nibus habere poteſt locum extenſio, ſecundùm totam ſignificatio-
nem propriam verborum, non ſolùm naturalem, ſed ciuilem; ergo
maximè ita ſunt accipienda verba in fauorabilibus conſtitutionibus
iuxta vulgata principia iuris, ita ſentire videtur Baldus *in l. ſi quis
poſthumos, in principio, ff. de liberis, & poſth.* gloſſa *ibidem*, vbi dicit
quòd licèt aliàs in priuilegiis verbum *filij* non intelligatur de adopti-
uis, per *cap. adoptiuus, ſi de feud. fuerit controuerſia, ſpecul. de loca.
§. nunc aliqua ven.* 68 tamen fallit vbi verbum *filij* non poſſit verifica-
ri niſi in adoptiuis, conſentiunt Felinus *in cap. ſicut Romana, de re-
ſcriptis, num.* 7. Suarez *lib.* 6. *de legibus, cap.* 3. Emanuel Sà *verb. inter-
pretatio, num.* 1. *&* 3. Salas *de legibus, diſp.* 21. *ſect.* 3. Paulus Layman.





*lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 18. *num.* 8 Bonacina *de legibus, diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto*
8. 3. *propoſit. num.* 9.

Tertiò extenſio conſtitutionis vltra verborum proprietatem, tam 30
naturalem, quàm ciuilem non eſt admittenda, niſi raò, & quando
ſcilicet ipſa conſtitutio fieret illuſoria, & nullius momenti, vel in-
iuſtitiam, vel aliam abſurditatem contineret propter talem exten-
ſionis defectum, ita ſentiunt Abbas *in cap.* 1. *de conſtitutionibus, num.*
14. *ibidem* Decius, Felinus *in cap. tranſlato, de conſtitutionibus num.* 14.
Ana *in rubrica de apoſtatis*, Nauarrus *in ſumma, cap.* 27. *num.* 51. *in
cap. pœna, de pœnitentia, diſt.* 1. *num.* 16. *&* 21. Suarez *loco citato*, Salas
*eadem diſput. ſect.* 4. *num.* 9. *verſiculo quarta regula*, Clauis regia *cap.*
5. *num.* 8. Rebellus *de obligationibus parte* 1. *quæſt.* 6. Emanuel Sà, &
Bonacina *locis citatis, num.* 14. & ſumitur ex gloſſa *in cap. Clemen.* 1.
*de ſepulturis, in verſiculo ſepelietur, in fine*, gloſſa *in cap. Quanquam,* 31
*& gloſſa fin. de vſuris in* 6. extendens illam conſtitutionem odioſam
de teſtamento ad Codicillos, & ad omnem vltimam voluntatem, vt
non ſit eluſoria, ex *l. ſcire etiam, § aliud, ff. de excuſat. tutor.* vbi lex
propter vitandum abſurdum, dicit, *vel intra centum milliaria*, ex-
tenditur, vt locum habeat etiam intra quatuor centum, & facit *l.
non abſurdum, ff. de bonis libert. & l. ſtipulatio, de oper. libert.* & con-
firmari poteſt ex *cap. ciuitas, de ſententia excommunicationis in* 6. vbi
interdictum ciuitatis extenditur ad ſuburbana, ne vilipendi valeat
interdicti ſententia, & *cap. ſignificauit, de Iudæis*, vt illud bene ex-
pendit Nauarrus. Ratio eſt, quia omnis diſpoſitio ita eſt interpretan-
da, vt valeat potius quàm pereat; ergo multò magis conſtitutio, quæ
magno conſilio fit, periret vtique talis conſtitutio potius, quàm va- 32
leret, niſi fieret extenſio, interueniente aliqua neceſſitate cogente
ad faciendam ſimilem extenſionem, quia lex, quæ non eſt vtilis rei-
publicæ, aut ex qua iniuſtitia ſequitur, non ſit lex, neque obligat.

An verò conſtitutio, loquens verbis propriè ſignificantibus caſum 33
verum, extendatur ad caſum fictum, quem ſublata ſignificatione
verba comprehendere poſſunt.

Reſpondent aliqui in materia fauorabili interdum verba conſtitu- 34
tionis ſignificantia caſum verum, propriè extendi ad fictum, vt ſi lo-
quatur in fauorem filiorum, cõſtitutio extendenda eſt etiam ad ado-
ptiuos, ita ſentire videntur Bart. *in l. ſi is qui, pro emptore, num.* 30.
Baldus, & alij apud Menochium *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 36. Suarez
*lib.* 6. *de legibus cap.* 2. *num.* 6. Bonacina *de legibus diſput.* 1. *quæſt.* 1.

*puncto* 8. *num.* 103. *propoſitio*; & alij de legibus in communi loquen-
35 tes, eo magis quando conſtitutio æquiparat fictum cum vero, quia tunc certum eſt extenſionem conſtitutionis habere locum quoad diſpoſitiones, ſeu effectus eiuſdem iuris ſecundùm totam proprietatem legalem, quia conſtitutio cenſetur diſponere ſecundùm eiuſdem iuris, ſiue conſtitutionis vſum, ac inſtitutionem; vnde fit, vt nomine filij veniant etiam legitimati, Filliucius *tract.* 36. *cap.* 8. *n.* 138. Azorius 3. *part. lib.* 10. *cap.* 10. *quæſito* 3. Suarez *lib.* 6. *de legibus, cap.* 3. *num.* 6. Bonacina *loco citato, & diſput.* 3. *quæſt.* 8. *puncto* 2. *num.* 36. *de contract.* Angelus Beroius, & alij quamplurimi, & ſumitur ex authentica *quibus modis nat. efficiantur.*

36 Hinc ſequitur, quòd filius qui fuerit legitimatus priuilegio Papæ ſuccedit in bonis Eccleſiaſticis datis ad emphyteuſim, ita DD. allegati, & eſt communis ſententia DD. eo magis ſi per ſubſequens ma-
37 trimonium fuerit legitimatus, ex *cap. tanta, qui ſunt filij legitimi,* etiamſi in emphyteuſi dictum ſit illa tradi pro filiis legitimis, vel ex legitimo matrimonio natis, quia huiuſmodi filij cenſentur nati ex legitimo matrimonio ita diſponente iure Canonico in fauorem matrimonij; ita Panormitanus *in cap. tanta,* citato, & alij apud Azorium
38 *loco citato quæſito* 40. Bonacina *loco citato*: Sed quæres, an Apoſtolica conſtitutio, ſiue lex Canonica poſſit extendi ad caſum non comprehenſum ſub aliqua verborum ſignificatione propter ſolam rationis ſimilitudinem, vel identitatem.

Reſpondeo difficile eſſe iudicium in hac re ferre propter varia dicta DD. & iurium, quæ ab ipſis allegantur de omni lege indiſtinctè loquentium: vt autem quid ipſe ſenſerim breuiter, ac dilucidè explicare valeam, referam hîc duas DD. extremas ſententias. P. Sua-
39 rez *lib.* 6. *de legib. cap.* 3. *num.* 4. Salas *diſp.* 21. *ſect.* 13. *num.* 29. Bonacina *de legibus, loco allegato*, Paulus de Caſtro *conſ.* 338. Rochus Curtius *tract. de conſuet. ad cap. vltimum, ſect.* 4. *num.* 23. Alexander *conſ.* 75. gloſſa *in cap. in fidei, verbo inquiſitionis, de hæreticis in* 6. Anton. *in cap. vltimo de conſuet. num.* 57. Dominic. *in cap.* 1. *de temporib. ordin. in* 6. *num.* 6. Adrianus IV. *in mater. de excommunicat. quæſt.* 3. *except.* 8. Corduba *lib.* 1. *quæſt.* 11. *op.* 12. *ad* 3. & multi alij apud Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verbo libertis à num.* 2. *vſque ad num.* 30. tenent, ſolam ſimilitudinem per æquiparationem, ſeu æquiualentiam (præciſa identitate) non ſufficere, vt conſtitutionis obligatio ex vno caſu ad alium ſimilem extendatur, vt ex perſona ad perſonam, aut alio ſimili modo,



do, quando ſub verbis legis aliqua ſignificatione non comprehenditur, quod verum eſt, in omni conſtitutione, ſiue lege, tam fauorabili, quàm odioſa, ſiue pœnali. Quam ſententiam vt melius intelligas, ad- 40
uerte ex Suario, differentiam eſſe inter paritatem rationis, & identitatem; paritatem rationis vocat quando rationes licet ſint diuerſæ, tamen inter ſe habent æqualitatem, vt ſunt, v.g. ratio amicitiæ, aut gratitudinis, quæ inter ſe diuerſæ ſunt: poſſunt autem æquiparari, & moraliter æquales iudicari. Identitas verò rationis ſecundùm eum dicitur quando in diuerſis materiis vna, & eadem ratio pietatis promouendæ, aut nocumenti euitandi intercedit, quam differentiam deſumpſit à Iuriſtis allegatis, qui paritatem vocant ſimilitudinem rationis aliam identitatem, vt videre eſt in Baldo, Caſtro, Alexandro, & aliis *locis citatis.* Quo ſuppoſito, probatur primò hæc ſententia ſic 41
Conſtitutionis, ſiue legis diſpoſitio à voluntate legiſlatoris pendet: at legiſlator poſita eadem ratione poteſt pro ſuo arbitrio vnum velle, & non alium, vnum approbare, alterum reprobare, vnum præcipere, alterum prohibere; igitur ſequitur ex eadem ratione non eſſe faciendam extenſionem ad alios ſimiles caſus, niſi ad ipſos verba conſtitu- 42
tionis, ſiue legis extendantur, aut niſi Legiſlator voluerit ipſos eadem lege, & conſtitutione reprehendere. Confirmatur, nam taciturnitas, ſeu ſilentium alterius, eſt expreſſio formalis vnius, explicat euidenter legiſlatorem vnum voluiſſe, & non alterum, nam ſi alterum voluiſſet, expreſſiſſet, ex *cap.* 2. *de tranſlat. Epiſcop. & cap. ad audientiam.*

Probatur ſecundò, quando verba legis, conſtitutioniſque nullo 43
modo caſum comprehendunt, tunc certum eſt ſolam ſimilitudinem rationis non ſufficere, vt diſpoſitio legis, ſiue conſtitutionis cenſeatur habere locum in alio caſu ſimili, quia numquam poteſt ſimilitudo eſſe tanta, quin facile ſit aliquam rationem differentiæ inuenire. Patet euidenter, nam in primis ferè omnes fatentur hanc extenſionem per rationis ſimilitudinem non habere locum, vbi alia conſtitutio, ſiue lex aliter diſponit in alio caſu, quantumcunque ſimili, vt docent Bart. *in authent. quas actiones, C. de ſacroſanctis Eccleſiis, num.* 8. *&* 9. *& in l. omnes populi, ff. de iuſtitia, & iure, quæſt.* 6. *in princip. quæſtiuncula* 4. conſenſit Abbas *conſ.* 29. *num.* 4. *& in cap. tranſlato, de conſtitut. num.* 4. vbi loquitur de ratione ſimili, non eadem, vt Bartolus etiam loqui videtur, ſicut Rochus Curtius expônit, Felinus *in dicto cap. tranſlato, eodem titulo num.* 13. & ratio eſt, tum quia legum corre- 44
ctio

ctio eſt ſtrictiſſimi iuris, & ob id non habet in illa ~~locum~~ extenſio propter ſolam ſimilitudinis rationem, tum etiam, quia arctius eſt vinculum legis expreſſæ, quàm ſit ratio alterius legis propter ſolam ſimilitudinem; ergo non poteſt hæc lex contra aliam legem præualere. Hæc Suarius *loco citato*.

45 Denique in legibus, ac pœnalibus conſtitutionibus certior, & facilior videtur hæc ſententia; nam ſiue loquamur de pœna ſola, certum eſt non extendi ab vno caſu, ad alium caſum, ſiue ab vno crimine, ad aliud crimen, propter ſolam rationis ſimilitudinem, quod præter authores citatos ſentit gloſſa *in cap. in pœnis* 49. *de regulis iuris in 6.* dicens quòd de pœnis non arguimus ad ſimilia, quia pœnæ non excedunt propriam cauſſam, *in cap. pœnæ, de pœnitentia diſt.* 1. *& l. interpretatione, ff. de pœnis*, Clauis Regia *lib.* 3. *cap.* 8. Rebellus *de obligationibus iuſtitiæ lib.* 1. *p.* 1. *quæſt.* 6. *&* 7. *num.* 20. Butrius *in cap. vltimo, de conſuetud. num.* 57. *&* 58. Caſtro *lib.* 1. *de lege pœnali, cap.* 7. *documento* 3. eandémque opinionem tenet, & communem exiſtimat, Molina *tract.* 2. *de inſtitut. diſput.* 136. Quartò Rodriquez *tomo* 1. *quæſt. reg. quæſt.* 11. *art.* 6. *regula* 14. Sanchez *lib.* 10. *de matrimonio, diſput.* 4.

46 Probatur, quia generalis regula iuris docet, in pœnis benigniorem interpretationem eſſe faciendam, at extenſio pœnæ caſus ad caſum, criminis ad crimen, propter ſolam ſimilitudinem rationis non fit

47 per interpretationem benignam, ſed nimis rigoroſam. At verò ſi ſermo ſit de præcepto, vel prohibitione in conſtitutione pœnali appoſita, nullo modo extendi quoad vinculum obligationis in conſcientia propter ſolam ſimilitudinem, vel paritatem rationis, ad caſum omiſſum, & nullo modo comprehenſum ſub ſignificatione verborum conſtitutionis, ſiue legis, etiam ſi de tali nihil per aliam legem ſeu conſtitutionem diſpoſitum ſit, ita Suarez, Bonacina, & alij.

48 Identitate verò rationis attenta rectè fieri extenſionem conſtitutionis caſus ad caſum in ipſa non comprehenſum, docent communiter Canoniſtæ, ac Iuriſtæ, licet P. Suarius *num.* 16. *loco citato*, aliquibus declarationibus limitet, & probat eleganter: hæc pauca pro prima ſententia dicta ſint.

49 Panormitanus *in cap. in inſulis, de regul. num.* 2. *& in cap. ex tenore, qui ſint filij*, Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 5. *num.* 7. Couarr. *in cap. alma Mater* 2. *p.* §. 4. *num.* 7. *verſo ſecundo*, Angelus *verbo lex num.* 6. *&* 8. Sylueſter *quæſt.* 18. Conſtant. Roger. Imola, Gemin. & quamplurimi apud Tiraquell, *vbi ſuprà num.* 42. exiſtimant quamlibet conſtitutionem,



nem, ſiue legem ex vi paritatis rationis, vel propter ſimilitudinem rationis extendendam eſſe ad caſus omiſſos in ipſa conſtitutione, ſiue lege, licet aliter ſub illius verbis non comprehendatur. Probatur, quia *in regula vlt. de regulis iuris*, dicitur, *in legem delinquit, qui contra legis nititur voluntatem*, idem aſſeritur *in l. non dubium, C. de legibus*; ſed voluntas legis, ſiue conſtitutionis præcipuè cognoſcitur ex 50
ratione, quæ mouet voluntatem legiſlatoris ad legem, & conſtitutionem ferendam; igitur præſumitur contra legem ac conſtitutionem agere, qui facit contra eius rationem; ergo ſaltem in conſtitutione fauorabili facienda eſt extenſio ab vno caſu, ad alium, ob paritatem rationis, Sylueſter verò *verbo lex num.* 15. aliter probare nititur: nam, inquit, impoſſibile eſt, phyſicè loquendo, dare eandem om- 51
nino cauſſam, quin non ſequatur idem effectus, ita iuridicè loquendo fieri nequit vt detur eadem cauſſa, quin detur eadem conſtitutio, ſiue lex, & obligatio, cùm ratio legis ſit cauſſa, & anima legis, *ex* 52
*l. ſcire oportet, ff. de excuſat. tutor.* Item deciſio vnius caſus per ſenten- 53
tiam Principis cenſetur habere vim legis pro omnibus ſimilibus, quia nimirum caſus ille particularis materialiter ſumptus ſolùm cenſetur eſſe, tanquam quoddam exemplum, in quo ratio deciſionis exercetur, quia verò ratio eſt, quæ fundat deciſionem, ideo cenſetur eſſe vniuerſalis pro caſibus ſimilibus, igitur idem cum proportione in quacunque conſtitutione, & lege, eſt ad hoc confirmandum allegantur varia iura, quæ apud citatos authores videri poſſunt.

Hanc ſententiam licet probabilem exiſtimem, prior tamen eſt 54
longè probabilior, à qua non eſt recedendum, ob id ſoluenda ſunt principaliora illius fundamenta.

Ad primum reſpondeo negando vtramque conſequentiam, aliud quippe eſt extenſionem facere ab vno caſu ad alium; aliud eſt interpretari conſtitutionem, aut legem ſecundùm verborum proprietatem, & iuxta legiſlatoris intentionem, quæ colligi conſuetum eſt à ratione, qua legiſlator mouetur ad ferendam conſtitutionem, vel legem condendam. Verùm ſi aliqua via conſtare poſſit motum fuiſſe, ſcilicet vna ratione formali, vt ita dicam, ad aliquid præcipiendum, & non ad aliud, non eſſet vtique facienda extenſio ex vno ad alium caſum.

Ad ſecundum, paritatem rationis negamus, nam agens naturale 55
ex ſua propria entitate, & ratione, ita eſt determinatum ad ſuum proprium effectum, quia neceſſariò agit, vt non poſſit, poſita ſuffi-

cienter naturali cauſa diſpoſita non producere ſuum effectum, ac
per conſequens poſita tali cauſa ſequitur eius effectus; Legiſlator
verò licèt moueatur ab aliqua ratione, liberè operatur, ac per con-
ſequens vnum præcipere poteſt alio non præcepto; conſequenter
non eſt facienda extenſio ab vno ad alium caſum ob rationis ſimili-
tudinem, niſi verba conſtitutionis, & legis ad illum caſum, ſeruata
propria verborum proprietate, extendantur, aut modò non adſit ne-
ceſſaria connexio cum alio caſu, aut aliqua neceſſitas, vel recta ratio
non ſuadeat ad euitandam aliquam iniuſtitiam, ſiue abſurditatem.

56 Ad tertium patet ex dictis ſolutio, nam falſum aſſumit, ſententia
enim Principis reſpectu alicuius caſus deciſionis, non habet vim le-
gis generalis, vt poſſit extendi, regulariter loquendo, ad alium ca-
ſum à paritate rationis, vt doctè aſſerit Suarius *loco citato*.

57 Supereſt vt poſteriorem conſtitutionis, extenſionis, diffinitionis
partem dilucidemus, quomodo ſcilicet authoritatiuè conſtitutio ex-
tendatur ad caſus exceptos per priorem conſtitutionem; duplici
quidem modo fieri contingit, vel per modum declarationis à Principe
ſupremam authoritatem habente factæ, & vim legis habentis, ſæpe
enim hoc neceſſarium eſt ad bonum commune, prout neceſſitas
poſtulauerit, ſicut in ſuperiore capite de declaratoriis epiſtolis ſum-
mi Pontificis docuimus, quod non obſcurè indicatur, *in l. vltima,
C. de legibus*, *& in cap. inter alia, de ſententia excommunicationis*, ibi,
*vt vnde ius prodiit, interpretatio quoque procedat*, éſtque optimum
58 exemplum in motibus propriis Sixti V. de illegitimis, nam per prio-
rem de illis diſpoſuit, per poſteriorem verò priorem interpretatus
eſt, & vterque eandem legis authoritatem habet. Aduertimus tamen
hîc non tantùm eandem perſonam poſſe ſuam hoc modo extendere
interpretatiuè propriam legem, ſed etiam eandem ſedem, ſeu ſuc-
59 ceſſorem in eadem poteſtate, quia conſtitutio, ſiue lex non procedit
à perſona, niſi vt habente poteſtatem, & ſemper pendet, ab eadem
poteſtate in quacunque perſona ſit: igitur qui in eadem poteſtate ſuc-
cedit, ſemper poteſt prædeceſſorum conſtitutiones declaratiuè, ſiue
interpretatiuè extendere. Certum tamen eſt eundem hominem
poſſe expreſſiùs explicare ſuam mentem, & ſenſum, quæ reuerà ha-
buit, quando conſtitutiones condidit, quia ſolus ipſe voluntatem
ſuam certò cognouit, ſucceſſor verò ſolùm poteſt illam coniecturare;
nihilominus tamen poteſt ſucceſſor interpretari ſenſum in quo lex
ſit obſeruanda, & hoc modo illa extenſio dicitur authoritatiuè facta.





Aut per modum nouæ conſtitutionis, primam extendendo ad ca-
ſus quos exceperat, vt eſt hæc extenſio reuocatoriæ conſtitutionis
Gregorij XV. à Sanctiſſimo Domino noſtro Vrbano VIII. facta, nam
omnia priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa Mēdicantibus Ordini-
bus, vel non Mendicantibus, eorúmque ſuperioribus, aut perſonis,
quæ ad inſtantiam Regum, Imperatoris conceſſa, vel manu alicuius
Cardinalis firmata, vel iam ſuum erant effectum ſortita, excipieban-
tur in illa reuocatoria Gregorij XV. ibi, *non tamen ad ſupplicationem
Regum conceſſa, in his videlicet quæ non ſunt ſortita effectus*; & paulo
inferiùs, *firmis tamen, & in ſuo robore permanentibus omnibus indultis,
& aliis conceſſionibus prædictis viuæ vocis oraculo S. R. E. Cardinalibus,
ad ipſorum, vel aliorum quorumcunque fauorem, propria manu S. R. E.
Cardinalium firmatis*, quæ omnia comprehenſa eſſe ſub illa conſtitu-
tione voluit ſummus Pontifex per ſuam extenſiuam conſtitutio-
nem, quam omnes veræ legis conditiones habere, inferiùs dicendum
erit, hæc pauca ſufficiant pro declaratione diffinitionis illius vocis
*extenſio*.

---

## QVÆSTIO III.

### *Conceſſionum viuæ vocis oraculo factarum.*

### CAPVT I.

*Quid ſit priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum, & quo-
modo à reſcripto differat.*

VLtimo loco explicanda eſt quidditas, ſeu ratio formalis priuilegij 1
viuæ vocis oraculo cōceſſi, prout nobis ſe offert occaſio ex poſte-
riori, ac principaliori tituli, ſeu inſcriptionis huius cōſtitutionis allata
particula, *conceſſionum*, ſcilicet *Viuæ vocis oraculo factarum*. Pro cuius
intelligentia ſciendum eſt, priuilegium diuidi in ſcriptum, & non
ſcriptum. Priuilegium ſcriptum vocamus illud, quod eſt bullatione, 2
ſiue inſtrumento munitum: notanter dicimus *munitum*, quia licèt
ſcriptura non ſit de ſubſtantia priuilegij, vt ſuo loco dicemus: poteſt
tamen multum referre, quòd priuilegium ſcriptum ſit, quia ſcri- 3
ptura eſt ſignum expreſſum, & durabile, quod continere ſolet, ac
debet modum gratiæ, & ideo vtiliſſimum eſt priuilegium eſſe ſcri- 4

ptum, vt de illo meliùs, ac certiùs conſtare poſſit, atque ita illud eſt
5 vſitatum maximè in priuilegiis, quæ ab homine conceduntur. Hîc
6 tamen obiter aduertimus, quòd ſcriptura, ſiue bullatio, neceſſarium
eſt, quòd ſit authentica, vt fidem facere poſſit. Quod cum propor-
7 tione applicandum eſt ad forum conſcientiæ,& internum, vt pulchrè
docet Pater Suarez *lib.8. de legibus,cap. 7.* nam ad forum conſcientiæ
ſatis eſt, vt faciat priuatam fidem probabilem; ad externum autem
oportet vt faciat fidem publicam, aliàs oportebit, vt veritas ſcriptu-
8 ræ alio modo per teſtes, vel alia inſtrumenta probetur. Solet autem
priuilegium ſcriptum diuidi in ſimplex,& multiplex; nam illud con-
tinet tantum vnam gratiam, hoc vero plures, vt in bullis Pontificiis
paſſim conſpicitur. Verùm hæc diuiſio potius ad priuilegiorum in-
ſtrumenta, ſiue bullationes pertinet, quàm ad ipſa priuilegia, hæc
enim licèt in vno ſcripto contineantur,& à continente dicantur eſſe
vnum tantum priuilegium, nihilominus ſi gratias, aut facultates
concedunt diuerſas, tot ſunt priuilegia, quot ſunt clauſulæ in in-
ſtrumento.

9 Melius ergo priuilegium ſcriptum ſubdiuidi poteſt in illud, quod
in iure communi ſcriptum, ſeu incorporatum eſt, & in illud quod
eſt extra ius, in priuatis bullis, vel aliis ſimilibus inſtrumentis, aut
10 codicibus; quæ priuilegia inter ſe, quoad ſubſtantiã, & entitatem, &
effectum, in re ipſa, & coram Deo non differunt nec diſtinguuntur,
ita Suarez *loco citato*, tum quia in vtriſque intercedit eadem volun-
11 tas, & poteſtas Pontificis, tum etiam quia ſcriptura non eſt de eſſen-
tia, & ſubſtantia priuilegij, vt docet Felinus *in rubrica de conſtitutio-
nibus num.* 5. Abbas *ibidem*, & quamplurimi citandi *in 3. diſputatio-
ne*; igitur multo minus erit quòd ſcriptum ſit in tali, vel tali libro
12 contenta; extrinſecè verò, & accidentaliter quoad reliquos effectus
humanos, & morales, vltra illam differentiam, quam modalem appel-
lamus in eadem tertia diſputatione, aliquam poſſumus aſſignare dif-
13 ferentiam. Primò quoad rationem legis, & obligationem eius,
quia priuilegia inſerta in corpore iuris, eo ipſo ſunt ſufficienter pro-
mulgata in ſpeciali, vnde non poterunt ignorari; vel in dubium reuo-
cari. Secundò quoad firmitatem, & permanentiam: nam illa priui-
legia, quæ ſunt in iure communi inſerta, difficilius reuocantur, vt
dictum eſt *in diſput.3. quæſtione* 1. *cap.* 3. *ad* 2. *reſponſ.*2. omitto igitur
priuilegium ſcriptum, quia non eſt præſentis ſpeculationis, de non
ſcripto, eſt hîc agendum.

Aduerten



Aduertendum eſt circa priuilegium non ſcriptum, quod duplici 14
modo poteſt conſiderari, per accidens, vel per ſe; voco per ſe priui-
legium non ſcriptum illud, quod à nemine eſt expreſsè conceſſum,
vt ſcribi poſſit, ſed vſu quodam, & tacita conuenientia Principis
comparatum eſt, huiuſmodi eſt priuilegium conſuetudine introdu-
ctum, neque de hoc priuilegio hîc agendum eſt; per accidens
verò dicitur non ſcriptum illud, quod à ſummo Pontifice expreſsè
conceſſum eſt, & ore probatum, ac ſufficienter dictatum, ita vt ſcri-
bi poſſit: per accidens autem contigit vt non ſcriberetur, aut certè
non bullaretur authenticis bullationibus: hoc autem priuilegium
vocatur priuilegium non ſcriptum, extenſo verò vocabulo viuæ vo-
cis oraculum; hoc autem priuilegium ſubſtantialiter, & entitatiuè
non diſtinguitur à priuilegio ſcripto, quapropter omnia quæ de iſto
dicuntur, poſſunt cum proportione illo accommodari, nam in ratio-
ne formali & entitatiua idem ſunt; poteſt igitur ſic definiri priuile- 15
gium viuæ vocis datum, eſt priuata lex aliquid ſpeciale concedens
ore prolata, ſufficienterque à ſummo Pontifice dictata, vt ſcribi, aut
bullari poſſit, ità colligitur ex *cap. Abbate, de verborum ſignificatio-
ne, & cap. priuilegium, diſt.* 3. conſentiunt Panormitanus, & Decius
*in rubrica de reſcriptis*, & alij DD. *in rubricis de priuilegiis*, & Sum-
miſtæ *verbo priuilegium*, ſanctus Antoninus *prima parte titulo* 19. *ca-
pite* 1. & Suarez *lib.* 8. *de legibus cap.* 1. *&* 7. ponitur lex loco generis,
priuata autem loco differentiæ, vt priuilegium viuæ vocis oraculo 16
conceſſum à cæteris legibus diſtinguatur, nam aliæ concedunt ius
commune, hæc verò priuatum; aliæ verò particulæ ponuntur ad de-
notandam modalẽ, ac extrinſecã differentiam, quæ intercedit inter 17
priuilegiũ viuæ vocis oraculo conceſſum,& ſcriptum, vt ſuo loco di-
lucidè docebimus; hinc ſequitur quòd de ratione intrinſeca priuile-
gij ſit aliquid ſpeciale concedere, quod loco differentiæ eſſe ponen- 18
dum voluere aliqui DD. ex *eodem cap. Abbate*, & ex *c. in his, de priui-
legiis*, vbi declaratur, dici aliquid ſpeciale, vt diſtinguatur ab his,
quæ iure communi conceduntur, vnde *ibidem*, additur, priuilegium
ita eſſe interpretandum, vt aliquid præter commune ius concedat, 19
quia aliàs eſſet inutile; verùm, an hæc ſit differentia eſſentialis con- 20
ſtitutiua, modò non curo, ſufficit quantum ad præſens attinet, eſſe 21
proprium priuilegij eſſentiale, vel ad eius eſſentiam pertinens ali-
quid ſpeciale concedere.

Atque hinc facilè intelligitur quod ſecundo loco in titulo capitis 22

 propo

propoſuimus, quomodo priuilegium viuæ vocis oraculo datum dif-
ferat à reſcripto, ſtatim enim apparet differentia ex vtriuſq; nominis
23 interpretatione, & quidem priuilegium viuæ vocis oraculo, ſicut ſcri-
pturam non habet, ita ad ſui valorem extrinſecè, ac ſubſtantialiter nō
24 requirit: reſcriptum verò intrinſecè illam includit, vt nomen ipſum
importat, & ſumitur ex *l. 3. C. de diuerſis reſcriptis*, vbi non quæ-
25 uis, ſed authentica originalis ſcriptura ad reſcriptum poſtulatur; imò
ſi vocis ipſius compoſitio rigoroſè ſpectetur, expoſcere videtur, vt
reſcriptum, iterum, atque iterum ſit ſcriptum, quod maximè dicen-
dum videretur de Apoſtolicis reſcriptis, nam (vt ait gloſſa *in cap. ad*
*audientiam de reſcriptis*) *per manus tranſit, & multa maturitate de-*
*coquitur.* Verùm certum eſſe non negamus, nomen illud non inde
ſumptũ eſſe, eſt enim antiquius, & in iure ciuili paſſim vſitatum; di-
26 ctúmque eſt reſcriptum, quaſi reſponſum ſcriptum, quia antono-
maſticè Imperatorum reſponſa ad iuris dubia ita appellare conſue-
uerunt, quæ ab illis interrogabantur, colligitur ex *l. vt ff. de appellat.*
27 *& relation.* & ex *l. 1. ff. quando appellandum ſit*; quia Principis reſpon-
ſum legem conſtituit, vt probatum eſt *in cap. 2. quæſt. 2. huius diſput.*
28 ideo reſcriptum ius ſcriptum aliquando continere dicitur, vtique
vel commune, per *legem fin. C. de legibus*; vel inter partes, ſecun-
dùm Ioan. And. *in rub. de reſcripis* Felinus *ibidem num. 1.* vel reſpectu
eius, cui conceditur, ita Rochus Curtius *in tract. ſuper cap. cùm tan-*
*to, de conſuetud. in præfatione, num. 8.*

29 Sed hoc diſcrimen, quod aſſignant nonnulli, eſt valde materiale,
nec difficultatem ſoluit, quia reſponſum ſummi Pōtificis, & cuiuſ-
uis alterius Principis ſupremam authoritatem condendi leges haben-
30 tis, poteſt ſine ſcriptura dari, & eundem valorem habere, ſi ipſe
vellet; igitur reſcriptum non diſcriminatur à priuilegio viuæ vocis
31 oraculo præciſè ex ſcriptura. Item priuilegium ſcriptum differt à re-
ſcripto, vt ſtatim dicemus; igitur non valet aſſignata diſtinctio, &
differentia inter reſcriptum, & oracula ex nominis interpretatione
deſumpta.

32 Aliter igitur reſpondendum eſſe cenſeo, eodem modo viuæ vo-
cis oraculo diſtingui à reſcripto, quo priuilegium bullatum. Pro cuius
intelligentia notandum eſt, reſcriptum generaliter ſumptum tam in
33 iure Canonico, quàm ciuili ſub ſe continere priuilegium ſcriptum,
& alia multa, quæ priuilegia non ſunt, vnde reſcriptum diuidi ſolet
in iuſtitiæ, & gratiæ: iuſtitiæ eſt illud, quod datur vel ad explican-
dum



dum ius, vel ad lites, ſiue ad ius dicendum inter partes, & hoc re- 34
ſcripti genus certè quam maximè differt à priuilegio, & ratio eſt,
quia ex diſpoſitione iuris communis reſcriptum datur vel ad inter-
pretandum idem ius, vel ad debitam exequutionem, ita *in l. falſo, C.*
*de diuerſis reſcriptis*, & Baldus *ibidem*, eſt optima gloſſa *in cap. 1. de* 35
*conſtitutionibus in 6. in verbo noſcatur*, dicens quòd *reſcriptum contra*
*ius datum, ſi conſtat de mente ſcribentis, mutat naturam, & potius eſt*
*priuilegium*, Socin. *conſ. 164.* incipit, *Viſa Bulla Bonifacij. verſ.*
*primum fundamentum*, ibi, *Ex quibus patet in 2. part.* quòd *reſcri-*
*ptum conceſſum contra diſpoſitionem iuris communis conſequenter dicitur*
*priuilegium propriè, & ſtrictè ſumpto vocabulo.* At verò priuile- 36
gium datur contra, vel vltra ius. Ioannes Andreas *in cap. olim, de ver-*
*borum ſignificatione*, & alij, quos *in diſput. 3.* adducemus.

Subdiſtingui autem poteſt reſcriptum in illud quod verſatur circa 37
res, & quod verſatur circa facta hominum; primum eſt ad con-
ferendum beneficium, vel donum aliquod gratis collatum, quod
potius dicendum eſt facti reſcriptum, quàm iuris: & hoc à priuile-
gio differt, quia non eſt lex priuata, nec dat propriè facultatem ali-
quid operandi, vel non operandi contra, vel vltra ius commune, ve-
luti proprium eſt priuilegij. Valde aduertimus hîc, quòd talia reſcri- 38
pta in Canonico iure, beneficialia vocantur, & dantur ad collatio-
nem, reſignationem, & alias diſpoſitiones de Eccleſiaſticis benefi-
ciis faciendas; quæ reſcripta in hoc videntur conuenire cum reſcri-
ptis iuſtitiæ, quod ſecundùm iuris communis diſpoſitiones videntur 39
concedi, niſi aliud exprimant: dicuntur verò gratiæ ex eo, quòd be-
neficia Eccleſiaſtica gratis conferuntur. Hæc beneficialia reſcripta 40
neceſſariò requirunt ſcripturam ex diſpoſitione iuris Canonici, vt ex
Azorio *lib. 5. quæſ. 5.* aduertit Suarez *loco citato* ad exequendum ef- 41
fectum gratiarum à Pontifice conceſſarum, quod quidem neceſſa-
rium in priuilegiis non cognoſcimus, & in hoc diſtinguitur etiam re-
ſcriptum gratiæ à pruilegio. Aliud ergo eſt reſcriptum gratiæ, per- 42
tinens ad ius operandi, & ſub hac continetur omne priuilegiorum
genus tam ſcriptorum, quàm non ſcriptorum, ex quibus ſic notatis
apertè colligendum eſt, in quo, & quomodo viuæ vocis oraculo à
reſcripto diſtinguatur, tam à reſcripto iuſtitiæ, quàm gratiæ, non
quidem ratione ſcripturæ, ſed ratione ſubiecti vel materiæ, vt ita di-
cam, circa quam vario diuerſoque modo verſatur.

CAPVT

## CAPVT II.

*Priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum, an ſit diuidendum, iuxta varias, diuerſáſque priuilegij bullati diuiſiones.*

1 DIlucidata oraculorum ratione oportet varias eorum ſpecies exponere, iuxta varios modos, in quos diuidi ſolet priuilegium bullatum: nam ad intelligenda ea, quæ ſumus commentaturi de priuilegiorum viuæ vocis oraculo reuocatione, hoc quammaximè neceſſarium eſt. Et inprimis omiſſis aliis priuilegiorum diuiſionibus, quibus diuidunt DD. in diuinum, & humanum, & colligitur ex *cap. duæ ſunt leges*, 23. *quæſt.* 2. *& cap. dixit Dominus*, 14. *quæſt.* 5. *& ex cap. ſi non licet*, §. *non occides* 23. *quæſt.* 2. de quibus videri poteſt Diuus Thomas 2.2. *quæſt.* 171. *art.* 5. Caëtanus *ibidem*, Vaſquez, Suarez, &
2 alij. Diuidendum eſt priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum, neceſſariò, in reale, & perſonale, quæ diuiſio inſinuatur in contextu huius reuocatoriæ conſtitutionis. ibi, *Quibuſcunque gradibus, Prouincialibus, cæteriſque ſuperioribus, & perſonis cuiuſuis ordinis, congregationis inſtituti, & ſocietatis Ieſu, aut eius Clericis, ſeu presbyteris aliíſque perſonis prædictis num.* 6. Hæc diuiſio comparanda eſt ex principiis, quibus deſumitur ſimilis diuiſio priuilegij ſcripti, ex *cap. nempe mandata de præſumpt.* ibi *non loco tribuimus, ſed perſonæ*, quam-
3 uis ibi non de proprio priuilegio, ſed de quadam Pontificia delegatione fiat mentio, eſt tamen eadam ratio, & fere ſimilia ſunt verba, *in l. priuilegia*, 196. *ff. de regulis iuris*, vbi dicitur, *Priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ*, & clarè ſumitur ex *l. forma*, § *Quan-*
4 *quam*, *ff. de cenſibus*, priuilegium viuæ vocis oraculo. Igitur perſonale dicitur illud, quod conceditur immediatè perſonæ ratione ſui.
5 Reale quod directè conceditur alicui rei, vt loco, dignitati, vel muneri, vel prędio, vel mercibus diſtinctis à perſona: quamuis enim omne priuilegium finaliter, & vltimatè dirigatur, & referatur in
6 gratiam hominis; nihilominus aliquando cadit immediatè ſupra rem aliquam diſtinctam à perſona. Quam diſtinctionem obſeruandam eſ-
7 ſe doceo propter effectus, qui ex ea colliguntur, nam ſi priuilegium eſt reale, & res cui conceſſum eſt priuilegium, tranſeat ad alium do-
8 minum, ad eundem etiam tranſit priuilegium. Perſonale verò corruit extincta perſona, ita ſentiunt Azorius 1. *part. lib.* 5. *cap.* 22. *quæſi-*
*to* 6,



*to* 6. Suarez *lib.* 8. *de legibus cap.* 3. *n.* 3. Salas *de legibus*, *diſput.* 20. *ſect.* 17. *num.* 124. Bonacina *de legibus*, *diſput.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 1. *propoſitione* 2. *num.* 6. Molfetius *tract.* 9. *cap.* 12. Paulus Layman *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 23. *num.* 2. *&* 3.

Verùm quomodo dignoſci poſſit priuilegium viuæ vocis an perſo- 9
ſonæ, vel rei adhæreat, DD. Iuriſtæ nonnulla tradunt in hoc puncto, loquentes de priuilegiis in communi, quæ poſſunt adaptari priuilegiis viuæ vocis oraculo cum proprietate; breuiter tamen tria ſpectan- 10
da ſunt, vt facilè cognoſcamus gratiam inhærere perſonæ, vel rei; primò modus perſonæ cui fit gratia, ratio ſeu cauſa quæ mouet ad conceſſiones, res quę ibi interuenit, circa quam verſatur immunitas priuilegij. Circa perſonam aduertendum eſt; quandam eſſe perſonã 11
propriam, vti eſt vnus homo, aliam fictam, vt eſt ciuitas, religio, collegium, monaſterium, & ſimilia. Si ergo priuilegium conceditur perſonæ fictæ, id ſatis eſt vt priuilegium reale cenſeatur, iuxta dictam legem *forma*, §. *Quanquam*, *ff. de cenſibus*, nam tale priuilegium à perpetuitate fictæ perſonæ dicitur perpetuum, ſecundùm *l. proponebatur*, *ff. de iudic.* hoc priuilegium aduertimus duplici modo concedi ſolet, vel conceditur corpori, ad totius corporis vſum per mo- 12
dum vnius vniuerſitatis in vnum congregatæ; vel conceditur eidem ad vſum ſingulorum, aut è contra, datur ſingulis de tali corpore ratione totius, vt ſunt talis corporis membra: nam hoc modo etiam intelligitur priuilegium eſſe reale, quia per ſe primò conceditur 13
fictæ perſonæ, quæ eſt res quædam perpetua, & ſecundariò, per ſucceſſionem ſingulis illius perſonæ membris præſtatur tale priuilegium ac per conſequens eſt reale, ita ſumitur ex *l.* 2. *ff. de rebus dubiis.*

Si verò perſona cui priuilegium conceditur, ſit realis, & vera, 14
adhuc priuilegium non cenſetur ex perſonæ realitate, & veritate, perſonale, quia aliquando priuilegium tale non reſpicit perſonam particularem, ſed certum, ac determinatum perſonarum genus, vt mi- 15
nores, maritos, vxores, & cætera huiuſmodi. Quandoque verò perſonam particularem, particulariter tentam (vt ita dicam) vtrumque ex his vocari poteſt perſonale, vt notat Barboſa *in l. Quia tale*, *ff. ſolut. matrim. num.* 14. Læſio *in l. maritum*, *eodem num.* 32. de priori, ex 16
eo patet, quia priuilegium tale ſingulis perſonis veris ſub illa communi appellatione conceditur, non ratione communitatis talium perſonarum, aut alicuius corporis myſtici ex illis compoſiti; ſed ra-

17 tione ſui, prout in vnaquaque eſt, illi ſoli prodeſt, & cum illa fini-
tur; quæ ſunt conditio, ius priuilegij perſonalis. Cæterùm quia hoc
priuilegium, moraliter loquendo, cenſetur perpetuum, quia ſic in
communi certo perſonarum generi præſtatur, quia nunquam ſub
illo genere deeſſe poſſunt indiuidua, in quibus illud conſeruatur, vi-
detur eſſe reale, & ſic à nonnullis authoribus appellatur; de poſte-
18 riori verò, per ſe euidens eſt, nam tale priuilegium ſoli illi perſonæ
ſingulariter, & per ſe conſideratæ adhæret, & cum illa extinguitur,
quæ eſt conditio maximè propria priuilegij perſonalis, vt patet ex
*cap. priuilegia*, ideo non tranſit ad hæredes, vt habetur *in dicta l. ma-*
*ritum, & in dicta l. quia tale, & in dicta l. forma*, & eleganter *in l.*
*ſordidorum, C. de excuſat. muner. lib.* 10.

19 Circa conditionem, ſiue cauſam, priuilegia attendenda ſunt, vel
reſpectu totius generis perſonarum, quibus ratione alicuius cauſæ
conuenit tale priuilegium, vt minori propter ætatis defectum, datur
reſtitutionis priuilegium: vxoribus datur Velleianum, ratione ſta-
tus, & ſubiectionis; filiisfamilias Macedonianum, multáque alia, quæ
conceduntur ad pias cauſas, vt Clerici ne aggrauentur, eleemoſynæ
derelictæ loco, fratribus, vel monaſteriis, & cætera huiuſmodi, quæ
tam ratione cauſæ, & conditionis, quàm ratione rei, & ſubiecti cen-
ſeri poſſunt realia argumenta *in l. omnibus cauſis 69. ff. de regulis iuris.*
Verùm quia hæc talia priuilegia vnicuique particulari perſonæ ſub
illo genere contentæ applicantur, ſequuntur conditionem per-
ſonalis priuilegij, ideo vocari poſſunt, attenta tali applicatione, priui-
legia perſonalia. Ex quibus colligendum eſt, ad illam diuiſionem re-
duci ſufficienter omnes priuilegiorum ſpecies, quas ſub illis nomini-
20 bus numerant DD. At quæres, quid dicendum ſit, quando fuerit
dubium, an priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum ſit reale, vel
perſonale.

21 Reſpondeo valde difficile eſſe hanc determinare quæſtionem pro-
pter carentiam inſtrumenti, ex quo comparari poteſt difficultatis re-
ſolutio; nihilominus ex his, quæ DD. docent de bullatis priuilegiis,
qui in duas oppoſitas ſententias diuiduntur, præpoſitę quęſtioni ſa-
tisfaciemus. Pręſumendum reale, affirmant aliqui, Tiraquell. *quæſt.*
*de primogen.* 40. *num.* 72. vbi duas gloſſas citat, vnam *in l. forma*, §.
*quanquam, ff. de cenſibus*, aliam 25. *quæſt.* 1. *in principio*, allegat quo-
que Alex. & alios *in l. Quia tale, ff. de ſolut. matrim.* vbi Barboſa *n.* 4.
*in fine* plures refert, tenet eandem ſententiam Anton. 1. *part. titulo*
19.



19. *cap.* 1. §. 2. *in fine*, Rodriquez *tomo* 1. *quæſt.* 56. *art.* 12. ad quod alle-
gantur nonnulla iura, & *l. ætas, & cap. cùm veniſſet, de conſtitut.* At
reuera hæc ſententia nullo innititur fundamento; nam illæ duæ gloſ-
ſæ non ſunt ad propoſitum, prima enim nihil dicit, ſecunda oppoſi- 22
tum, alia iura nihil probant præter regulam generalem, quod priui-
legium rebus conceſſum eſt reale, perſonis verò perſonale, ex *cap.*
*verò cùm veniſſet*, illud ſolum habetur quòd in aliquo, licèt ſit ali-
quod dubium multo maiores eſſe poſſe coniecturas, quòd priuile-
gium ſit reale, niſi contrarium probetur. Ex oppoſito alij communi- 23
ter volunt in dubio priuilegium præſumi perſonale, ita Bart. *conſil.*
189. *num.* 4. Iaſon *in l. ſi ſic*, 2. *ff. de verborum obligat.* Decius *in l. in om-*
*nibus cauſis, ff. de regulis iuris*, & alij quamplurimi apud Barboſam
*vbi ſuprà num.* 4. Hoc idem tenere videtur idem Rodriquez *eodem* 24
*tomo quæſt.* 30. *art.* 13. fundamentum eſſe poteſt pro hac ſententia,
quia priuilegia ſunt ſtricti iuris, & ideo in dubio potius interpretan-
da ſunt perſonalia eſſe, quàm realia, vt reſtringatur conceſſio, quia
reale priuilegium, quo eſt durabilius, eo eſt maius, cæteris paribus, vt
per ſe notum eſt; igitur in dubio reſtringendum eſt ad perſonale.

Item mediando inter has duas oppoſitas ſententias dico, quòd 25
quando priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum, ſiue bullatum, eſt
fauorabile, ſeu purum beneficium Papæ, iudicandum eſt in dubio
eſſe reale priuilegium, tum quia beneficium Principis latè explican- 26
dum eſt, *per l. vlt. ff. de conſtitut. Principum*, tum quia beneficium à
Principe datum decet eſſe manſurum, *de regulis iuris in* 6. quando
verò priuilegium eſt contra ius commune, vel præiudicat tertio, in
dubio, cenſendum eſſe videtur perſonale, nam cùm huiuſmodi pri-
uilegium ſit odioſum, odiáque ſint reſtringenda, dicendum eſt pri-
uilegium eſſe perſonale, quia perſonale non eſt perpetuum, ſed ex-
tinguitur vita perſonæ extincta; reale verò ſemper durat, ita ſenti-
re videtur Suarez *lib.* 8. *de legibus, cap.* 3. *num.* 19. Bonacina *de legibus*
*in genere, quæſt.* 3. *puncto* 1. *ſecunda propoſ. diſput.* 1. *num.* 7.

Sed reſtringenda ſunt iam dicta; quando aliquæ concurrunt cir- 27
cumſtantiæ, vt poſſeſſionis, vel maioris probabilitatis in alterutram
partem, tunc iudicandum eſt in illius partis fauorem, quæ poſſidet,
vel pro qua eſt maior probabilitas; conſequenter ſi quis poſſideat pri-
uilegium vt reale, poteſt frui illo tanquam reali, iuxta aliam regu-
lam, *In dubio melior eſt conditio poſſidentis*, ita Bart. *in l. vltima, ff. de*
*ſeruit. legat. num.* 3. Baldus *in l.* 3. *ff. de conſtitut. Princip. lect.* 1. *num.* 17.

Suarez *loco citato num.*14.*vſque ad finem*, Bonacina *eodem loco*, Salas
*diſpat.*7. *ſeſt* 6.Molfeſius *tract.*9.*cap.* 12.*num.*32. alias verò coniectu-
ras,quibus dignoſci poſsit priuilegium an ſit reale, vel perſonale, quæ-
re apud Barboſam,& Suarez *citatis locis.*

## CAPVT III.

*Priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum, diuiditur in remuneratiuum,
& conuentionale; explanatúrque quid vtrumque ſit, & an
ſit reale, vel perſonale determinatur.*

1 DIuiditur priuilegium viuæ vocis in gratioſum, & remunerati-
uum,quam diuiſionē ex verbis eiuſdem contextus huius reuo-
catoriæ extenſionis comparamus;nam ſub *num.* 6. habetur, ibi, *Qua-
cunque de cauſſa, etiam de neceßitate exprimenda, occaſione,prætextu,
vel colore,&c.* quibus verbis, omnes priuilegiorum ſpecies compre-
hendere videtur, & illas oportet explicare. Gratioſum igitur priui-
legium eſt illud, quod gratis conceditur, nulla habita ratione meri-
torum illius, cui conceditur, vel aliorum, qui qualecunque illud
2 meritorum ius in illum tranſtulerint. Remuneratiuum verò dicitur
illud, quod conceditur alicui ratione meritorum ipſius, vel aliorum,
illi cui conceditur aliquo modo applicatorum, ita Bonacina *de legi-
bus in genere, diſput.* 1. *quæſt.* 3. *puncto* 1. *num.* 8. *propoſit.* 2. Suarez *de
legibus lib.* 8. *cap.* 4. *num.*1.
3 Eleganter aduertit tamen hîc idem Suarez quòd non omne priui-
legium, in quo recipientis merita conſiderantur, cenſetur remune-
ratiuum; ſed ſolùm quando tribuitur illi,cui cōceditur in præmium,
& conſequenter in proprium commodum, aliquando enim concedi-
tur alicui priuilegium propter bonum commune,& nihilominus con-
ſiderantur bona merita eius cui conceditur, non tamen vt merita,ſed
vt indicia virtutis,prudentiæ, induſtriæ, quæ in tali perſona conſide-
4 rantur, vt ei tale miniſterium, vel talis ampla poteſtas, per tale com-
mittatur priuilegium: eſt optimum exemplum *in cap. mandata, de
præſumptio.* vbi Pontifex cuidam maximo Epiſcopo legationem to-
tius Regni Siciliæ concedit, non quidem in remunerationem, *ſed
quia mandata* (inquit) *cæleſtia efficacius gerimus, ſi noſtra cum fratri-
bus onera partiamur*,qui reſpectu ſolùm eſt boni communis, & nihi-
lominus declarat hoc concedere perſonæ, ac pro ratione reddit, *quia
ex*



*ex tranſacta in te vita didicimus, quid de ſequenti conuerſatione tua
præſumamus*, quod eſt valdè memoriæ commendandum, ad ſoluen-
da varia,quæ ab aduerſariis fieri poſſunt argumenta,vt ſimilia *in quar-
ta diſputatione quæſtione ſecunda* dicemus.
De priuilegio gratioſo nihil occurrit dicendum,conſtans enim eſt, 5
vt omnes fatentur, huiuſmodi priuilegium poſſe eſſe,& contra ius,&
ſolùm vltra, vel præter illud,poteſtque eſſe reale, vel perſonale,iuxta
tradita *in proximo capite*, differre à remuneratiuo, quia hoc in ratione
præmij, & in habitudine ad merita conſiſtit, illud verò in ſpeciali,&
ſimplici gratia. At de remuneratiuo licèt conſtet eſſe poſſe perſona- 6
le, dubitari tamen ſolet, an ſemper & neceſſariò tale ſit, vel poſſit eſſe
etiam reale.
In qua re nōnullas inuenio varias inter DD. opiniones.Panormita- 7
nus *in cap. mandata, de præſumptionibus, & in cap. quoniam, de off. &
poteſt. deleg. num.*1. Felinus *vtrobique* Iaſon, Alciatus Paulus de Caſtr.
Aretinus, Alexander, & quamplures alij, quos Barboſa citat, & *in
l. quia tale, ff. ſoluto matr. num.*6. ſentit,quòd priuilegium,quod fun-
datur in meritis, taliter ſit intrinſecè perſonale, vt nullo modo poſſit
iudicari reale, fundatur hæc ſententia præcipuè *in l.* 1. *ff. de conſtitu-* 8
*tionibus Principum*, & in ratione eius; habet enim ibi Vlpianus in le-
gibus quaſdam eſſe perſonales, quæ ad exemplum non trahuntur, &
tales ſignificat eſſe remuneratiua priuilegia, ſubdit enim, *Nam quæ
Princeps alicui ob merita indulſit, vel ſi quam pœnam irrogauit, vel ſi
cui ſine exemplo ſubuenit, perſonam non egreditur.* Ex quibus verbis
ſumitur fundamentalis ratio, quia cauſa principalis priuilegij præci-
puè ſpectanda eſt, ad iudicandum an ſit perſonale,& merita ſunt prin-
cipalis cauſa talis priuilegij, & ita ſunt propria perſonæ, vt illam non 9
egrediantur, nec ad alium pertineant,quia illa non habeat; igitur tale
priuilegium eſt perſonale, iuxta regulam Iuris ff. 69. vbi *Perſonæ con-
ditio, locum facit beneficio, deficiente ea, beneficium quoque deficit.* Con- 10
firmatur, quia priuilegiū quod ſimpliciter conceſſum fuiſſet reale, ſi
in ipſo declaretur dari propter merita, efficitur perſonale, per *cap.
mandata*, & *ibi* Panorm.
Multum hæc ſententia Suario diſplicet, & totis conatur viribus, 11
eius impugnare fundamenta, quibus innititur. Circa primum in-
quit, non rectè probari ex *l.*1. *ff. de conſtit. Principum*, nā cùm illa lex
dicit, *Planè ex his* (nimirū conſtitutionibus) *quædam ſunt perſonales, &c.*
longè aliter accepit conſtitutionē perſonalem, quā accipitur perſonale

 pri

priuilegium: diſtinguit enim ibi legem perſonalem à lege ſimpliciter,
ſeu à lege, prout expreſſiùs declarauit cõſummando diuiſionem Im-
12 perator, *in § ſed & quod, inſtitut. de iure naturæ*, dicens in fine, *alias*
*eſſe generales quæ omnes obligant*, & ita vt diuiſio ſit integra, legem
perſonalem ibi vocat legem priuatam, quæ intuitu priuatæ perſonæ
13 fit, non intuitu communitatis: ſic autem lex perſonalis, non tan-
tùm perſonale priuilegium, ſed etiam reale complectitur, quia
etiam priuilegium reale, eſt priuata lex, & conceditur intuitu per-
ſonæ priuatæ. Nam omne priuilegium priuatæ perſonæ datur, quam-
uis aliquod immediatè ſuper rem conſtituatur, nihilominus reſpicit
perſonam; igitur in omni priuilegio inuenitur perſona, licèt non ſit
ſatis, vt priuilegium intelligatur perſonale ſtricto modo, & ſumitur
ex *l. iuris gentium, §. paſtorum, ff. de pact.* ſufficit tamen vt talis lex
dicatur perſonalis, id eſt, in fauorem priuatæ perſonæ edita, & ita ſa-
nè loquitur illa lex prima, comprehenditque ſub illa voce non tan-
tùm priuilegium perſonale, ſed etiam reale, imò non ſolùm lex pri-
14 uilegiatiua, ſed etiam punitiua ſi ſpecialiter feratur, & in odium cer-
tæ perſonæ fiat ſub illo membro legis perſonalis comprehenditur,
quia non eſt lex publica & communis; & hæc Suarez, ex qua expo-
15 ſitione, quam variis exemplis probat, deſumptis ex iure ciuili, colli-
git primum fundamentum parum, aut nihil iuuare pro allata
opinione.

16 Nec ſecundum fundamentum illius ſententiæ vrget, quia licèt
merita poſsint eſſe motiuum, & ratio dandi priuilegium, non neceſ-
ſariò ſunt quaſi fundamentum, vel ſubiectum priuilegij, ita vt ab
illis pendeat in fieri, & in conſeruari: quam rationem magis expli-
cans, inquit. Declaratur ampliùs; nam propter merita tranſitoria, &
ſolius perſonæ poteſt illi concedi priuilegium perpetuum, & pro-
pter merita vnius progenitoris conceditur iuſtè priuilegium ipſi, &
poſteritati, vt per ſe conſtat; ergo poteſt concedi propter merita pri-
uilegium reale, vt quotidie fieri conſtat; ergo licèt merita ſint in ſo-
la perſona, non rectè infertur priuilegium propter illa datum, etiam
cum allegatione talis cauſæ eſſe perſonale tantùm.

17 Barboſa verò, & alij apud ipſum in dicta lege *Quia tale*, *num. 6.*
per contrarium extremum exiſtimauere, priuilegium datum propter
merita eſſe reale; verùm hæc opinio nulla ratione, vel iure fundari
poteſt, nam meritum indifferens cauſa eſt, & non determinata, ad
præmium perpetuum potius, quàm ad temporale, loquendo inter
hom



homines. Imò frequentiùs ſufficienter fit remuneratio propter priui-
legium perſonale, ſeu vitale; concedere diuturnius eſſe ſupra meri-
ta: igitur ex eo quòd in priuilegio merita explicantur neutrum col-
ligitur.

Poſtquam P. Suarez hoc modo, & his verbis has ambas allatas 18
DD refutauerit ſententias, ſuam opinionem ſtatuit *in cap. 4. lib. 8. de*
*legibus*, vbi dicit *num.* 8. priuilegium remuneratiuum poſſe eſſe vel
reale, vel perſonale (licèt ipſe de priuilegio bullato loquatur expreſ-
ſè) quia priuilegium remuneratiuum, per ſe, & ab intrinſeco non ha-
bet quòd ſit perſonale, ſed de ſe indifferens eſt, quòd ſit reale, vel 19
perſonale: vnde verba Principis conſideranda ſunt, quando præ-
dicta concedit priuilegia: nam ſi cadunt directè, & proximè in rem,
quamuis dicat ſe concedere illius immunitatem, propter merita pe- 20
tentis, ſeu talem rem poſſidentis, reale erit priuilegium. At verò ſi
concedentis verba directè referantur ad perſonam cuius merita re-
munerari dicuntur, tunc erit perſonale priuilegium.

Verùm nec ipſe P. Suarez rectè ſuam oſtendit opinionem, nam in- 21
primis remuneratiuum priuilegium eodem modo ſe habet per prin-
cipium intrinſecum ad reale, & perſonale, quo merita perſonam fi-
ctam, aut realem reſpiciunt, non ſolùm reſpectu potentiæ opera-
tiuæ, ſed vt Principis voluntatem ad concedendum talia priuilegia
mouent. At conſtans eſt apud omnes, merita adeò perſonæ reali eſſe
propria, vt nullo modo fictæ conuenire poſſint niſi per aliquam ana-
logiam, aut rationem ad perſonam veram, intercedente aliqua ne-
ceſſitate, ratione cuius conuenire poſſint ipſi fictæ perſonæ; igitur
priuilegium remuneratiuum non eſt indifferens ad reale, & perſo-
nale; hæc conſequentia tenet, quia eſt per ſe determinatum ad vnum
ratione principij totalis, & adæquati concurrentis ad conſtituendum 22
tale priuilegium. Maior probatur, principium intrinſecum à quo pri-
uilegium remuneratiuum pendet in fieri, & conſeruari, eſt volun-
tas Principis non nudè, & abſolutè conſiderata, ſed meritorum, ra-
tione perſonæ cui priuilegium conceditur, determinata ad tale con-
cedendum priuilegium; igitur eodem modo ſe habet. Inſuper Prin- 23
cipis verba concedentis priuilegia remuneratiua, quantumuis im-
mediatè cadant ſuper rem, cui immunitas conceditur, perſonæ cuius
ſunt propria merita præſtantur, quia mouent ſufficienter ad con-
cedendum reſpectu talis perſonæ rei immunitatem; igitur dum me-
rita explicantur, etiamſi verba conceſſionis eandem rem reſpiciant,
erit

erit perſonale, & non reale priuilegium, quia perſonæ verè conceduntur, & rei propter perſonam, quæ mouet, attentis meritis, Principem ad præſtandum talem fauorem. Nec P. Suarez aliquam adducit rationem illius indifferentiæ: nam negamus meritum eſſe ex ſe in-
24 differens, quia eſt quædam commenſuratio, qua gratiæ & priuilegia à Principe facienda rectè, & iuſtè commenſurantur, ita vt determinari cenſetur voluntas Principis ad præſtandum priuilegium quo merita fuerint in ſe; nam ſi aliter moueatur, erit gratioſum priuilegium, & non remuneratiuum, vt ſtatim reſpondendo ad ea quæ obiicit idem Suarez ad fundamenta primæ opinionis dicemus.

25 Aliter igitur mihi venit dicendum in hac difficultate, priuilegium, nempe remuneratiuum per ſe, & eſſentialiter eſſe perſonale; per accidens verò reale, ita ſentiunt DD. pro prima opinione allegati, & alij quos Barboſa citat: nam ipſe eodem primo numero nobiſcum conſentit, nec P. Suarez negare valet. Fundamenta quibus perſuaderi
26 poteſt hæc noſtra ſententia, ſunt ea, quibus fundatur prima, & reiicimus Suarez opinionem, ſolùm indiget aliqua explanatione. Vnde aduertendum eſt, quòd ſicut priuilegium reale gratioſum in ſe ſpectatum, & ratione ſtatus, ſeu conditionis, cui conceditur, eſt reale, poteſt nihilominus dici perſonale, inquantum applicatur perſonæ particulari contentæ ſub illa conditione, & ſtatu, quia illa applicatio ſequitur conditionem, & doctrinam perſonalis priuilegij. Ita remuneratiuum priuilegium per ſe, & immediatè reſpicit perſonam realem, cuius merita remunerationem petunt, dicitur perſonale per ſe; accidentaliter verò reſpicere poteſt locum, ſedem, dignitatem, & quamlibet aliam rem, quibus intuitu meritorum perſonæ immunitates, aut gratiæ conceduntur, ſecundariò, & quaſi per accidens vocatur reale, inquantum ſequitur naturam, & conditionem priui-
27 legij realis: ſolùm hîc obiici poteſt, priuilegium remuneratiuum perſonale extinguitur cum perſona; ergo non poteſt eſſe reale per accidens, quia reale priuilegium eſt perpetuum. Reſpondeo quòd perpetuitas illa priuilegij realis remuneratiui conuenit cui conceditur ratione perſonæ etiam non extinctæ, ac proinde ſemper dicit habitudinem ad illius merita, quæ per ſe conſiderantur in talis priuilegij conceſſione, & hoc ſufficit ad hoc, vt priuilegium illud perſonale cenſeatur perpetuum, ac reale per accidens.

28 Supereſt, vt ad quæ P. Suarez obiicit contra fundamenta primæ ſententiæ, reſpondeamus.

Ad



Ad primum dico, totam illam iurium expoſitionem, quam ipſe excogitauit, falſo inniti fundamento, putat quippe ſub illa perſonali lege non ſolùm comprehendi perſonale priuilegium, verùm & reale, quia priuata lex; falſum, inquam, eſt, quia reale priuilegium tam ratione finis, quàm boni quod intendit, reſpicit bonum commune, ratione cuius verè dici poteſt lex communis fauorabilis, quàm ratione propria priuilegij realis, quia illa entitatiua (vt ita dicam) ratio eſt adeò vaga, vt ad nullam perſonam ſub illa ratione contentam habitudinem dicat, ſed omnia vagè reſpicit; idcircò potiùs, moraliter loquendo, indiffinita lex cenſetur, quàm lex priuata in ſenſu quo loquimur. Poteſt ad hoc declarandum optimum adduci exemplum de priuilegio canonis *ſi quis ſuadente*: nam huiuſmodi priuilegium in ratione priuilegij, lex priuata dicitur, nihilominus non poteſt comprehendi ſub illa lege perſonali, quia formaliter quandam dicit vniuerſalitatem, etiam ratione perſonæ peculiari cui inhæret, quia illa inhæſio priuilegiatam perſonam non abſolutè, ſed vt ſubeſt dignitati Clericali, éſtque eius ſubiectum, reſpicit; ita vt cùm tale ſubiectum per ſe, & primariò non reſpiciat, ſed tantùm accidentaliter, & ſecundariò; primariò verò, & per ſe Clericalem dignitatem, quæ communis omnibus, & ſingulis contentis ſub illa eſt, licèt priuilegium reale ſit, cenſebitur nihilominus lex vniuerſalis, ac proinde non poteſt comprehendi ſub illo diuiſionis membro legis perſonalis, vt P. Suarez contendit; nec obſtat dicere, quòd omnes DD. priuilegium reale priuatam legem eſſe affirmant, quia illi extenſo vocabulo, & impropriè loquuntur, quatenus non ſe extendit ad omne perſonarum genus abſolutè ſumptum.

Ad aliud dico, merita eſſe proximã cauſam à qua remuneratiuum 29
priuilegium in eſſe, & conſeruari pendet, ſaltem partialiter; nam merita perſonæ ita Principis voluntatem determinant moraliter ad præſtandum priuilegium, quòd regulariter loquendo, oppoſitum facere non valeat abſque aliqua iniuſtitiæ, & ingratitudinis nota. Et ſicut à principio Principis voluntas à meritis determinata eſt, immediata, ac proxima priuilegij remuneratiui cauſa, ita firmis remanentibus meritis, conſeruatur, ac proinde in fieri, & in conſeruari ſuo modo à meritis remuneratiuum priuilegium pendet, vnde negamus totum illud, quod aſſumit Suarez.

Ad aliud verò dico, quòd quamuis verum ſit Principem aliquando concedere poſſe priuilegium remuneratiuum propter merita, quòd

quòd ſit reale, non tamen per ſe, ſed per accidens eo modo quo declaratum eſt. Addo falſum eſſe illius rationis aſſumptum, quia priuilegium remuneratiuum in quadam perpetua commenſuratione meritorum in ordine ad veram perſonam, cuius ſunt merita, conſiſtit.

30 Vnde fit, quòd ſi Princeps egreditur merita, iam remuneratorium priuilegium eſt omnino gratioſum, & non remuneratiuum, quia non debitè commenſuratur meritis, vt dicimus fuſiùs *in quarta diſputatione, quæſt. 5. cap. vnic. §. notandum eſt ſecundò*, ſic quoque quia merita ſunt determinatæ perſonæ, ſi hanc egreditur, non erit remuneratiuum niſi reſpectu perſonæ cui concedatur priuilegium, quia tunc eſt alia formalis ratio, vt *ſuprà* dictum eſt.

31 Demum priuilegium viuæ vocis oraculo diuidi poteſt in conuentionale, & purum, ſeu abſque pacto; omnia enim priuilegia nullo interueniente pacto, ſed abſolutè conceduntur, ſola Principis beneficentia intercedente, de iis enim priuilegiis ſub hac ratione conſideratis nihil ſupereſt dicendum, quia ſupra priuilegij communem rationem nihil addunt niſi negationem conuentionis, & recompenſationis ex parte recipientis priuilegium. Aliquando ergo priuilegium conceditur interueniente pacto, ſeu conuentione, ratione cuius, quodammodo cenſetur priuilegiarius emere priuilegium quod propriè vocant DD. conuentionale: hæc quoque diuiſio ſumitur ex eodem contextu reuocatoriæ huius conſtitutionis, ibi, *etiam intuitu contemplatione, ſeu ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & Principum*; vtrum verò huiuſmodi priuilegium ſit reale, vel perſonale, non ſatis conſtat inter DD. Baldus *in l. vlt. C. vnde liberi, num.* 33. & 34. videtur tenere nullum eſſe tale priuilegium, ex eo quia ex vi conuentionis, & pacti tranſit in purum contractum, vt videbimus *in diſp.*
32 4 *quæſt.* 5. Aliqui verò ſentiunt tale priuilegium eſſe reale eo ipſo quòd fundatur in pacto, quia inde habet quòd ſit perpetuum, & tranſmiſſibile ad hæredes ratione contractus, in quem tranſit, vt patet ex *l. veteris C. de contrahen. ſtipul. & l. 1. C. Vnde actiones.* At verò quod tranſit ad hæredes eſt reale; igitur priuilegium conuentionale eſt reale. Ita ſentire videtur Socin. *lib. 1. conſ.* 19. *num.* 9. Confirmatur, quia priuilegium remuneratiuum, ideo eſt reale, quia tranſmiſſibile ad hæredes ratione pacti, quod in ſe habet; igitur conuentio-
33 nale, multo magis propter pactum explicitum erit reale. Demum tale priuilegium irreuocabile cenſetur, vt quamplures DD. à nobis *infrà* citandi in proprio quæſito cum Baldo *in l. vlt. C. Vnde liberi, num.*





33. & 34. docent, præcipuè Panormitanus *in cap. peruenit, de immunitate Eccleſ.* nimirum per ſolam voluntatem concedentis, quia, cùm 34
ex vi pacti mutuam includat obligationem iuſtitiæ, non poteſt à concedente reuocari; ergo de ſe perpetuum eſt, & perſonale.

His tamen nihil obſtantibus, dico conuentionale priuilegium eſſe 35
per ſe perſonale, per accidens verò, & ſecundariò poteſt eſſe reale. Ad probandum hoc aſſertum deſeruire poſſunt omnia, quæ de priuilegio remuneratiuo ad hunc finem adduximus: nam conuentio, & pactum ſemper neceſſariò perſonas veras, & reales ſupponunt, ac ſubinde priuilegium inde exortum neceſſariò conditiones, & doctrinam priuilegij perſonalis conſequuntur.

Nec leges quas aduerſarij adducunt, aliquid probant; nam dum 36
dicunt contractus tranſire ad hæredes, reſpondeo illa verba generaliter ſumpta non dicere actum ſed actitudinem, quia contractus de ſe poteſt fieri vt tranſeat ad hæredes, non tamen id ſemper eſt neceſſarium, cùm ex voluntate contrahentium aliter poſſet eſſe, vt patet in contrahentibus matrimonium. At verò ſi actu tranſeat, hoc explicitè declarat ita determinatum fuiſſe ex mutuo conſenſu perſonarum prædictum contractum celebrantium. Ad confirmationem dico, 37
falſum eſſe remuneratiuum priuilegium dici reale propter pactum imbibitum quod in ſe continet, nam *ſuprà* ex eadem ratione eſſe tantum perſonale, oſtenſum fuit. Ad vltimum reſpondeo falſum eſſe quod priuilegium conuentionale ſit irreuocabile; quomodo verò poſſit reuocari, & quibus cõditionibus indigeat ad ſui abrogationem, fuſiùs tractatur *in dicta diſput. 4. quæſt. 5.*

## CAPVT IV.

*Nonnullæ aliæ oraculorum ſpecies breuiter explanantur.*

DIuidi ſolet priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum in temporale, & perpetuum, hæc quoque diuiſio inſinuatur in illis 1
iſtius conſtitutionis verbis, *Cæteriſque ſuperioribus, & perſonis cuiuſuis ordinis.* Temporale illud dicitur, quod conceditur cum temporis 2
determinatione *l. quoties, C. de precibus Imperat. offerendis*, aut quod conceditur perſonæ ſingulari, & hoc dicitur *vitale*, quia durat ad vitam illius, cui conceditur, eóque ſpirante ſpirat, *ex cap. priuilegium* 3
*7. de regulis iuris in 6. & l. priuilegia, & l. in omnibus cauſis, ff. eodem.*

nam corruptis nobis , ea quæ ſunt in nobis corrumpuntur; hoc au-
tem priuilegium conceditur perſonæ, & illi ſoli adhæret; ergo cum
illa extinguitur, neque ad hæredem , neque ad ſucceſſorem tranſit,
ita Decius *in cap. ſanè de priuilegiis* , Suarez *eodem lib. 8. cap.* 5 Bona-
cina *de legibus, diſput. 1. quæſt. 3. puncto 1. propoſ. 2. num.* 12. Salas &
alij ſtatim citandi.

4 Dicitur etiam priuilegium temporale, quod datur ſub conditione,
quæ finitur cum tempore , nam adimpleta illa conditione, priuile-
gium ceſſat, quia concedentis voluntas vltrà non extenditur.

Quæres, an temporale priuilegium ſpiret morte concedentis? Reſ-
5 pondeo temporale priuilegium non finire morte concedentis , abſo-
lutè loquendo, ſicut nec gratia, nec fauor, *cap. gratum , de officio de-
legati , & cap. ſi ſuper gratia, eodem titulo in 6.* nihilominus ſi conce-
dens aliquam addat conditionem , vt ſi dicat, *donec deceſſero,* vel quid
ſimile, finitur per mortem , eundem ſenſum, illa verba cenſentur ha-
6 bere, *Cùm dicitur ad beneplacitum noſtrum,* nam , vt optimè Suarez
aduertit, priuilegium licèt ex vi illorum non ceſſet viuente authore
eius, niſi illud reuocet ; tamen per eius mortem finietur, quia inclu-
dit virtualem conditionem , vt ſemper pendeat à voluntate perſonæ
concedentis; mortuo verò concedente iam non poteſt pendere ab il-
lius voluntate , quia iam non eſt voluntas talis perſonæ , ob id ceſſat
7 talis dependētia ; *conſequenter priuilegiis* : ſecus verò ſi dicat *ad bene-
placitum Sedis, vel Pontificatus, vel Papæ,* quia ſedes & dignitas ſemper
durat, ſempérque durabit priuilegium , quia ſemper cenſebitur ab
eo pendere, qui eandem tenet ſedem, ac dignitatem, donec reuo-
cauerit , & ſumitur ex *cap. ſi gratiosè , de reſcriptis in 6.* ita Salas *de
legibus diſput. 20. ſect. 17. num. 125.* Suarez *de cenſuris diſput. 26. nu-
mer.* 17. Sanchez *lib. 8. de matrimonio, diſput.* 28. *num.* 49. Azorius
*lib. 5. cap. 23. quæſito* 4. Molina *lib. 2. de primogeniis cap. 7. num.* 63.
Rebuff. *in pract. 2. part. titulo de grat. §. rationi congruit, per totum,*
Antonius Gabriel *lib. 6. titulo de præbendis concl.* 1. Archidiaconus An-
char. *in c. ſi cui nulla de præbendis in* 6. Decius *in cap. relatum, de officio
delegati.* Nauarrus §. *in Leuit. notabili 31. n. 25. & in ſumma cap. 27.
num. 153. & concluſ. 2. de officio delegati, & conſ. 1. de priuilegiis; num.* 1.
Guttier. *lib. 1. de canon. quæſtion. cap. 15. num. 42. & lib. 2. cap. 17.*

8 Perpetuum verò priuilegium dicitur illud , quod abſolutè , & abſ-
que limitatione temporis vel rei ex ſe perpetuò conceditur , vt eſt
priuilegium quod conceditur dignitati , religioni , Eccleſiæ , Mona-
ſterio,



ſterio, &c. ſed aduerte, quòd ad hoc vt priuilegium dicatur perpe- 9
tuum , duo neceſſariò requiri, quæ includuntur in aſſignata diffini-
tione. Vnum eſt , vt ſimpliciter, & abſolutè concedatur , vel ſaltem
cum aliqua conditione perpetua , vt ſi dicatur, v. g. concedo donec
reuocetur , vel alia ſimilis, quæ conditiones in quocunque priuilegio
virtualiter includi exiſtimant DD. idcirco tale priuilegium ex parte
dantis ſemper cenſetur perpetuum, vt apertè colligitur ex *cap. ſi ſu-* 10
*per gratia, de officio delegati , in 6. & ex cap. ſi cui nulla , de præbendis
in 6.* quibus locis gloſſa, & DD. id notant , & expreſsè habetur ex
gloſſa *in cap. cum ex eo, de electione in 6. & cap. vltimo , de officio de-
legati,* & *ibi* Panormitanus. Alia conditio eſt ad priuilegium perpe-
tuum neceſſaria, vt rei perpetuæ adhęreat, quia aliàs cum illa finietur; 11
res autem humanæ profectò ſunt perpetuæ , non quidem ex ſe , ſed
per ſucceſſionem quandam , & ſic Religio , Monaſterium , &c. hoc
modo dicuntur perpetua, & ſic priuilegia quæ illis inhærent, æſtiman-
tur perpetua, ex *cap. quæ ſemel num. 19. quæſ. 3.*

Quæres ſecundò , an deſtructo loco, vel re corporali cui concedi- 12
tur priuilegium, cenſetur finitum idem priuilegium ? Reſpondeo , ſi
abſolutè contingat ipſum locum vel rem corporalem deſtrui, finietur
etiam priuilegium argumento *cap. & hoc diximus 16. quæſt. 7.* vbi id 13
notat gloſſa, idem *gloſſa vlt. in cap. Abbate , de verborum ſignificat.* &
gloſſa *in regula priuilegium , de regulis iuris in 6.* Innocentius *in cap. 2.
de noui oper. nunc* vbi etiam Abbas *num.* 50. Alex de Neuo , Syluesſter
*verbo ciuitas , quæſt.* 2. Suarez *lib. 8. de legibus cap.* 5. Bonacina , & alij
quamplurimi, quia principali deſtructo , deſtruuntur acceſſoria , &
ablato fundamento , cadit ædificium. Demum ita ſe habet priuile- 14
gium reale ad locum , ſicut perſonale ad perſonam : at priuilegium
perſonale extincta perſona, deſtruitur; igitur deſtructo loco ex-
tinguitur priuilegium reale , eo magis quando locus , & res cui con-
ceſſum eſt tale priuilegium , authoritate ſuperioris deſtruitur , vt no-
tant Felinus *in cap. cùm dilecta , de reſcriptis , num.* 25. Alex *in l. inter
ſtipulantem , §. ſacram rem , ff. de verborum ſignificat.* vbi ſubdit eſſe
communem ſententiam , & *in l. ſi grege de legat.* 1. addito Baldo *in
procœmio digeſt. & in l. non ambigitur , ff. de legibus ,* gloſſa maior *in cap.
ſtatutum , de electione in 6.* Dom. *in cap. licet in principio , eodem tit.* &
alij quamplurimi; ſecus verò ſi locus ſit contra voluntatem ſuperio-
ris deſtructus , vt ab hoſtibus , vel latronibus , quia tunc certum eſt
non amittere priuilegia , ſicut nec nomen , nec iura amittit, iuxta

*cap. paſtoralis 7. quæſt.*1. gloſſa *in regulis iurium, reg. priuilegium, lib.* 6. Idem eſt dicendum, ſi locus quocunque contingente caſu pereat, ſeu deſtruatur, argumento *in l. æde ſacra, ff. de contrahenda emptione*, vbi dicitur, *diruta æde ſacra non fieri locum profanum, neque vendi poſſe*.

15 Ex quo colligitur, Primò, quòd ſi locus dirutus reædificetur, eadem iura, & priuilegia conſurgunt etiam cum illo, vt ſumitur ex *l.* 36. *ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* quæ ſic habet, *Cùm loca capta ſunt ab hoſtibus, omnia deſinunt religioſa, vel ſacra eſſe (vtique quoad vſum, & quoad dicta priuilegia pro illo tempore) quòd ſi ab hac calamitate fuerint liberata, quaſi quodam poſtliminio reuerſa priſtino ſtatui reſtituuntur*, & idem ſumitur ex *cap. quia monaſterium, de religioſis domibus*, & ex *dicto cap. paſtoralis*, & ex *cap. quæ ſemel.*

16 Secundò quòd ſi Eccleſia in vno loco deſtruatur, non vt deſtructa ſimpliciter maneat, ſed vt in alium transferatur locum, non amittit priuilegia, ſed cum illa transferuntur, quando ſunt directè conceſſa ipſi Eccleſiæ ſub proprio nomine, tunc enim cenſetur templum perſonæ comparari, qui ſecum perſonale priuilegium defert: nam illa etiam Eccleſia vno numero exiſtimatur, vt docent communiter Iuriſtæ cum gloſſa *in dicta regula priuilegium*, Bald. Alex. Felinus, & alij *vbi ſuprà*, ita tenet Anton 1. *part. titulo* 19. *cap.*1. §.2.

17 Rurſus diuiditur priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum, in fauorabile, & odioſum: purè fauorabile illud dicitur, quod priuilegiario fauorem confert, & commodum, nullúmque affert incommodum, & præiudicium, vt eſt priuilegium, quo alicui audiendi Miſſam in tempore interdicti facultas conceditur, aut ſeruiliter laborandi in die feſto, aut veſcendi carnibus Quadrageſimæ tempore. Odioſum verò illud dicitur, quod vni confert fauorem, & alteri præiudicium, vt eſt priuilegium quo quis à decimarum ſolutione eximitur: nam huiuſmodi priuilegium odioſum dicitur quatenus præiudicium affert illi, cui decimæ ſoluebantur, licèt priuilegiario, qui ab onere decimarum eximitur, conferat fauorem, ita Baldus *in l.* 1. *ff. de conſtit. Principum, num.*6. Panormitanus *in cap. quia, de priuilegiis, & cap. olim, de verborum ſignificatione*, & quamplures alij, quos refert Tiraquel. *de vtroque retract. in præfat. n.*62. Suarez *cap.*6. *lib.*8. *de legibus num.*5. Bonacina *de legibus, quæſt.*5. *diſp.*1. *puncto* 2. *num* 11. Azorius *lib.*5. *cap.* 23. huius generis exiſtimantur priuilegia ad lites, quæ ſolent odioſa vocari, quia fauor conceſſus actori, v.g. premit reum,



reum, vel iudicis poteſtatem diminuit, & præſertim odium augetur, quando videtur priuilegium coarctare ius naturale, vel cùm datur, v.g. cum clauſula *de appellatione remota*, vel alia ſimili. Item beneficium ambitioſum, quale reputatur beneficiale, odioſum iudicatur à gloſſa *in cap. Quoniam, de præbendis in* 6. à Panormitano *in dicto cap. olim*, conſentiunt Tiraquellus *de primogen. quæſt.*4. Sarm. *lib.* 1. *ſelect. cap.*12.

Et tandem diuidi poteſt priuilegium viuæ vocis oraculo conceſ- 18
ſum, in illud, quod ad bonum præſtatur commune, & in illud, quod immediatè & proximè ad bonum priuatum pertinet; quamuis enim omne priuilegium vltimò ad bonum referatur commune, vt dicemus *infrà*, eo quòd expediat bono communi, vt priuilegia concedantur indigenti, vel dignis; nihilominus aliquando priuilegium proximè, & immediatè bonum priuatæ perſonæ reſpicit, vt quando alicui particulari perſonæ conceditur: hoc diuiſionis membrum ſumitur ex eodem contextu huius reuocatoriæ conſtitutionis, ibi, *aut eius Clericis, ſeu Presbyteris, aliiſque perſonis prædictis*, hinc adeo quod pluribus conceditur, reſpicit bonum vniuſcuiuſque tanquam ſingularis & priuatæ perſonæ, quia conceditur per modum vnius; aliquando verò proximè, & immediatè bonum communitatis reſpicit, tunc dicitur priuilegium commune, ita colligi etiam
videtur ex eiuſdem conſtitutionis reuocatoriæ verbis, *quibuſcunque* 19
*gradibus prouincialibus, cæteriſque ſuperioribus cuiuſuis Ordinis, congregationis, inſtituti*, &c. huius generis multa ſunt viuæ vocis oracula priuilegia mendicantibus Ordinibus, & non mendicantibus conceſſa, vt videri poſſunt in bullario Emanuelis Rodriquez, & poteſt optimum exemplum adduci deſumptum ex priuilegiis bullatis, vt eſt priuilegium canonis, & fori quo ius perſonis Eccleſiaſticis conceditur, ne conueniri poſſint ad laicorum tribunalia, aut percuti ſub pœna excommunicationis ipſo facto. Huiuſmodi priuilegium commune vocatur, quia licèt fauorem perſonæ cui inhæret Ordo præſtet, nihilominus immediatè Ordinem ipſum, & communitatem Clericorum reſpicit quatenus Eccleſia in Ordinis honorem, ſeu ſtatus Eccleſiaſtici pœnam excommunicationis latæ ſententiæ impoſuit iis, qui Clericos percutiunt, vel ad laicale tribunal trahunt, hanc diſtinctionem hîc adducendam, explanandámque duximus, non ſo-
lùm ad oraculorum eſſentiam dilucidandam, verùm etiam propter 20
nonnulla regularium ſcripta, priuilegia, quæ bonum commune, & Ordinum

Ordinum tam mendicantium, quàm non mendicantium regimen, & gubernium concernunt, diſtincta à priuilegiis quæ ſingulis eorum perſonis tam ſingulariter tentis, quàm omnibus, & ſingulis per modum vnius conceſſiſſe: nam iſta licèt ad fauorem communitatis tendant, nihilominus proximè, & immediatè particularium perſonarum bonum inducunt; illa verò habent formalitatem legis Apoſtolicæ, quamuis priuilegia rigoroſè ſint. Ex his dico quòd quando priuilegium eſt priuatum (eo modo quo declarauimus) tam religio in
21 communi, quàm ille in cuius fauorem conceſſum eſt, renunciare poteſt priuilegium, ita ſumitur ex *cap. ad Apoſtolicam, de regularibus, & cap. de terra, de priuilegiis, & l. ſi quis, C. de pactis, l. quod fauore, C. de legibus*, quia quilibet poteſt cedere iuri ſuo, cùm priuatum ius, & commodum ſit in dominio vniuſcuiuſque; hoc tamen limitandum eſt, modò illud priuilegium non redundet in commo-
22 dum alterius inſeparabile à commodo illius, in cuius fauorem conceſſum eſt priuilegium, tunc enim certum eſt non poſſe priuilegium cedere iuri ſuo in damnum alterius abſque ipſius conſenſu: nam nullus poteſt iuri alterius cedere, idcirco nulla perſona priuata priuilegio in fauorem communem totius religionis conceſſo cedere valeat, quoties talis ceſſio vergit in præiudicium boni communis, ita Abbas Panormitanus *in cap. ſi diligenti, de foro competenti*, Felinus *ibidem*, Suarius *lib. 8. de legibus, cap. 6. num. 2.* vbi refert Baldum, Iaſonem, & Bartolum, Salas *diſput. 17. ſect. 3. num. 24.* Bonacina *de legibus, diſput. 1. quæſt. 3. puncto 8. §. 6. propoſitione 1. num. 10.*

23 At verò ſi priuilegium fuerit prioris generis, hoc eſt commune bonum, & gubernium religionum concernens, tunc nec perſona priuata, nec tota religio poteſt huiuſmodi priuilegium renunciare. Prima huius aſſerti pars ex iam dictis patet, & probatur; tum quia decens non eſt, vt in arbitrio cuiuſlibet priuatæ perſonæ commune bonum poſitum ſit, & à voluntate cuiuſcunque pendeat; tum quia nullus clericus poteſt renunciare priuilegio canonis, & fori, aut clericis conceſſo, conſequenter qui non inuitum percutit, aut conſentientem ad laicale tribunal trahit, afficitur pœnis in iure contentis contra clericos percutientes, aut ad tribunalia ſecularium trahentes, ſic docet Panormitanus *eodem cap. ſi diligenti, de foro competenti, num. 7.* Salas *de legibus, diſput. 17. ſect. 3. num. 24.* Azorius *inſtitut. moral. lib. 5. cap. 12. quæſito 10.* Bonacina *vbi ſuprà*, & alij communiter.

24 Poſterior pars ex eo conuincitur, quia clerici etſi collectiuè ſumantur priuilegium canonis, & fori, non poſſunt renunciare; igitur nec religiones priuilegiis regimen, & gubernium concernentibus ad commune bonum ſpectantia. Conſequentia tenet, antecedens probatur; nam priuilegia huiuſmodi conceduntur ſtatui Eccleſiaſtico, & dignitati clericali per modum legis, ſed conſtans eſt non poſſe priuilegio, quod bonum commune primo intendit, renunciare in graue præiudicium illius ſtatus, ac dignitatis, cui immediatè conceditur; igitur Clerici collectiuè ſumpti non valent renuntiare tali priuilegio.



Confirmatur primò, quia tale priuilegium ad conſeruandum ſta- 25
tum Eccleſiaſticum, & in honorem non particularium perſonarum, quantũuis collectiuè ſumatur, conceſſum eſt ab Eccleſia; igitur à paritate rationis, priuilegiis bonum, & regimen commune religionum reſpicientibus, non poſſunt Religioſi renunciare.

Confirmatur ſecundò, Filius familias ideo non poteſt renunciare 26
Macedoniano priuilegio, quo liberatur ab obligatione ſoluendi mutuũ pecuniarum, nec vxor Velleiano, quia illud in fauorem parentum principaliter conceſſum, & iſtud incommodum mariti, ita *in l. tamen, ff. ad Macedonianum*, & oſtendit Gomez *2. variarum cap. 2. num. 2.* Salas *diſput. 17. ſect. 2. num. 25. & ſect. 17. ad finem num. 69.* Panormitanus & alij apud Azorium *loco citato*; igitur quia talia priuilegia conceduntur ſtatui Religioſorum, ad religionem conſeruandam, illis non poſſunt Religioſi etiam communiter ſumpti renuntiare, nam verteret in graue præiudicium, ac damnum Religionum.

Demum nonnullæ aliæ diuiſiones, ac ſubdiuiſiones priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum aſſignari poſſunt, quæ non deducuntur ex hac reuocatoria conſtitutione, illas omittendas eſſe cenſuimus.

# DISPVTATIO SECVNDA.

## *De priuilegiis viuæ vocis oraculo conceſſis Regularibus, confirmatiſque vltimò à Clemente Octauo, & Paulo Quinto.*

## QVÆSTIO PRIMA.

### *An confirmatio priuilegiorum viuæ vocis oraculo factorum ſit noua illorum conceſſio, vel quid ſit.*

### CAPVT I.

*Quid, & quotuplex ſit Confirmatio?*

1 CONFIRMATIO, de qua nunc eſt agendum, ſi vim
nominis attendamus, eſt rem firmare, ſeu per reſcriptum
reddere firmiorem, ſecundùm Card. *conſ.* 119. *in cap. mo-*
2 *naſterium ſancti Iuliani*, quæ iuxta vulgarem illam diſtin-
ctionem, de duplici forma confirmationis, bipartitur,
quædam eſſe dicitur in forma communi; quædam verò confirmatio
in forma ſpeciali appellatur ex *cap. Quia diuerſitatem de conceſſione*
*præbendæ*, ex *cap. Cùm receſſiſſent*, cùm gloſſa *in verbo confirmatum*,
& gloſſa *in cap. Ex parte, eodem titulo, verbo confirmatione*, gloſſa *in*
3 *cap.* 1. *&* 2. *de confirmatione vtili, vel inutili.* Communiter autem
ſecundum membrum appellatur confirmatio ex certa ſcientia, ex
*cap.* 1. *de tranſact.* ibi, *pleniſſimæ notionis*, vbi id notat gloſſa, & *in*
*cap. veniens, eodem titulo.* Quid verò ſit confirmatio in forma com-
4 muni, non eſt vna DD. ſententia. Quidam enim putant confirma-
tionem eſſe in forma communi, quando in confirmatione additur
verbum aliquod, quo declaratur dari puram confirmationem eorum,
quæ geſta ſunt, vt ſi dicas Pontifex, *confirmo priuilegium pro vt fa-*
5 *ctum eſt, vel pro vt eſt in vſu*, vel quid ſimile. Nam ſi abſolutè, &
ſine addito confirmet, cenſetur perfectè confirmare. Ita ſentiunt
Abbas



Abbas Antiq. & Ioannes Andreas *in cap. Examinata, de confir. vtili,*
*ac inutili*, Alex. *conſ.* 59. *lib.* 1. Bart. *conſ.* 196. *num.* 2. *lib.* 1 vbi negat
quandam confirmationem factam eſſe in forma communi, quia in ea
non fuit adiecta hæc particula, *ſicut prouidè factum eſt.* Et videtur al-
ludere ad *cap. Examinata*, vbi quædam confirmatio dicitur fuiſſe
communis, quia fuerat data ſub illa forma, *ſicut prouidè factum fue-* 6
*rat*, & ab vtraque parte acceptum. Induci etiam ad hæc poteſt *cap.*
*quia diuerſitatem de conceſ. præben.* vbi dicitur per confirmationem in
forma communi confirmari beneficia, *ſicut iuſtè & pacificè poſſiden-*
*tur.* Ratio etiam addi poteſt, quia ſi Princeps dicat abſolutè, *confirmo,*
ſimpliciter vult confirmare quidquid infirmum erat; & ita talis con-
firmatio habebit omnia, quæ poteſt habere in forma ſpecifica; ergo
vt ſit in forma communi, oportet vt per aliquam additionem reſtrin-
gatur, & quaſi leniatur proprietas verbi *confirmandi.* Panormitanus
hanc limitat ſententiam *in cap examinata, num.* 5. vt locum habeat in 7
priuilegiis, quæ ſunt contra ius; nam in dubio non præſumitur Prin-
ceps aliquid cōcedere contra ius, ſecus verò in priuilegio omnino fa-
uorabili, maximè quando eſt datum à Pontifice, quia debemus 8
illud latiſſimè interpretari.

Ex oppoſito verò P. Suarez *lib.* 8. *de legibus, cap.* 18. *num.* 4. ſuſtinet 9
vt veram ſententiam (ſed metaphyſicè) confirmationem in forma
communi eſſe puram, & ſimplicem confirmationem. Vnde aſſerit,
quòd ſicut ſimplicitas per negationem explicatur, ita etiam hæc for-
ma: ratio autem hæc generaliter aſſignari poteſt, vt ſit confirmatio
non ex certa ſcientia, vel ſine cognitione facta, ſicut habet Bart. *in l.* 10
*Priuilegia, C. de ſacroſanctis Eccleſiis*, tum Principem confirmare in
forma communi quando non eſt informatus, & ita quia priuatio per
habitus cognoſcitur, ad cognoſcendum quæ confirmatio ſit in forma
communi, oportet cognoſcere, quæ dicatur eſſe in forma ſpecifica;
nam illa confirmatio, quæ caruerit omni proprietate ſufficiēte ad hæc,
vt confirmatio ſit in forma ſpeciali, erit in forma communi: ſub *n.*
*verò* 5. concludit confirmationem eſſe in forma communi, quando 11
Princeps confirmat ſola habita cognitione confuſi priuilegij, quod
ſimpliciter proponitur, vt antea conceſſum ſine alio examine, vel di-
ſtinctiori notitia illius.

Verùm etſi hæc ſententia mihi probetur, probabilius tamen di- 12
cendum eſſe arbitror, confirmationem in forma communi eſſe, quan-
do Princeps confirmat ad inſtantiam partis, & aliter quàm inſtructus

ſuper negotio, quod confirmat. ita Pater Miranda *quæſt.* 35. *art.* 1.
*concl.* 1. *tom.* 1. aſſerens eſſe communem Doctorum ſententiam.
13 Aduertendum eſt igitur pro veritate iſtius ſententiæ, quam ſe-
quimur, duobus modis poſſe à Principe confirmari priuilegium; vno
modo cum perfecta notitia illius, & tenoris eius, & omnium cir-
cumſtantiarum illius; alio modo cum ſola confuſa cognitione rei
confirmandæ ſine vlla præuia inſtructione, ſed eo confirmatur modo,
14 quo proponitur à petente confirmationem. Quando ergo priori mo-
do fit confirmatio, dicitur eſſe in forma ſpecifica, & ex certa ſcien-
tia, ſic gloſſa *in cap. ad hac, de reſcript.* Abbas *ibidem n.* 73. Decius
*ibidem num.* 14. Fel. *in cap. nonnulli, eodem titulo,* Innoc. *in cap.* 1. *de
tranſl.* & colligitur ex gloſſa *in cap. venerabilis, de confirmat. vtili, &
inutili, verbo tenor.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *num.* 8. *&* 9. *folio mihi*
240. Pariſius *lib.* 4. *conſ.* 3. *num.* 46. & communiter ſcribentes *de confir-*
15 *mat. vtili, & inutili.* Quando verò fit poſteriori modo, dicitur eſſe
in forma communi. Ita ferè omnes DD. vt refert Molina *loco citato,* &
P. Suarez non negat. Vnde, quando in ipſa confirmatione adduntur
verba, quibus ſufficienter ſignificatur præceſſiſſe examen, ſeu cogni-
tionem perfectam, erit ex certa ſcientia; quando verò in confirma-
tione nihil inuentum fuerit iſtorum, erit in forma communi. Signa
16 autem quòd confirmatio data fuerit cum exacta cognitione perfecta,
multa aſſignari ſolent à DD. Primum, ſi inſtrumento confirmationis
inſeratur totus tenor prioris priuilegij; nam tunc conſtat, Principem
re tota ſufficienter intellecta, ſuam authoritatem adhibuiſſe; iuxta
*cap. venerabilis, de confirmatione vtili,* §. *& ad maiorem rei euiden-
tiam litteris confirmationis tenor compoſitionis inſertus:* vbi gloſſa ad-
dit illam confirmationem fuiſſe ex certa ſcientia, quia Papa cùm
17 eam viderit, confirmauit. Panorm. verò addit hoc procedere, etiam-
ſi in confirmatione addatur illa clauſula, *ſicut prouidè factum eſt,* &c.
quia tunc, ait, non intelligitur hæc clauſula conditionaliter, ſed cau-
ſaliter; ſecus verò ſi tenor non eſſet inſertus prioris priuilegij, iuxta
dictum *cap. examinata,* vbi etiam id notat Abbas. Et ratio euidens eſt,
quia quando tenor inſeritur, non eſt iam neceſſaria conditio, cùm
de re tota conſtet, & ideo verba illa non poſſunt habere commo-
dum ſenſum conditionalem; ſed abſolutum, ſeu affirmatiuum, aut
cauſalem, videlicet, confirmo hoc, quia conſtat mihi eſſe prouidè
factum; ſecus verò quando non inſerto tenore priuilegij, in confir-
matione ponitur dicta clauſula, quia non eſt veriſimile affirmari id,
quod



quod non videtur conſtare, & ideo conditionaliter intelligitur.
Secundum ſignum eſt, ſi in confirmatione expreſſè dicatur, *ex* 18
*certa ſcientia*, vel alia clauſula æquiualens, qualis cenſetur eſſe il-
lam, *de plenitudine poteſtatis*, erit confirmatio in forma ſpecifica, &
ex certa ſcientia, quia Princeps per talem clauſulam affirmat ſe ita
confirmare, ſic Abbas Panor. *ſuprà* & *conſ.* 101. *num.* 9. *lib.* 1. & plures
alij, quos refert Felin. *ad cap. cùm inter, de except.* vbi etiam dicit non
eſſe neceſſarium vt in reſcripto ponantur formalia verba *ex certa* 19
*ſcientia*, vt diſpoſitio cenſeatur eſſe ex certa ſcientia; ſed ſufficere
quòd ex aliis verbis eiuſdem reſcripti, ſeu ex narratis in illo conſtet,
Principem cum plena facti cognitione proceſſiſſe, quæ eſt ſententia
communis Panor. *in dicto cap. cùm inter,* & aliorum *ibi, & in cap. ad
hac, de reſcript. num.* 7. Decius *num.* 6. Fel. *in cap. nonnulli, eodem titulo.*
An verò omnes iſtæ conditiones ſimul requirantur, aut ſufficiat al-
tera ad hoc vt confirmatio dicatur in forma ſpecifica, infrà ſuo loco
dicemus.
Ex his ergo omnibus apertè conſtat confirmationem priuilegij non 20
ex eo eſſe in forma communi, quod cõfirmatur ſimpliciter, vt Suario
placuit: nam ſimplex confirmatio abſtrahit à ſcientia, & in ſcientia, 21
confirmatio verò in forma communi intrinſecè dicit negationem to-
talis cognitionis rei confirmatæ, vel ſaltem perfectæ cognitionis, vt
argumenta eiuſdem Suarez probant. Neque eo quòd priuilegium ſim- 22
pliciter confirmatur, dicitur in forma ſpecifica, quia talis confirma-
tio neceſſariò præſupponit actum aliàs validum, cui robur ſolùm, &
firmitatem præſtat, vt notat Speculator *titulo de legato,* §. *nunc oſten-
dendum, verſ.* 11. *num.* 80. & alij, quos ſtatim referam. Nec ex eo capi- 23
te, vt vult prima ſententia, dicitur confirmatio in forma communi,
quòd limitandum reſtringendúmque eſt verbum *confirmo*, clauſula
illa, *ſicut prouidè factum eſt*; quia clauſula bene ſtat cum forma ſpeci- 24
fica, ſeu ex certa ſcientia, quando ponitur cauſatiuè; ſicut igitur
confirmatio priuilegij dicitur in forma ſpecifica, quando Princeps 25
procedit ex certa ſcientia, cum cauſæ cognitione, & de plenitudine
poteſtatis, ita iſtis deficientibus erit confirmatio in forma commu- 26
ni, quæ extrinſecè & eſſentialiter petit negationem cognitionis rei
confirmatæ totalis, vel ſaltem perfectæ: vnde *ſuprà* diximus eſſe
quando Princeps non informatus confirmat. Poteſt hæc noſtra ſen-
tentia perſuaderi eodem principio, quo Suarez ſuam conatus eſt do-
cere, qui nobiſcum conſentire videtur in ſuis dictis, hinc inde no-
tatis,

27 tatis, eodem loco quo ſuprà; & in concluſione ſub *num.* 4. differat
à nobis. Probatur igitur ſic. Eſſentia, & ratio formalis confirmationis
in forma communi eſt comparanda ex confirmationis formæ ſpecifi-
28 cè cognitione; igitur ſicut iſta in perfecta cognitione totalis rei con-
firmatæ conſiſtit, ita illa in negatione totalis cognitionis fundat
29 ſuam eſſentiam: paritas eſt euidens; ſicut affirmatio ſimplex per ne-
gationem cognoſcitur, ita negatio per remotionem affirmationis.
30 Vel redit in idem: omnis confirmatio, quæ non eſt ex certa ſcien-
tia, eſt in forma communi; ergo eſſentia iſtius conſiſtit in negatio-
31 ne perfectæ cognitionis. Quòd ſi P. Suarez ſimplicem illam confirma-
tionem, (quam putat eſſe in forma communi) includere ex ſuamet
natura negationem confirmationis in forma ſpecifica, intendit, vt
colligitur ex toto *num.*7. nobiſcum per omnia eſt. Vnde probabilem
eſſe ſuam ſententiam *ſuprà* affirmauimus. Ex quibus omnibus mani-
32 feſtè apparet, quòd confirmatio in forma communi ſemper eſt ad in-
ſtantiam aliorum, & Princeps procedit non vt informatus & aliter
quàm inſtructus, vt communior Iuriſtarum ſententia docet, Tuſchus
*tom.*2.*lit C.concl.*708. *& ſequentibus.*

## CAPVT II.

### *Oſtenditur quid ſit effectus confirmationis in forma communi, & quid priuilegio addat.*

1 IN præcedenti capite determinauimus, in quo eſſentia cōfirmatio-
nis in forma communi conſiſtat; modò explicandum eſt, qui ſunt
eius effectus, & quidnam operatur circa priuilegium Confirmatio
priuilegij in forma communi nullum ius de nouo confert, ſed anti-
quum conſeruat, firmat, & roborat, actuique inualido, ſiue priui-
legio inualido nullum valorem præſtat; eſtque prima proprietas, ſeu
effectus huius confirmationis, qui communiter traditur *in cap. quia
diuerſitatem, de conceſsion. præbendæ, cap. ex parte, de priuilegiis, cap.
cùm dilecta, § nos igitur, Verbo nolentes, de confirm. vtili, cap. inter
dilectos, §. ceterum, de fide inſtrumentorum, cap. præceptis, diſtinct.*12.
*quæſt.*3.*cap. intentionis, de priuil.* gloſſa *in cap.* 1. *de confirm. vtili, vel
inutili, verbo confirmationem, eodem in cap.*12.*ne ſede vacante, verbo
in forma communi*, ſumitur etiam ex *cap. examinata*, vbi dicitur con-
firmationem rei litigioſæ non impedire proceſſum in lite, quod om-
nes



nes intendunt de confirmatione in forma communi. Item ex *cap. du-
dum, in fine, de decim.* Ratio autem eſſe poteſt, quia confirmare non 2
eſt de nouo dare, ſed factum firmare, roboraréque; at confirmatio
in forma communi ſolùm ſignificat in Principe animum confirmandi; 3
quia verbum confirmandi purè prolatum non eſt verbum donandi, 4
nec faciendi aliquid de nouo, ſed tantùm approbandi quod factum
eſt; igitur nec valorem, nec ius addit de nouo priuilegio Princeps
ex vi talis confirmationis. Ita intelligunt prædicta iura, Speculator
*titulo de legato*, §.*nunc oſtendendum, verſ.*11. *num.* 8 Oſtien. *in ſumma
de confirm. vtili, vel inutili*, §.*quid ſit effectus*, Cardinal. *conſ.*64. *num.*
6. Imol. *in cap. penult. in fine, de confirm. vtili*, Curtius iunior *conſ.*31.
*num.*6. Caſſad. *dec. ſ. vnic. num.*7. *eodem titulo*, Mandoſ. *regula* 22. *quæſt.*
10. *num.*9. *&* 10. *de ſignat. gratiæ, eodem titulo, verbo confirmationem
alteram, & verſo confirmatio*, Alex. *conſ* 123. *num.*18. *& num* 22. *lib.* 4.
Pariſius *conſ* 3. *num.*36. *lib* 4 Rodriquez *tom.*1. *quæſt. reg. quæſt.* 8. *art.* 3.
Suarez *de leg. lib.*8. *cap.*18. *num.* 8. Butr. *in cap. dudum*, Innoc. Imola,
Gonſalez *gloſſa* 25. *num.*14. Tuſchus *conſ.*708. *lit. C.* Gar. *de benef. part.*
3. *cap.*2. *num.* 221. tradit etiam Baldus *in feud. tit. per quos fiat inueſt.
cap.*1. *num.*2. Felin *in cap. inter dilectos, de fide inſtrument. num.* 13. *&
ſequent.* vbi etiam Abbas Panor. idem Felin. *in cap. cùm veniſſet, de te-
ſtibus, num.* 2. Decius *in rubr. de confirm. vtili, vel inutili, dubio
vltimo.*

Interrogabis, quid conferat talis confirmatio in forma communi? 5
Reſpondeo, DD ferè omnes parum, aut nihil conferre affirmant,
quandoquidem non dat nouum ius, nec valorem actui: ſed hæc com-
munis ſententia non placet, vnde aliter docendum eſſe arbitror. Si 6
confirmatio cadat in materiam capacem, ſeu actum validum, mul-
tum confert, vt colligitur ex *cap.*1. *de confirmation. vtili* &c nam con- 7
tra poſſeſſionem pacificam à Papa confirmatam non poteſt inferior
iudex ſententiam ferre ſine Papæ mandato, ibi: *ſed ſi rem tunc pacifi-
cè poſsidebat, cùm inde confirmationem obtinuit, non eſt licitum iudici
de quæſtione poſtea exorta decernere, atque diffinire abſque ſedis Apo-
ſtolicæ mandato*: quia nulla apparet ratio, quare prior pars textus, in
qua dicitur, confirmationem rei litigioſæ non impedire proceſſum 8
litis apud inferiores iudices; loquitur de confirmatione in forma
communi, vt placet communi ſententiæ, & altera pars intelligatur
de forma ſpecifica, cùm idem ſit loquendi modus in vtraque; aliàs
non eſſet debita conſequutio in littera textus, ſcilicet ex eo quòd in-
diſtin

diſtinctè, in vtraque parte ponitur *confirmatio*, eodem modo intel-
ligitur; vt ſicut in prima parte accipitur pro confirmatione in forma
communi, ita & in ſecunda pro eadem eſt accipienda, ita Suarez *lo-*
9 *co quo ſuprà.* Nam confirmatio non ſpecificatur à materia ſupra quam
cadit, ſed à voluntate Principis confirmantis; quæ ſufficienter à for-
ma reſcripti, ſeu ex narratis in illo, apparet, confirmatio, an in for-
10 ma communi, ſeu ex certa ſcientia dicatur; ſecundùm quod mani-
feſtatur intentio diſponentis, vt Felin. *ad cap. cùm inter de exceptioni-
bus* docet. At verò ſi confirmatio ſupra materiam, aut actum inhabi-
11 lem cadit, operabitur tunc etiam confirmatio huiuſmodi mirabilem
effectum, quod ſcilicet præſtabit iuſtam cauſam præſcribendi, ita vt
ex lapſu quadraginta annorum, ſimul cum ea confirmatione priuile-
gium, ſeu actus confirmatus perpetuus efficiatur, quæ maxima vtili-
tas eſt, & valde notanda in hac materia: ſic Abbas antiq. *ad cap. du-
dum, de electione,* quem citat & ſequitur Baldus *in Margarita, ver-
bo electio, verſ. fin.* Hoſtienſ. *in ſumma, de confirm. vtili, vel inutili,
verſo qui ſint effectus,* Innocentius *in cap. 1. de decim.* Bertach. *tract.
de Epiſcop. lib. 3. 4. part. 2. partis principalis, verſo vndecimò quæro, n.*
14. Decius *in cap. 1. num. 5.* Pariſius *conſ. 3. num 36. lib. 4.* Molina *de pri-
mogeniis lib. 2. cap. 6. num. 54. folio mihi 232. & 240.*

12 Non minorem effectum operabitur confirmatio in forma commu-
ni, quando eadem perſona eſt, quæ conceſſit prius priuilegium, &
poſtea illud confirmat. Duobus modis poteſt id contingere. Vnus eſt,
vt pro illis diuerſis temporibus talis perſona ſibi ſit inæqualis in di-
gnitate, vt ſi legatus Cardinalis de latere concedat alicui priuile-
gium, quod factus poſtea Pontifex confirmauit, tunc exiſtimant DD.
illam confirmationem habere vim, & efficaciam priuilegij ex certa
ſcientia, & ratio eſſe poteſt, quia licèt ex inſtrumento non appareat
confirmationem talem eſſe ex certa ſcientia, quia abſolutè confirma-
tur, tamen quia confirmans non præſupponitur ignorare priorem
conceſſionem ab ipſo datam fuiſſe, videtur confirmatio eſſe ex certa
ſcientia, ita Bart. *conſ.* 196. eo fortiùs quando ex ipſo inſtrumento con-
firmationis conſtat ipſummet confirmantem, exiſtentem in mino-
ribus, conceſſiſſe illud priuilegium, & confirmare illud tanquam à
13 ſe factum, & ſufficienter memoriæ retentum. Alio modo poteſt con-
cedens, & cōfirmans eſſe idem in perſona, & dignitate, & tunc præ-
ter illam firmitatem, & conſeruationem antiqui iuris, quam *ſuprà*
diximus addere priuilegio, non video quid aliud addat confirmatio
in



in forma communi ſuprà conceſſionem, quia nec ius, nec valorem,
nec authoritatem addit.

Pater verò Suarez *loco vbi ſuprà num. 11. in fine,* quo ad nos, inquit, 14
addere certitudinem quandam de voluntate concedentis, & præ-
ſumptionem maiorem de adhibita diligentia, & conſideratione, in
priuilegij conceſſione, idem de confirmatione facta ab æquali ſuc-
ceſſore docendum eſt, & cum maiore firmitate: nam hic intercedit 15
plurium perſonarum conſenſus, & perſonalis authoritas, quæ con-
fert, vt plus timeatur, quod ita confirmatum eſt: ita docet gloſſa *in
cap. vlt. de confirm. vtili, arg. cap. quamquam, 23. diſtinct.* vbi etiam id
notat gloſſa, & præſertim hæc per ſucceſſorem confirmatio eſt val-
de vtilis priuilegiato, quia ipſum reddit ſecuriorem, quòd non ſint 16
ab eo priuilegia reuocanda, ſed potiùs conſeruanda, & defendenda
tanquam ſua.

## CAPVT III.

### *Determinatur quæſtio.*

NOnnulla de confirmatione in forma ſpecifica neceſſaria ad eſ- 1
ſentiam, & rationem confirmationis in forma communi diluci-
dandam tetigimus in præcedentibus. Ex quibus quid ſit formalis ra-
tio confirmationis ex certa ſcientia, ſeu in forma ſpecifica deducitur,
quæ ſic deſcribitur; Confirmatio in forma ſpeciali eſt quando Prin-
ceps bene inſtructus ſuper negotio cōfirmando, quoad ſubſtantiam,
& circumſtantias, de plenitudine poteſtatis, ſeu ex certa ſcientia con-
firmat: ita tradunt DD. communiter gloſſa *in cap. ad hæc, de reſcri-
ptis.* Abbas, Decius, Felinus, Innocentius, Pariſius, & alij, quos citat, &
ſequitur Molina *de primogeniis:* quam diffinitionem repetendam du-
ximus hîc, pro clariori intelligentia eorum, quæ in hoc capite deter-
minanda veniunt.

Sit igitur prima concluſio. Confirmatio priuilegiorum ex certa 2
ſcientia, ſeu in forma ſpeciali, habet vim nouæ conceſſionis talis pri-
uilegij, ac etiam confirmandi actum alias nullum, & inualidum, ac ſi
de nouo concederetur. Ita gloſſa *in dicto cap. quia diuerſitatem,* &
textus *in cap. 1. & cap. veniens,* & gloſſa *ibi, verbo confirmamus.* Bart.
*in l. more, ff. de iuriſd. omnium iud. num. 5.* Felinus *in cap. inter dilectos,
de fide inſtrumentorum, num. 6. & 14.* Decius *in cap. 1. de confirm. vtili,*

 vel

*vel inutili.* Pariſius *lib.4.conſ.3.num.* 38. Thomas Gram.*conſ.*113.*n.*4. Bart. *in l.ſi conſtet, ff. de appell.* Baldus *in l.ſi donatio, C. de donat.* Tuſchus *verbo confirmatio ex certa ſcientia, per totum*, ſumitúrque *ex cap.2.dictæ partis.* Suarius *lib.*8. *de legib.cap.*18.*num.*12. & probatur, quia confirmatio ex certa ſcientia habet vim confirmandi actum
3 nullum, reddendo illum de inualido, validum; igitur habet vim nouæ conceſſionis priuilegij: Conſequentia patet, quia validare actum, ſeu priuilegium quod antea erat nullum, plane idem eſt, quod de
4 nouo concedere illud. Antecedens verò ſic perſuadetur, quia quando Princeps confirmat actum, non fictè, aut variè, ſed verè, ac ſolidè vult illud confirmare; ergo vult confirmare actum iuxta capacitatem eius; igitur ſi ex certa ſcientia procedit, ita vult illud confirma-
5 re, ſicut re vera eſt confirmabilis. Ac proinde ſi eſt nullus, & Princeps cognouit, eſſe nullum & nihilominus confirmat, apertè intendit illi dare firmitatem ac valorem, aliàs videretur vana & fruſtratoria illa confirmatio. At Princeps quando ex certa ſcientia confirmat,
6 ita procedit; ergo illa confirmatio habet vim validandi actum, ac per conſequens æquiualet conceſſioni, aut re ipſa eſt conceſſio ſicut expreſsè docent Decius *in rub.de confirm.vtili, vel inutili, in fine.* Bart. Imola, & Panorm.

7 Sed obiicies. Beneficium Principis, licèt concedamus quòd latè
8 ſit interpretandum, non tamen vltra proprietatem verborum: ſed confirmandi verbum quomodocunque ampliatur, non eſt verbum
9 donandi, nec faciendi aliquid de nouo ſimpliciter, ſed tantùm fir-
10 mandi quod factum eſt; ergo non plus operabitur verbum illud per ſe ſumptum, etiam ſi illud latè interpretari velimus, at ita ponitur in confirmatione in forma ſpeciali: igitur iſta confirmatio non habet vim nouæ conceſſionis.

11 Huic obiectioni reſpondeo, quòd verbum *confirmo* non ampliatur cum improprietate: tum quia non eſt tanta improprietas, quin habeat
12 etiam fundamentum in vſu, & in materia ſubiecta: nam confirmatio in forma ſpeciali, non ſemper dat valorem actui nullo, etſi de ſe, &
13 ſua entitate id præſtare valeat: quia non ſemper ſupponit nullitatem
14 in actu, ſed ad maiorem certitudinem, & cautelam ita conceditur, ſiue confirmatus actus fuerit validus, ſiue non; & ideo talis gratia me-
15 ritò dicitur confirmatio; quia & poteſt ſupponere conceſſionem validam, & ſemper ſupponit neceſſariò, ſaltem externam, quæ ſubſtantialiter confirmari valeat, ſi ſubſtantialem habuit defectum, ita Bald.

in



*in l.nominationes, in principio, C.de appell. & in l.ſi donatio, C.de donatio. & in cap. ex parte, de conſtitutionibus in l. aduerſus.* Felinus *ad cap. inter dilectos, de fide inſtrumentorum, num.*14. tum quia in præſen- 16
ti caſu, & ratio, & ius cogit ad talem verbi interpretationem, ne diſpoſitio Principis in forma ſpeciali fiat eluſoria, & irrationabilis, quod in legibus vitandum eſt, & conſequenter etiam in priuilegiis, maximè cùm confirmantur ex certa ſcientia.

Vlteriùs aliter reſpondere poſſumus, verbum *confirmo*, extendi, & 17
reſtringi à clauſularum proprietatibus, à quibus determinantur, ſicut docuit Scotus *in ſua grammatica ſpeculatiua*, & aliis pluribus in locis: nam ſi clauſulæ proprietas includit ſignificationem verbi donandi, aut aliquid de nouo faciendi, ſiue conuocet confirmantem eſſe talem, qui confirmando poſſit dare, & dando confirmare, & tunc 18
verbum *confirmo*, gaudebit verbi donandi, ac de nouo faciendi proprietate. Facit ad hæc gloſſa *in cap. Vt circa, de electione, in 6.* Abbas *in cap. Cumana, de electione*, Ana. *in cap. accedens.* D. Anton. *in cap. ſignificaſti, ad fin. de Iure patronatus.* Innocent. *in cap. cùm olim, in principio, de cauſa poſſ.* Cardinalis *conſ.* 63. & alij quos citat & ſequitur Felinus *ad cap. inter dilectos, de fide inſtrumentorum.* modò clauſula *ex certa ſcientia* includit, vim & efficaciam verbi dandi, quando adiuncta eſt verbo *confirmo*, cadit ſupra actum aliàs inualidum; ſic colli- 19
gitur ex Bart. *in l.ſi conſtat, ff. de appell.* Guido Papa *conſ.* 205. Rota *deciſ. de confirm, vtili, vel inutili:* ſi verò addatur verbo *confirmo*, clauſula limitatiua, ſcilicet vt prouidè factum eſt; vel quatenus ſunt in vſu, 20
vel aliqua alia his ſimilis, tunc reſtringitur, & limitatur iuxta reſtrictionem per clauſulam inducentem, tantúmque valet, quantum verbum *conſeruo.* Ex his ad argumentum, admiſſa maiore, negatur minor: nã verbum *confirmo*, habet illam efficacitatẽ ſecundùm proprietatem 21
clauſularum, à qua determinatur, & ſignificat, id quod importatur per ipſam, vt ſuprà: vnde conſequentia non valet, quia in confirmatione in forma ſpeciali, illa clauſula, *ex certa ſcientia* operatur ex ſua- 22
met natura, vt priuilegium, aliàs non validũ, efficiatur validum, ac ſi de nouo concederetur. Quæ proprietas verbo *confirmo*, cõmunicatur.

Secunda concluſio. Confirmatio ex certa ſcientia, ſimpliciter, & 23
ſine aliqua limitatione data reſpectu priuilegiorum reuocatorum per Conc. Trident. vel aliam reuocatoriam Apoſtolicam conſtitutionem per modum legis generalis editam, non habet vim innouationis, aut reſtitutionis: hæc concluſio eſt contra Rodriquez *quæſt.*8.*art.*3.*tom.*1.

L 2 *quæſt.*

*quæſt. regul.* Roſellam *verbo abſolutio*, *num.* 123. & probatur, ſicut ſe
habet lex ad priuilegium reuocandum, ita ſe habet confirmatio ad
24 reſtituendum: ſed vt lex reuocet priuilegium, non ſatis eſt quòd
contra illud diſponat ſecundùm eos, niſi expreſsè illud reuocat; ergo
vt confirmatio reſtituat priuilegium non ſatis eſt, vt illud confirmet
25 ex certa ſcientia, niſi expreſsè dicat confirmare illud, non obſtante
reuocatione; igitur confirmatio ex certa ſcientia ſimpliciter, & abſ-
26 que clauſula *non obſtantibus*, non habet vim innouandi, & reſtituen-
di priuilegia reuocata. Confirmatur, quia aliàs ſi nunc confirmentur
27 omnia priuilegia alicuius religionis ex certa ſcientia, non addita illa
limitatione, *dummodo Concilio Trident. non ſint contraria*, manebunt
confirmata, & reſtituta omnia priuilegia etiamſi Conc. Trident.
28 contraria ſint, quod eſt apertè falſum: & Suarez addit omnia & ſin-
gula priuilegia Societatis eſſe abſolutè, & abſque vlla limitatione à
Gregorio XIII. in Bulla, *Quanto fructuoſius*, ac in Bulla *Aſcendente
Domino*, confirmata; & Greg. XIV. & Paulus V. confirmauere ex
certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, & tamen PP. Societatis
non cognoſcunt reſtituta, & renouata eſſe priuilegia eorum, quæ
29 Conc. Trident. aduerſantur; igitur ex vi confirmationis ſpecialis, &
ex certa ſcientia, abſolutè datæ non renouantur, & reſtituuntur pri-
uilegia reuocata per Conc. Trident. aut per aliam reuocatoriam Pon-
tificiam conſtitutionem vim legis habentem.

30 Concluſio tertia. Confirmatio ex certa ſcientia ſimpliciter, &
abſque alia clauſula data non habet vim innouationis, ac de nouo
concedendi priuilegium, quod fuit à principio falſum, aut ſubre-
ptitium, aut alia ratione nullum; ita ſumitur à Panormitano *ad cap.
inter dilectos*, *de fide inſtrumentorum*, *num.* 8. Angel. *in l. final. C. de ap-
pell. l. Lucius*, *ff. ad Turp.* Bart. *ibidem*, Felinus *in cap. inter dilectos*, *de
fide inſtrumentorum*, *num.* 6. *& in cap. ex parte*, *de reſcriptis*, *num.* 42.
Suarez *de legibus*, *lib.* 8. *cap.* 18. *num.* 3. Garſias *de benef. part.* 3. *cap.* 2.
*num.* 233. Rodolfinus *de ſuprema Principis poteſtate*, *cap.* 5. *num.* 13. &
31 alij, quos ſequitur, & citat Felinus *in dicto cap. inter dilectos*, & ra-
tio eſt, quia priuilegium falſum, aut ſubreptitium nunquam reve-
rà fuit conceſſum, quia nec Princeps illud conceſſit; at confirmatio
cadit ſuper priuilegiis aliàs conceſſis, & debitè impetratis; igitur
non cadit in illa innouando, ac de nouo concedendo, quæ à princi-
32 pio non fuere conceſſa. Confirmatur: nam confirmatio in forma ſpe-
ciali innititur priori priuilegio, aut conceſſioni; igitur ſi iſta à princi-
bas



pio nulla, falſa, & ſubreptitia fuit, erit & confirmatio nulla, ita Ab-
bas Panormitanus, Cardinalis, Antonius Andreas, & alij, & facit
quod tradit Bart. *in l.* 1. §. *& parui*, *ff. quod vi*, *aut cla.*

Notãter dixi in cõcluſione *ſimpliciter*, *& abſque alia clauſula data*, 33
nam ſi apponatur clauſula, *non obſtante falſitate*, *aut ſubreptione*, tunc
confirmatio ex certa ſcientia habet vim nouæ donationis, ita textus
*in l. ſi docueris*, *C. ad leg. Corn. de falſ.* & gloſſa *in verbo ſopitum*, *& l.
Lucius*, Cardinalis *ad cap. inter dilectos*, Innocen. *eodem cap.* & proba-
tur ratione, quia Papa poteſt de nouo dare priuilegium, etiamſi
fuerit falſum; ergo ſi id ſatis declaret, ſufficit.

Quarta concluſio, ſi confirmatio ex certa ſcientia, ſeu in forma 34
ſpeciali cadit ſuper priuilegium reuocatum ab homine, ſeu per mo-
dum reſcripti, & non modum legis; tunc habet vim reſtituendi, & de
nouo concedendi priuilegia huiuſmodi, ita Suarez *loco vbi ſuprà n.*
4. nec difficile erit perſuaderi hæc aſſertio, nam confirmatio ex cer-
ta ſcientia reſtituit priuilegium amiſſum per non vſum, vel per vſum 35
contrarium, quando contraria limitatio non adhibetur; ergo reſti-
tuit priuilegium reuocatum ab homine, quicunque ille ſit. Item ha-
bet poteſtatem hæc confirmatio actum inualidum validandi: ergo
multo magis habet vim validandi priuilegium quod à principio fuit
validum, & inde reuocatum ab homine. Inſuper hæc confirmatio 36
æquiualet nouæ conceſſioni; igitur per iſtam renouata, & de nouo
conceſſa videntur priuilegia ab homine reuocata per modum reſcri-
pti, procedente:

Imò addo, quòd ſi priuilegium fuit reuocatum ex iure communi, 38
tunc confirmatio ex certa ſcientia in forma ſpeciali cenſetur reſtitue-
re tale priuilegium; ita Suarez, Garſ. & alij, & probatur. Confirma-
tio ex certa ſcientia habet efficaciam, & vim confirmandi actum de
iure inualidum; igitur Princeps confirmans priuilegia ex certa ſcien-
tia validat omnia illa, quæ inualida ſunt ratione iuris, ac proinde ſe- 39
quitur reſtituere illa priuilegia, quæ reuocata fuere iure communi,
quia non præſumitur ignorare ius commune confirmando priuile-
gia ex certa ſcientia, & in hoc ſenſu opinio Roſellæ, & Rodriquez 40
erit vera, præſcindo tamen decreta Conc. Trident. aut aliqua alia ſta-
tuta Apoſtolica legis generalis vim habentia propter inſolitas, &
ampliſſimas clauſulas derogatorias quas habent.

## QVÆSTIO SECVNDA.

*An confirmatio in qua adeſt clauſula, ex* certa ſcientia, *non tamen eſt inſertus totus tenor rei confirmatæ, ſit ex certa ſcientia, vel potiùs in forma communi.*

### CAPVT I.

*Ponitur prima ſententia.*

1 IN hac quæſtione variæ ſunt DD. ſententiæ tam Iuriſtarum, quàm
Theologorum, quarum prima putat confirmationē, in qua ponitur
expreſsè clauſula, *ex certa ſcientia*, licèt nō tenor rei confirmatæ, ſeu
priuilegij, eſſe in forma ſpeciali, & ex certa ſcientia, ſic Abbas *in cap.
examinata, de confir. vtili, vel inutili, ad finem.* Decius *in cap. porrecta
n. 10. eodem tit.* Anton. Gabriel *de clauſulis concluſ. 1. num. 1. 2. 3.* Velaſ-
quez *in lege 42. Tauri gloſſa 3. num. 6.* Molina *de iuſtitia & iure tom. 1.
tract. 2. diſput. 174.* Suarez *lib. 8. de legibus cap. 18. num. 6.* vbi citat
Bart. *conſ. 296. num. 2. lib. 1. ad legem conficiuntur, ff. de iur. codicill.*
& Tuſchum *conſ. 710.* ſed immeritò, vt infrà dicemus. Oldrad. *conſ.
257. à num. 12.* Maſcardus *ſuprà num. 6.* Garſias *de beneficiis parte 3.
cap. 2. num. 233.*

2 Verùm omnes non eodem modo declarant. P. Suarez arbitratur
clauſulam, *ex certa ſcientia*, additam confirmationi, intelligi de ſcien-
tia facti: nam (vt ipſe aſſerit) ſcientia iuris ſemper præſumitur in
confirmatione, quæ fit ex certa ſcientia, quia Princeps habet ius in
pectore, & illud ignorare non præſumitur ex *cap. 1. de conſtit. in 6.* &
id per eum admittitur ab omnibus DD. eo maximè cùm de priuile-
3 giis agatur. Cæterùm vir doctus *num. 14.* contra Tuſchum affirmat eſſe
confirmationem ex certa ſcientia cum ignorantia facti, quod proba-
re conatur exemplo de confirmante profeſſionem, ac proinde ſubin-
fert in Principe ſufficere voluntatem efficacem confirmandi, ſiue co-
gnitio nullitatis in re ipſa præexiſtat in perſona, & in intellectu con-
firmantis, ſiue non, in quo videtur ſentire non eſſe neceſſariam
4 ſcientiam facti, ad hoc vt dicatur confirmatio ex certa ſcientia *in cap.
verò 19. num. 2. & 4.* voluit non eſſe confirmationem ex certa ſcientia
quoties Princeps confirmat priuilegium reuocatum, niſi addatur
clau-



clauſula *non obſtantibus*, quia tunc Princeps præſumitur ignorare pri- 5
uatum ius quod pertinet ad factum ex cuius ignorantia ſequitur con-
firmationem non eſſe in forma ſpeciali, vnde eſt adeò varius, vt ip-
ſi ſibi ſit inconſtans. Garſias verò alia procedens via, affirmauit con- 6
firmationem, in qua non ponitur tenor rei confirmatæ, ſed ſolùm
clauſula *ex certa ſcientia*, eſſe in forma ſpeciali ad effectum confir-
mandi actum aliàs de iure inualidum, non tamen tollere vitium in- 7
tentionis, nec purgare vitium ſubreptionis, ſic Ripa *reſponſ. 6. num.
10. lib. 2.* Padilla *in l. fin. C. de diuerſ. reſcript. num. 3.* Ioānes Guttier. *conſ.
11. num. 13.* ita ſecundùm eum intelligendi ſunt omnes DD. huius
ſententiæ.

Poteſt hæc opinio impugnari. Primò, quia de intrinſeca ratione 8
formali confirmationis ex certa ſcientia eſt, vt priuilegium confir-
metur ex notitia illius, & tenoris eius, ac omnium circumſtantia-
rum illius, perfecta, at vbi non eſt inſertus tenor priuilegij confir-
mati, non videtur Princeps habere perfectam illius notitiam ſubſtan-
tialem; igitur huiuſmodi confirmatio, in qua non inſeritur tenor rei,
ſeu priuilegij confirmati, non erit in forma ſpeciali: hæc ratio eſt
multum efficax contra Suarium *loco vbi ſuprà num. 5.* nam maior pro-
poſitio habetur ab ipſo; & eo fortius, quia *in cap. 19. num. 4.* aſſerit 9
quòd ſi circumſtantiæ rei confirmatæ Principi confirmanti non in-
notuerint, non erit ex certa ſcientia confirmatio.

Dices pro Suario, quòd aliud eſt, quòd confirmatio ſit ex certa 10
ſcientia, aliud quòd Princeps habeat perfectam notitiam nullitatum
actus confirmati. Sed hæc reſponſio eſt vana: nam quomodo, quæſo,
poteſt habere perfectam cognitionem illius actus, quem Princeps
confirmat ex certa ſcientia, cuius nullitatum cognitio in re ipſa præ-
exiſtit in perſona, & intellectu Principis confirmantis: cùm pro-
prium ſit confirmationis in forma ſpeciali præſtare actui inualido va-
liditatem.

Secundò, cognitio perfecta rei confirmatæ & defectum intentio- 11
nis tollit, & vitium ſubreptionis purgat, alioquin non eſſet bene in-
ſtructus Princeps, imò res ſecùs ſe haberet: igitur confirmatio ex
certa ſcientia, non poteſt eſſe ſolùm reſpectu actus aliàs de iure inua- 12
lidi, cum vitio ſubreptionis, & defectu intentionis; quemadmodum
voluit Garſias: nam quid magis contrarium cognitioni perfectæ rei
confirmatæ, quàm impetratio ſubreptitia, & defectus intentionis.

Ad illud, quod adducit Suarius de illo, qui dubitans de profeſſio-
nis

nis valore ratificans illam per nouum conſenſum, poteſt dici ratifica-
re ex certa ſcientia, non ex eo quòd cognoſcat eſſe nullam, ſed quia
14 non cognoſcit fuiſſe validam; nihilominus abſolutè non vult illam
de nouo facere, ſi neceſſe ſit, dico nullum eſſe diſcrimen inter pro-
feſſionem nullam, & non validam, idem enim eſt non eſſe validam,
15 ac eſſe nullam; ob id cognoſcens matrimonium eſſe inualidum, cog-
noſcit eſſe nullum pro eodem vſurpatum inuenio fuiſſe à viris doctis
hoc loquendi genus, non eſſe validum, eſſe inualidum, & eſſe nullum.
Quod ſi aliquam cognouit Suarius differentiam, debebat illam vtiq;
16 aſſignare, ac diſcriminis rationem. Vnde falſum eſſe, quòd dubitans
de valore profeſſionis, ratificans illam per nouum conſenſum, ratifi-
cat ex certa ſcientia, ex quo cognouit non eſſe validam, & non cog-
nouit eſſe nullam, nam qui inualidam dicit profeſſionem, nullam
profectò affirmat.

17 Dices pro Suario. Nullum, & non validum hanc cognoſcunt dif-
ferentiam quòd nullitas circa profeſſionem omnem ambiguitatem
18 excludit, non validum verò aliquam admittit dubitationem, ſed re-
uerà nihil hoc valet, nam ex eo quòd cognoſcens quis non validitatẽ
ſuæ profeſsionis illam ratificans, non ratificat ex certa ſcientia, quia
cognouit inualidam, nam cognoſcens inualidam, nouit ambiguam.
Quomodo ex certa ſcientia ratificabit illud, quod neſcit an validum,
vel inualidum, niſi habita conditione, nempe volo confirmare, &
ratificare meam iam factam profeſsionem, ſi indiget ratificatione.

## CAPVT II.

*Secunda ſententia adducitur.*

1 SEcunda opinio illorum eſt, qui tenentes non poſſe Principem vti
clauſula, *ex certa ſcientia*, niſi cauſa cognita; affirmauere confir-
mationem ex certa ſcientia eſſe illam, in qua non ſolum opponitur
2 clauſula, *ex certa ſcientia*, aut *de plenitudine poteſtatis*, verùm etiam
eſt inſertus tenor rei confirmatæ, vel ſaltem narratur eius ſubſtantia
cum cauſæ cognitione, aliqua ex iſtis conditionibus deficiente, non
eſſe confirmationẽ in forma ſpecifica, ſed in forma communi, ita ex
pluribus Decius *conſ.* 410. *num.* 21. Aymon. *conſ.* 241. *num.* 20. Auguſti-
nus Beroius *in cap.* 1. *de confir. vtili, vel inutili, num.* 37. *&* 42. Man-
doſ. *in cap.* 1. *eodem titulo.* Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 9. &
alij



alij quos ipſe citat, & ſequitur *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 31.

Vera quidem ſententia, à qua non recedimus, inquantum ad con- 3
firmationem in forma ſpeciali conſtituendam, aſſerit, non ſolùm re-
quiri vt apponatur clauſula *ex certa ſcientia*, ſed etiam tenor rei con-
firmatæ; diſplicet verò in eo quòd abſolutè affirmat neceſſariam eſſe 4
cauſæ cognitionem, non enim hoc verum eſt de omni priuilegio-
rum confirmatione ſolùm profectò cauſæ cognitio requiritur ad con-
firmationem quæ actum ſiue priuilegium in præiudicium tertij vali- 5
dat, quia tunc ſola clauſula, *Ex certa ſcientia*, nihil operatur, ſic
Innoc. *in cap.* 1. *de tranſact.* Specul. *in titulo de legato*, §. *nunc oſtenden-* 6
*dum*, *verſ.* 18. Baldus *in l. ex verbis, in fine*, *C. de donat. inter virum &*
*vxor.* Aret. *conſ.* 8. *vol.* 1. Decius *d. conſ. quæſt.* 3. Rota *in nouiſſ. deciſ.* 2. *de*
*confirm. vtili, vel inutili*, Pariſius *conſ.* 19. *num.* 12. *vol.* 1. Mil. *in verbo*
*ſcientia certa*, Alex. *conſ.* 121. *col.* 7. *&* 8. Soc. *cõſ.* 194. *col.* 3. Brun. *in conſ.*
18. *col.* 26. Curtius *in conſ.* 142. *col.* 3. *& conſ.* 170. Goz. *conſ.* 5. *n.* 15. Grat.
*conſ.* 47. *col.* 1. *vol.* 1. Ruin. *conſ.* 98. Cott. *in memor. verſ. confirmatio fit*,
Antonius Gabriel *de clauſulis, lib.* 6. *num.* 54. Garſias *de beneficiis, part.*
3. *cap.* 2. *num.* 226. Et ratio eſt, quia Princeps licèt vtatur clauſula, *Ex*
*certa ſcientia*, derogando iuri ſubditorum, non ex eo habet locum 7
huiuſmodi clauſula, niſi præcedat in eo perfecta cauſæ cognitio; igi-
tur confirmatio priuilegij in præiudicium tertij non erit in forma ſpe-
ciali, & ex certa ſcientia, cognitione cauſæ non exiſtente in Principe
confirmante, vt notant Baldus *num.* 1. & Paulus *num.* 1. *&* 2. & cæteri
ſcribentes *in l. ſi teſtamentum*, *C. de teſtamentis* §. *quid ſit tantùm.*

## CAPVT III.

*Adducitur tertia opinio, & quid ſit ſentiendum ſtatuitur.*

TErtia ſententia, quam veriſſimam eſſe iudico, illorum eſt, qui 1
affirmauere confirmationem non eſſe ex certa ſcientia, vbi tenor
totus rei non eſt inſertus. Ferretus *conſ.* 38. Farinac. apud Garſiam *de-*
*ciſ.* 84. *num.* 24. Gozad. *conſ.* 9. *num.* 8. Rota Roman. *in vna calcit.* coram 2
Rabeis 18. *Ianuarij* 1587. & deinde poſtea coram Seraphino reſolu-
tum fuit, confirmationem non poſſe dici verè *ex certa ſcientia*, non
obſtante appoſitione dictæ clauſulæ, niſi totus tenor tunc Papæ inno-
tuerit, & fuerit inſertus. Et ſimiliter *in vna Mediolanenſ. fructuum* 24.
*Aprilis* 1592. coram Blanchetto fuit reſolutum motu proprio non tol-

lere defectum intentionis, Egid.*deciſ.*392.*&* 475 neque etiam clau-
4 ſula, *Ex certa ſcientia*, quia non operatur, quoad ea, quæ ſunt facti,
Vantius *de nullit.titulo, quis poſsit dicere de nullitate*, *num.* 18. hanc
opinionem ſequuntur Alex.*conſ.*120.*col.fin.vol.* 4. *& conſ.* 125. *col. fin.*
*vol.*2.*& conſ.*126.Bald.*in l.fin.C.de fruct.& lit.expenſ.& in l.fin.C.ſent.*
*reſcind.non poſſ.*Brun.*in conſ.*12.Barboſa *conſ.* 24.*num.* 14. & alij quam-
plurimi, quos ſequitur, & citat Antonius Gabriel *lib.*6.*de clauſulis*,
5 *concl.*1. *num.*10. & ratio eſt, quia Princeps quando confirmando pri-
uilegia, non validat nullitates facti, non confirmat ex certa ſcien-
tia, ſed quando non eſt inſertus tenor totus rei confirmatæ clauſula,
*Ex certa ſcientia*, non operatur circa nullitates facti, ſed tantum iu-
ris; igitur confirmatio priuilegij ex certa ſcientia non erit quando te-
nor rei non innotuerit Principi, vel inſertus nõ fuerit in inſtrumento,
licèt appoſita ſit clauſula, *Ex certa ſcientia*, Maior huius ſyllogiſmi
cõceditur ab omnibus, præcipuè à Suario, eamq; habet Curt.iun.*conſ.*
77.*n.*105.*lib.*1.Roland.à Valle *conſ.*7.*n.* 105.*lib.*3.Natta *conſ.*39.*lib.*1.ita
fuit tentũ *in Rota in vna Portuenti bonorũ*,4.*Nouemb.*cora D.Seraphino
Oliuario 1575. Minor quoque vt certa cõceditur, ita Grauet.*conſ.* 241.
*num.* 20. *verſ.quartò reſpondeo*, *lib.* 1. Puteus *deciſ.* 70. *num.* 4. *lib.* 3.
6 Menoch. *conſ.*2.*num.*130.*lib.*1.quia repugnat habere certam notitiam,
& ſcientiam, de iis, de quibus non apparet Principem certiorem fa-
ctum eſſe, ob id ſi apponatur clauſula, *Ex certa ſcientia*, abſque te-
noris inſertione, non videtur certioratus Princeps confirmando pri-
uilegia inualida, quoad ea, quæ ſunt facti; vnde talis confirmatio erit
in forma communi, & non ex certa ſcientia.

7 Atque hinc Cardinalis Tuſchus, & aliqui ex Iuriſtis apud Suarium
*lib.*8.*de legibus*, *cap.*18.*num.*14.cognouerunt duas conditiones neceſ-
ſarias ad hoc vt confirmatio priuilegij inualidi, dicatur ex certa
ſcientia, vel in forma ſpecifica. Vna eſt quòd confirmatio profera-
8 tur ex certa ſcientia. Alia quòd reuerà in Principe præcedat cognitio
defectus rei, & nullitatis talis priuilegij: quia ſi non præcedat hæc
cognitio, non poteſt ſubſequi voluntas efficax validandi illud, nec
9 reuerà priuilegium in re ipſa erit ex certa ſcientia. Ecce quomodò
non eſt alterius opinionis Cardinalis prout citatur ab ipſomet Suario,
& à Nicolao Garſia.

10 Ex qua veriſſima doctina educitur efficax à poſteriori argumen-
tum ad huius ſententiæ veritatem perſuadendam. Confirmatio enim
in forma communi diſcriminatur, à confirmatione in forma ſpecifica,





in effectiua ratione, quia hæc effectiuè, & formaliter, actui nullo, &
inualido validitatem tribuit, efficitque ac ſi de nouo concederetur;
illa verò actum ſuper quem cadit validum de iure, & de facto ſup-
ponit, ſolùm validitatem eius conſeruat. At ſi in Principe verè, & 11
realiter non præcedit cognitio nullitatis, ac inualiditatis priuilegij,
ſeu actus, quem confirmat; non videtur confirmare ex certa ſcien-
tia, & in forma ſpeciali; igitur confirmatio priuilegij in forma ſpe- 12
cifica neceſſariò præſupponit cognitionem nullitatis, & inualiditatis
priuilegij in intellectu Principis exiſtentem, vt effectiuè, & forma-
liter ſuum operetur effectum; ex quo infertur differentia, & diſcri-
men inter vtramque confirmationem; igitur quòd totus rei tenor 13
exprimatur, & Principi innoteſcat, eſt neceſſarium ſimpliciter, nec
reddit incertas omnes huiuſmodi confirmationes priuilegiorum, vt
Suarez dicit, ex eo fundamento: quia nemo facilè cognoſcere valet,
an Princeps examinauerit valorem prioris priuilegij, vel licèt pro-
ceſſerit examen, vnde conſtare poterit, an intellexerit Princeps nul- 14
litates? non reddit incertas, inquam, huiuſmodi confirmationes; 15
nam quando eſt incertus totus tenor rei in confirmatione, quæ pro-
fertur ex certa ſcientia præſupponitur habuiſſe Principem perfectam
notitiam, & quoad ſubſtantiam, & quoad circumſtantias actus à ſe 16
confirmati in qua perfecta cognitione neceſſariò includitur notitia
aut validitatis, aut inualiditatis, ſiue nullitatis eiuſdem actus: ac
proinde haud difficilè non erit cognoſcere, an Princeps examina-
uerit, vel nouerit nullitatem actus confirmati; quando totus rei te-
nor eſt inſertus in inſtrumento confirmationis: ſic reſpondetur Sua-
rio interrogante ab inſertione tenoris rei confirmatæ, argumentatur
quaſi demonſtratiuè notitia & præcognitio nullitatis actus confimati
præexiſtens in Principe confirmante.

Cæterùm vt determinemus quid revera in hac re ſit ſentiendum; 17
diſtinguere oportet confirmandi modum, qui bifariam fieri conti-
git, aut enim Princeps amore, & deuotione motus erga aliquam
religionem, omnia illius priuilegia confirmat, aut inſtantiam alicu-
ius procedit ad illa confirmanda. Si priori modo fit confirmatio, ſit 1
Prima concluſio. Confirmatio priuilegiorum verè & realiter eſt in
forma ſpeciali, ſi proferatur ex certa ſcientia, licèt eorum tenores
non inſerantur in confirmationis inſtrumento. Probatur primò: nam 19
tenor rei confirmatæ ideo neceſſariò requiritur ad confirmationem
in forma ſpeciali conſtituendam, vt innoteſcat, Principem eſſe be-

ne informatum, perfectámque habere cognitionem defectus, ac nullitatis rei, quam confirmando validat, innouat, ac de nouo concedit: at ſi Princeps confirmando alicuius Ordinis religionis priuilegia, deuotione motus, vtatur ſua ſuprema & abſoluta poteſtate; præſumitur habere notitiam perfectam, & ſubſtantialem defectus nul-
20 litatis illorum, imò voluntatem efficacem ſupplendi omnes defectus iuris, & facti; igitur ſi priuilegiorum tenores non inſerantur in confirmatione inſtrumenti, erit confirmatio ſpecialis, & *ex certa ſcientia*. Minorem ſic perſuadeo: nam quando apponitur clauſula, *Ex*
21 *certa ſcientia* Princeps præſumitur vti poteſtate ſuprema & abſoluta, etiam ſi hæc non expreſſerit: vt ſentit gloſſa *in cap. Ad hæc, de reſcriptis*: nec requiritur expreſſio tenoris rei, ſuper quam cadit confirmatio ex certa ſcientia; ex eo enim quod facit & confirmat ex certa ſcientia, videtur de ea re factus certior, & quod bene inſtru-
22 ctus ſit, quia clauſula, *ex certa ſcientia*, appoſita in confirmatione, includit vim, & efficaciam tenoris rei confirmatæ, ſunt enim paria, ſic Archid. *in cap. præſentium, in prin. num. 7. quæſt. 1.* Abbas *in cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præbendarum,* Anton. de But. *in cap. porrecta col. 2. de confirmat. vtili, vel inutili.* Aretinus *conſ. 15. verſo item opponitur.* Alex. *conſ. 1. num. 39. vol. 5.* Curt. ſenior *conſ. 65. col. 9.* Felinus *in cap. Cùm inter, de except.* Pariſius *conſ. 15. num. 61. vol. 2. & in conſ. 3. num. 74. vol. 4.* conſequentia de ſe eſt nota.
23 Confirmatur primò, Princeps cōfirmans priuilegia ex ſua motus liberalitate, & deuotione, clauſula, *ex certa ſcientia*, cōfirmationi appoſita includit operatiuè clauſulā, *motu proprio*, & ex plenitudine poteſtatis, ita Baldus *ad l. eos, in princ. C. de appellatio. & ad l. teſtamentum non iure factum, C. de teſtamentis. ad cap. 4. num. 8. de re iudicata,* Felinus *ad cap. cùm inter num. 5. de exceptio.* Corn. *conſ. 313. num. 10. lib. 4.* Decius *conſ. 168.* Crauett. *conſ. 282. num. 18. lib. 1.* Menoch. *conſ. 103. num. 50. lib. 1.* Gloſſa *ad cap. ſtatutum §. 1. verſ. litterarum, in fine, de reſcriptis lib. 6.* Alex. *ad l. 3. in princip. ff. quod quiſque iuris;* Curtius ſenior *conſ. 50. col. 67.* Tuſchus *conſ. 340. num. 22.* Antonius Gabriel *lib. 6. concl. 1. num. 28.* Soc. *in conſ. 3. num. 11. vol. 8.* idem Fel. *in cap. nonnulli de reſcriptis col. 18. Marta clauſ. 17. num. 7.* Igitur confir-
24 matio erit in forma ſpeciali virtute clauſulæ, *ex certa ſcientia*, abſque eo quòd tenor rei inſeratur in ea: Conſequētia eſt euidens, quia dum motu proprio & ex certa ſcientia diſponit Princeps, non ſolùm præſupponitur cauſam habere; verùm & perfectam notitiam ſuæ diſpo-
ſitio



ſitionis, quæ requiritur neceſſariò ad confirmationem in forma ſpeciali ad effectum validandi actum aliàs inualidum, & nullum.

Confirmatur ſecundò, quia confirmatio in forma ſpeciali illa cen- 25
ſetur eſſe, quæ profertur ex certa ſcientia cum narratione totius rei confirmatæ tenoris; verùm quando Princeps à ſua mouetur liberalitate, & amore ad priuilegia confirmanda, videtur motu proprio confirmare, clauſula tunc, *ex certa ſcientia* vim habet ſpecialis expreſſionis, operatur nimirum, ac ſi tota rei ſubſtantia eſſet expreſſa, ſeu tenor rei inſereretur in ipſa confirmatione de verbo ad verbum, licèt formaliter non ſit inſertus; igitur confirmatio erit in forma ſpecialiſſima ſi Princeps confirmabit priuilegia abſque narratione ſubſtantiali rei confirmatæ, ſeu inſertione tenoris priuilegij confirmati, ſi profeatur ſolùm ex certa ſcientia. Secunda pars minoris quod clauſula *ex certa ſcientia* vim habet ſpecialis expreſſionis, patet ex eo quòd
clauſula *motu proprio*, & clauſula *ex certa ſcientia* parem vim habent, 26
vt DD. ſuprà citati ferè omnes oſtendunt, at certum eſt ſecundùm Angel. *in l. ſed etſi quæſitum, ff. ſi quis cautiori.* Decius *in l. certum, ff. ſi certum petatur*, clauſulam *motu proprio* huiuſmodi habere vim; igitur & clauſula *ex certa ſcientia.*

Modò igitur ſi prima ſententia, quam ſuprà, vt minùs probabilem 27
impugnauimus, interpretetur iuxta ea quæ in hac concluſione probata reliquimus, non eſt à veritate aliena, ex eo quia nobiſcum conſentit per omnia; & ſic ſunt interpretandi omnes illius opinionis autores præſertim Suarius, & Felinus.

At verò ſi poſteriori modò, ac forma fiet à Principe priuilegiorum 28
confirmatio, tunc rurſus eſſe ſubdiſtinguendū doceo; vel enim Princeps priuilegiū confirmat, quod alicui præiudicium infert, vel eſt omnino gratioſum, ſi priori modo tunc hāc ſequentē ſtatuo concluſionē.

Secunda concluſio. Confirmatio priuilegiorum ad hoc vt ſit in 29
forma ſpecifica quando Princeps diſponit cōfirmando priuilegia contra ius tertij, oportet quòd non ſolùm proferatur ex certa ſcientia, & cum inſertione totius rei tenoris, verùm etiam requiritur perfecta cauſæ cognitio. Hæc aſſertio probatur eiſdem rationibus, quibus ſuprà reiecimus ſecundam ſententiam, quam abſolutè veram non eſſe indicauimus; cum hac verò limitatione, & interpretatione admittimus, & veram eſſe affirmamus; & probatur. Confirmatio ex certa 30
ſcientia habet nouæ conceſſionis vim (vt ſuprà oſtenſum eſt) cadens
ſupra actum nullum; igitur ſicut requiritur cauſa ad hoc vt Princeps 31


iuſtè

iuſtè, & validè concedat priuilegium iuri tertij præiudicatiuum; ita
32 iuſta requiritur cauſa ad confirmationem, vt dicatur ex certa ſcien-
33 tia: nam ſicut nulla præexiſtente iuſta cauſa non præſumitur Princeps voluiſſe alicui præiudicium, licèt conceſſerit priuilegium ex motu proprio, & ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, inferre, vt tradit Curtius *conſ.* 49. *coll.* 22. *verſ. decimo*, Decius *conſ.* 575
34 *in fine*, Gozad. *conſ.* 8. *num.* 15. Rota *deciſ.* 230. *in nouis*; quia & ſi Princeps negotij, ac cauſæ certior factus non fuit, dictis non obſtantibus clauſulis, præiudicium inferre nunquam voluiſſe cenſetur, ſed
35 priuilegium, aut reſcriptum ſubreptitiè impetratum præſumitur, vt docuit Alex. *conſ.* 125. *in fin. lib.* 2. Corneus *conſ.* 189. *col.* 3. *lib.* 4. Bal. *ad l. fin. C. ſent. reſcind. non poſſe*: ſic vbi nulla ſit legitima cauſa, licèt
36 Princeps confirmat ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, illa confirmatio non habebit ſuum effectum innouandi, nimirum priuilegium contra ius tertij conceſſum, aliàs nullum, ac proinde non in forma ſpeciali erit huiuſmodi confirmatio; requiritur ergo non ſolùm vt ex certa ſcientia de plenitudine poteſtatis, ſed expoſcitur ſubſtantialis narratio actus, nullitas, ac cognitio cauſæ.
37 Confirmatur: vt priuilegij conceſſio licitè fiat, neceſſariam eſſe honeſtam, ac proportionatam cauſam, abſolutè loquendo, prout eſt contra ius commune, quæ Principem ad illam faciendam inducat; igitur maiore ratione expoſcitur iuſta & legitima cauſa in confirmatione priuilegij iuri tertij derogatiui, ad hoc vt ſit legitima, & ſuum ſortiatur effectum, dicatúrque in forma ſpeciali. Probatur conſequen-
38 tia; nam ideo expoſcitur iuſta cauſa ad licitè concedendum priuilegium contra ius commune, vt ſeruetur iuſtitia legalis, & diſtributiua; igitur, vt confirmatio ſpecialis cenſeatur ad effectum operandi ſecundùm ſuam propriã entitatem, id eſt, ad validandas actus nullitates, quas contra ius tertij cõfirmat, potiori iure requiritur prçter con-
39 ditiones illas, nimirum vt proferatur ex certa ſcientia cum inſertione tenoris rei; cauſæ cognitio perfectiſſima, ne lędatur ius tertij ſine iuſta cauſa, quę limitat auctoritatẽ Principis, regulariter & iuridicè loquẽdo.
40 Si autem confirmatio fiet altero ſubdiſtinctionis modo, quòd nimirum priuilegium confirmatur à Principe aliàs inualidum, ſiue validum prius conceſſum contra ius commune; tunc tenenda eſt omnino tertia ſententia affirmans confirmationem illam eſſe in forma ſpeciali; in qua eſt inſertus totus tenor rei confirmatæ cum clauſula *ex certa ſcientia*, ſiue *de plenitudine poteſtatis*, vt primò latè probauimus.

QVÆSTIO



# QVÆSTIO TERTIA.

*An verbum innouandi diſtinguatur à verbo confirmandi, & quid addat confirmationi.*

## CAPVT I.

*Titulus quæſtionis aperitur, ac dubitandi ratio ponitur.*

COnſueuere Pontifices priuilegia aliquando ſimpliciter confirmare, nihil ampliùs addendo; aliquando verò non contenti 1
verbo *confirmandi*, addidere, *Confirmamus, & innouamus*, & interdum ſuperaddiderunt, *de nouo concedimus*, ſicut in Pauli V. confirmatione priuilegiorum Ordinis Minorum adiecit, teſte Portello, prout refertur ab authore huius nouæ declarationis conſtitutionis S.D. Papæ Vrbani VIII. ſub *num.* 1. 2. & 3. & ſæpe in confirmationibus Mendicantium inuenitur, & refertur in ſupplemento *conceſſ.* 191. & in monumento noſtri Ordinis *conceſſ.* 343. vertitur igitur in dubium, quomodo verbum *innouandi*, à verbo *confirmandi* diſtinguatur, & quid addat? quam dubitationem propoſuere Fratres Mino- 2
res Iulio II. pro intelligentia cuiuſdam confirmationis noſtrorum priuilegiorum factæ à Sixto IV. cum illa additione, *Et de nouo concedimus*, interrogantes an per illa reſtituerentur, ſeu de nouo concede- 3
rentur etiam priuilegia priùs reuocata. Reſpondit autem dictus Papa Iulius II. per illa verba ſolùm eſſe confirmata priuilegia Ordini noſtro conceſſa, & nõ alias renouata; ita habetur *in Bulla Iulij II. anni* 1504. incipit, *In militantis Eccleſiæ agro*, & habetur *in monumento Minorum folio* 121. & 126. *conſ.* 277. hinc oritur dubitandi ratio. Primò, quòd videtur illa reſponſio contra proprietatem verborum, præcipuè illorum, *& de nouo concedimus*. Secundò, quia hoc modo viden- 4
tur fruſtrà addi; nam illud ſatis fuerat factum per confirmationem puram, non ſolùm ex certa ſcientia, ſed etiam in forma communi. Tertiò ſequitur minus concedi per illa verba, quàm per confirmationem in forma ſpecifica: nam per hanc reparantur, & reſtituuntur priuilegia reuocata vt *ſuprà* proprio quæſito probauimus, quod negatur fieri per verba prædicta.

Pro intelligentia verò huius tituli quæſtionis, & eorum, quæ di- 5

cturi

ctũri ſumus, conſiderandũ occurrit, hoc nomen priuilegiũ, æquiuocè
poſſe ſumi; vno modo pro iure ipſo, ſiue pro gratia per Principẽ cõceſ-
ſa: alio modo pro inſtrumento authentico, in quo talis conceſſio, & fi-
6 des, ſeu probatio eius continetur; quemadmodum & nomen contra-
ctus interdum ſignificare ſolet pactum ipſum, interdum inſtrumen-
tum authenticum eius, vt latè tradit Tiraquellus *lib. de retract. §. gloſ-
ſa 1. in principio*: nam ex vſu non minus conſtat hoc in priuilegio,
7 quàm in contractu: hinc ergo innouatio priuilegij interdum ſolùm
refertur ad inſtrumentum; quia vetuſtate fortè conſumitur, & ob id
innouatio eius conceditur: aliquando verò habet relationem ad rem
8 ipſam, ſiue ius antiquitus conceſſum, quod poſtea innouatur. Inno-
uationẽ priori modo ſumptã nulli dubium eſt non cõferre ius nouum,
vt liquidò patet ex *cap. cùm dilecta*, ex illis verbis, *Prædicta priuile-
gia iam nimia vetuſtate conſumpta cùm fuerint, & non in pergamino,
ſed in papyro conſcripta, duximus innouanda*, quo in ſenſu loquuntur
9 ferè omnia alia iura; innouari ergo priuilegium hoc modo nihil aliud
eſt, quàm nouum inſtrumentum, priuilegij antiqui ex veteri inſtru-
mento exemplari quod eiuſdem ſit authoritatis cum originali, quia
Principis authoritate factum, vel approbatum eſt, arg. *cap. vlt. de fi-
10 de inſtrumentorum*, & ob id ius nouum dari nequit, quia ius in mul-
tis inſtrumentis contentum, nec eſt aliud, & aliud, nec maius. Vn-
de rectè Abbas *in dict. cap. cùm dilecta*, ait, quòd talis innouatio ius
in priuilegio contentum non confirmat ſecundùm ſe, quia illi robur,
aut valorem non addit; quoad nos verò quodam modo confirmat,
11 quia facilior & diuturnior fit probatio eius, & hoc modo dicitur in-
nouatio hæc conſeruare priuilegium, quia perdito, vel cõſumpto in-
ſtrumento perditur ius quoad forum ſaltem externum, & ideo per
renouationem priuilegij quodammodo conſeruatur ius in eo conten-
tum: quocirca de hoc innouationis modo nulla nobis eſt quæſtio
(quod eſt valde notandum ad diluenda argumenta aduerſarij, vt ſuo
loco videndum eſt) nam hoc modo loquendo idem eſt *innouare*, quod
*confirmare*, & *confirmare*, quod *innouare*.

12 Alio autem modo nomen priuilegij importat ius ipſum, quod in-
notatur, & non inſtrumentum continens illud; de hoc enim inno-
uationis modo videntur loqui Pontifices quando dicunt innouare
13 priuilegia, tum quia eodem modo dicunt innouare, quo confirmare:
non confirmant autem inſtrumenta, ſed gratias, & iura in illis con-
tenta; ergo illa eſt innouatio: tum quia & non concedunt licentiam
reno-





renouandi, aut exemplandi de nouo vetera inſtrumẽta, nec tranſum-
pta approbant, ſed ipſamet formalia priuilegia innouant: tum etiã quia 14
ſæpe dicunt expreſsè de nouo talia priuilegia concedere; concedere
autem de nouo priuilegium non eſt inſtrumentum eius condere, ſed
ius ſpeciale donare, hic enim innouãdi modus multùm differt à prio-
ri: nam innouatio hæc tantùm ad ius conſeruandum, ac de nouo
concedendum ſe extendit, nec reſpicit inſtrumentum, in quo con-
tinetur: optimè enim poteſt ius renouari, non innouato inſtrumen- 15
to: at illa ita inſtrumentum reſpicit, vt nullo modo ius in ipſo con-
tentum connotet, ac proinde renouato inſtrumento, non innouatur
ius; hic loquendi Pontificum modus verbo *confirmandi*, additus, ita 16
extendit illud, ſicut ſuprà notauimus, vt æquiualere cenſeatur con-
ceſſioni nouæ (vt infrà erit dicendum) de hoc innouandi modo agi-
mus, & quærimus quid important illa verba in bullis poſita, *Inno-
uamus, & de nouo concedimus*, dántne præcisè priuilegio firmitatem,
& robur, vel ſit noua conceſſio, & nullitatis priuilegij validatio? quod
eſt addere verbo confirmandi aliquam formalitatem.

## Capvt II.

*Quæſtioni reſpondetur, argumentáque pro ratione dubitandi diluuntur.*

TItulo quæſtionis dilucidato reſpondendum erit quæſtioni, ſed 1
priùs diſtinguendum occurrit de innouatione eodem modo, quo
diſtinguimus confirmationem, in eam, quæ eſt in forma communi, &
eam, quæ eſt ex certa ſcientia, ſiue in forma ſpeciali: ita etiam priui-
legiorum inuocatio quoad ius, & gratiam diſtinguenda eſt in eam,
quæ datur in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia, vel in eam quæ fit in
forma communi. Hanc diſtinctionem ex *cap. 1. de confirmatione vtili,
vel inutili*, & gloſſa *ibidem in verbo confirmamus*, colligo; ratióque
ipſa demonſtrat, nam in poteſtate Pontificis eſt vtroque modo illam
facere. Poſita ergo tali diſtinctione, & illam applicando cum proprie-
tate ad confirmationem, videtur ad quæſtionem dicendum per ſe-
quentes concluſiones.

Prima concluſio priuilegiorum innouatio data in forma communi 2
non diſtinguitur à verbo confirmandi, idémque importat, ob id n. n
renouat priuilegia quomodolibet reuocata, vel amiſſa, nec tribuit

ius nouum,ſed tantùm antiquum conſeruat.Prima pars huius aſſerti
habetur gloſſa *in cap.* 1. *de confirm. vtili, vel inutili*, ſecundùm com-
3 munem Doctorum intelligentiam, vbi dicitur, *Confirmatio impetra-*
*ta ſub forma communi ſiue etiam innouatio.* vbi dictio *ſiue*,non ſtat diſ-
iunctiuè, ſed declaratiuè extendens & declarans verbum,*confirmo*,ac
idem denotans argumento *in l. ſi quis ita,ff. de aur. & arg. legat.* Re-
buff. *in tract. nominat.quæſt.*14.*num.*44.Cened. *pract.& canon. quæſt.*
*ſing.* 42. *num.* 3 & 4. Cardinalis Tuſchus *pract. concluſ. tom.* 2. *litt. D.*
*concluſ.* 372. *num.*16. quia naturæ ſuæ eſt, potius ampliare, declarare,
quàm diſtinguere, *l. cùm quis* §.*fin.ff.de legat.* 3. Rota Romana apud
4 Farinac. *deciſ.*275. in nouiſſimis. Poſterior verò concluſionis pars
ſic oſtenditur ex interpretatione Iulij ſecundi *ſuprà* allegata,quæ pla-
nè ſupponit ſolùm verbum innouandi, ſeu quod magis eſt verbum
de nouo concedendi, non ſatis eſſe ad reſtituendum priuilegium re-
uocatum, vel amiſſum; ergo maximè, quando talis innouatio fit in
5 forma communi ,& re non diſcuſſa, neque cognita. Secundò id pro-
bari poteſt à paritate rationis, quia innouatio reſtituens priuilegia re-
uocata, vel amiſſa, æquiualet nouæ conceſſioni vt *ſuprà* de confir-
matione in forma ſpeciali oſtenſum eſt, ſed incredibile eſt Pontifi-
cem in generali loquentem, & ſine cauſæ cognitione intendere, no-
ua priuilegia concedere; ergo incredibile etiam eſt, vti verbo inno-
uandi, in illo ſenſu quando non procedit ex certa ſcientia, & cauſa
cognita: ergo talis innouatio in forma communi non reſtituit priui-
legia amiſſa,reuocatáque, neque ius nouum tribuit.
6 Tertiò, ſic proprietas verbi innouandi, non cogit interpretandum
ex vi illius fieri nouam conceſſionem priuilegij etiam priùs inualidi,
vel reuocati; tum quia verbum *innouatio*, idem ſupponit quod ver-
bum confirmandi, tum quia renouari ſæpe dicitur quod durat, &
nondum extinctum eſt, vt exemplo clarum redditur in moralibus &
arte factis, vt in domo, & ſimilibus, in feudo, promiſſione, voto,&c.
ideo res renouata non ſemper eſt altera ab antiqua, ſed eſt eadem
in priſtinum ſtatum reducta, vel ad meliorem formam redacta: vt
7 bene Panormitanus *lib.* 2. *conſ.* 67. tradit, dicens eum qui pe-
tit renouationem, non ſupponere caducitatem, ſed potiùs ſupponere
exiſtentiam, & valorem rei; petere verò innouationem ne vetuſtate
pereat. & probatur optimè ex *cap. longinquitate* 12. *quæſt.*2.*& cap.*1.
8 *de precariis*, iuxta gloſſam *ibi*, ergo innouatio priuilegij pura,& com-
munis non extenditur ad nouam conceſſionem, ſed ſolùm ordinatur
ad



ad conſeruationem priuilegij iam conceſſi, & durantis. Conſequen-
tia patet, quia hæc duratio cùm non ſit facta cum cauſæ cognitione,
nec ex certa ſcientia, non eſt extendenda, ſed potiùs reſtringenda,
quantum proprietas verbi patitur, quia fieret periculoſa, & odioſa;
ergo ex vi talis formæ non inducit nouum valorem, ſed tantùm an-
tiquum renouat.
Secunda concluſio. Innouatio ex certa ſcientia prout diſtinguitur 9
contra innouationem in forma communi, non ſolùm diſtinguitur à
verbo *confirmandi.* Verùm ius nouum de ſe confert,& æquiualet con-
ceſſioni, ideóque poteſt reſtituere priuilegium perditum, & à for- 10
tiore omnem vetuſtatem eius tollere, & in priſtinum ſtatum illud
reſtituere.
Prior pars huius concluſionis ex eo conuincitur, quia verbum in- 11
nouandi, & de nouo concedendi ex certa ſcientia, eo modo diſtin-
guitur à verbo confirmandi, quo diſtinguitur à verbo innouandi in
forma communi, ſed contrà diſtinguitur ab illa; igitur eodem modo
erit diſtinctio inter verbum confirmandi in forma communi, ac ver-
bum de nouo concedēdi in forma ſpeciali:Conſequentia eſt euidens,
quia, vt paulo antea reliquimus probatum, verbum innouandi in
forma communi, idem dicit ac verbum confirmandi; ſecùs verò eſt
dicendum de verbo innouandi ex certa ſcientia, pro vt cadit ſupra
verbo confirmandi in forma ſpeciali ex rationibus in præcedenti
quæſtione adductis. Quoad ſecundam verò partem, aſſertio eſt com-
munis ſententia ſecundùm opinionem P. Suarij *lib.*8.*de legibus, cap.*
20.*num.*8.eámque habet Corduba *in compend. Minor. verbo abſolutio*
*quoad ſeculares*, 1.§.19.Ioannes de Lignan.Abbas *in cap.cùm ſuper,*
*de cauſ.poſſ.*Felin.latè *in cap.inter dilectos, de fide inſtrumentorum*, &
*in compendio noſtri Ordinis, verbo priuilegia Fratrum*, §.15. Refert
Collector hanc fuiſſe ſententiam doctiſſimorum Salamanticenſium,
rationibúſque probari poteſt, quibus ſimilem aſſertionem de confir-
matione ex certa ſcientia oſtendimus *in cap.*3. *quæſtionis primæ*, ferè
enim ſunt eadem maximè in effectiua ratione: verùm poteſt in hunc
modum probari. Verbum renouandi eodem modo ſuam proprieta- 12
tem effectiuè reſpicit rem præexiſtentem, & rem perditam ſuper
quam cadere poteſt. Et ſubiectiuè alio, & alio modo; vtrumque
enim probant iura *ſuprà* citata, & vſus, & ipſa vis vocis; igitur quan-
do priuilegium dicitur renouari ex certa ſcientia, amplianda eſt re-
nouatio ad omnem modum poſſibilem, qui ſub propria ſignificatio- 13
N 2 ne

13 ne talis verbi cadere poſſit. Probatur conſequentia, quia talis reno-
uatio cùm ſit fauor Principis, & ab eodem detur ex certa ſcientia, &
conſequenter ex plenitudine poteſtatis, amplè interpretandum eſt,
tam ex parte perſonæ, quàm ex parte modi; ergo de ſe habet vim
conceſſionis nouæ ſeu excitationis priuilegij, ſi neceſſaria fuerit; hoc
autem magis indubitatum erit, ſi verba confirmationis ſint, *& de
nouo concedimus*, quia nulla poſſunt eſſe clariora; ergo ſi ſimul ſit ex
certa ſcientia, nihil amplins deſiderari poteſt ad hunc effectum in-
telligendum.

14 Sed quæres, quem effectum habet innouatio in forma communi
diſtinctum à confirmatione ſimili? Reſpondent DD. ad hoc quæſi-
tum vario modo. Alij namque dicunt ſi innouationem contingat ca-
dere ſupra priuilegium inualidum, vel reuocatum, aut amiſſum per
contrarium vſum, vel alio modo deperditum, nihil conferre, ſicut
15 nec confirmationem, quia deficit in fundamento. At ſi innouatio ad-
iungatur priuilegio valido, & adhuc in ſua ſubſtantia permanēti, ad
ſummum cōfert quoddam robur, & firmitatem, eo modo quo dictum
eſt de confirmatione in forma communi: nam *ſuprà* oſtendimus,
16 hanc ab illa non differre. Alij verò affirmant per hanc innouationem,
cenſeri ipſo facto renouatum priuilegium, quoad probationem talis
gratiæ; ita vt illud nouum indultum ſit quaſi priùs priuilegium, ſeu
inſtrumentum renouatum; quia Princeps non præcipit, vel conce-
dit, vt renouetur inſtrumentum, ſed ipſemet renouat; ſed reuerà
iſti à veritate alieni videntur, niſi innouatio detur ex certa ſcientia,
vel tenor prioris indulti in poſteriori inſeratur, quod perinde eſt;
quia ſi vtrumque horum deſit, generalia verba non ſufficiunt ſine
authentica alia probatione.

17 At alij, vt Emanuel Rod. *tom.* 1. *quæſt. reg. q.* 8. *art.* 2 § *vlt.* P. Mirand.
*de priuilegiis confirmatis in ſuo manuali, quæſt.* 35. *art.* 8. indicant
alium effectum, ſcilicet per talem innouationem fieri, vt ad præſcri-
bendum contra tale priuilegium: neceſſarium ſit computari tempus,
à tempore talis innouationis, quia licèt per aliquos annos priùs fue-
rit inchoata præſcriptio contra illud priuilegium, ſi non fuit conſum-
mata, poſtea non poterit computari ad reuocationem priuilegij con-
18 ſummaniā, ſed oportebit de nouo inchoari: quia innouatio eſt quæ-
dam reſtitutio rei ad priſtinum ſtatum. Verùm hæc doctrina multum
diſplicet P. Suario, quia nulla apparet ſufficiens ratio, quare huiuſ-
modi effectus tribuatur innouationi, & non confirmationi in forma





communi; tum quia nec ius, nec authoritatem ſufficientem adducit;
tum quia etiam confirmatio in forma communi eſt roboratio rei præ- 19
exiſtentis, & conſequenter aufert omnem infirmitatem eius; illud
autem tempus contrarium, quando computari poteſt ad deſtruen-
dum priuilegium, multùm debilitat firmitatem eius; ergo hæc de-
bilitas tollitur per illam confirmationem. Sed reuerà Rodriquez ſen- 20
tentia mihi valde probatur, neque video aliquam efficacem rationem,
nec ius, quare eam reiiciat Suarius; quia realiter innouatio in forma
communi tollit præſcriptionem non conſummatam: nam Princeps
per talem innouationem cenſetur velle conſeruare ius antiquum, & 21
firmitatem priuilegij. Quæ conſeruatio de ſua ratione formali tollit
omne illud, quod debilitare poteſt actum, & priuilegium confirma- 22
tum; igitur eſt proprius operandi modus, ac effectus innouationis in
forma communi, non ſolùm interrumpere tempus, ne præſcriptio
currat, verùm etiam priuilegium conſeruare, & ius eius ne lædatur;
alioquin omni effectu, & efficacia vacua eſſet hæc innouatio in ſimili
forma. Nec rationes Suarij iuuant, quandoque idem important in-
nouatio, & confirmatio in forma communi; & conſequenter vnus 23
eſt vtriuſque effectus: ſicut confirmatio ex certa ſcientia ſecundùm
communiorem opinionem, quam nos ſequimur, & ipſemet Suarius
tenet, habet vim nouæ conceſſionis, quæ eſt effectus formaliſſimè
loquendo, verbi *innouamus, ac de nouo concedimus*, nihilominuſq; ex
hoc nullum inconueniens aſſignamus. Falſum quoque eſt ſententiam 24
Rodriquez non fundare in ratione, & iure, quia omnia iura in titulo
de confirmatione vtili, vel inutili innouationi in forma cōmuni hunc
tribuunt effectum, ſolùm P. Suarez nolens quidditatem illius verbi
innouandi intelligere, quæ in illa conſeruatione conſiſtit, noſtros
reprehendit autores.

Supereſt vt argumentis pro dubitandi ratione adductis ſatisfacia- 25
mus. Collector Mendicantium §. d. 15. reſpondet illam declaratio-
nem Iulij ſecundi datam fuiſſe abſolutè, & generaliter propter defe-
ctum relationis, indicans attenta rei veritate non fuiſſe legitimam,
vbi Corduba, & Rodriquez *dicta quæſt.* 8. *art.* 2. & quidem bene, quia
non video quid aliud poſſit reſponderi, cùm ex tenore indulti Sixti
IV. euidenter apparet fuiſſe ex certa ſcientia, & mera voluntate, &
metu proprio pro potiori cautela, omnes enim hæ particulæ forma-
liter ibi inueniuntur, quæ clariſſimè explicant mentem Pontificis 26
fuiſſe priuilegia illa valida cōſtituere in quocunque ſtatu antea eſſent.

Ininterrogatione autem quæ fuit propoſita Iulio ſecundo nulla mentio facta fuit conceſſionis de nouo ex certa ſcientia, ſed tantùm quòd Sixtus IV. confirmando priuilegia, de nouo illa conceſsit, nullam aliam circũſtantiam vel qualitatem renouationis declarando, aut proponendo, vt apertè colligitur ex tenore indulti Iulij II. in monumento noſtri Ordinis *fol.* 125. in tertia ſupplicatione. Reſpondit igitur Iulius iuxta interrogata, reſtringens potiùs, quàm extendens renouationem, & ita confirmat noſtram primam concluſionem, & non obſtat ſecundæ, quia reſponſio non cecidit in materiam eius, nec aliæ factæ ibi ex hoc fundamento rationes.

---

## QVÆSTIO QVARTA.

### *An priuilegiorum Ordini Minorum conceſſorum confirmatio à Clemente VIII. & Paulo V. facta, ſit in forma communi, vel potiùs ex certa ſcientia.*

### CAPVT I.

*Sententia affirmatiua adducitur.*

1 FRater Philippus S. Antonio, *in tract. de priuileg. viuæ vocis oraculo conceſsis, ac confirmatis, dub.* 1. *num.* 15. tenere videtur, confirmationem priuilegiorum, etiam viuæ vocis oraculorum conceſſorum Fratribus Ordinis Minorum, necnon aliis Mendicantibus priuilegiorum communicationem habentibus à Pontificibus Clemente VIII. & Paulo V. datam, eſſe in forma ſpeciali, ſeu ex certa ſcientia, quam ſententiam ex parte ſuſtinet Portel. *verbo priuilegij confirmatio, num.* 22. *lib. de dub. regul.* P. Miranda *quæſt.* 34. Idem ſentire arbitror Suarium *lib.* 8. *de leg. cap.* 20. *num.* 5. *verſ. dico autem, in principio.* Et quamuis ſuam non probet opinionem, nihilominus paſſim ex his
2 *num.* 3. 4. *&* 5. dicit ſic illam probare. Paulus V. confirmauit, ac de nouo conceſſit omnia priuilegia etiam viuæ vocis oraculo conceſſa Ordini Minorum ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis; igitur priuilegiorum confirmatio huiuſmodi eſt in forma ſpecifica. Conſequentia eſt euidens, quia ad hoc vt confirmatio priuilegiorum in forma ſpeciali dicatur, aliud non requiri docent DD. Molin. *de iuſt. &*



*iure, diſput.* 174. *tom.* 1. Suarius *de leg. loco quo ſuprà, ac cap.* 18. *num.* 6.
Velaſquez, & alij, quos *quæſt.* 2. *cap.* 1. citauimus. Antecedens verò ſic 3
oſtendi poteſt. Paulus V ideò verba illa *Ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis*, non poſuit, quia priuilegiorum confirmaionem factam per Clementem VIII. tanquam expreſſam habere voluit,
imò vt Portel affirmat, illam confirmauit: at Clemens VIII *in bulla,* 4
*Ratio paſtoralis officij*, anno 1597. omnia & ſingula priuilegia confirmauit, ac de nouo conceſſit ex certa ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis; igitur eodem modo, & forma videtur colligendum confirmaſſe Paulum V.

At verò Antecedens, ſicut nec ſufficienter probatum, ita nec ve- 5
rum, aliam expoſcit probationem, declarationémque, quam ipſe declarando aperire conabor: nam confirmationem priuilegiorum Clementis VIII. indubitatum vtique eſt, eſſe ex certa ſcientia; licèt quoad effectum vertatur in quæſtione, vt infrà *ſequent. cap.* oſtendam; ſed illa Pauli V. non ſufficienter probatur, in quo Pontifex confirmat aliam Clementis ex certa ſcientia eſſe in forma ſpeciali, ſeu ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis: ob id quærendum eſt aliud fundamentum, aliáque quærenda ratio.

Nihilominus aliqualem poſſumus adducere rationem, ex qua illud 6
Antecedens fundabitur: non eſt namque neceſſarium, ad hoc vt cõfirmatio priuilegij dicatur ex certa ſcientia, vt apponatur in inſtrumento clauſula, *Ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis*; ſed
ſufficit quòd ex aliis verbis eiuſdẽ inſtrumenti, vel ex narratis in illo 7
conſtat Principem cum plena facti cognitione proceſſiſſe, ſic Panor. *ad cap. cùm inter, & in cap. ad hæc de reſcript.* Felinus *in cap. nonnulli, eodem titulo, & in cap. cùm inter, de exceptionibus*: at ex narratis in inſtrumento, confirmationis priuilegiorum Ordinis Minorum colli-
gendum videtur Paulum V. cum facti cognitione confirmaſſe dicti 8
Ordinis priuilegia; igitur illa confirmatio, *Ex certa ſcientia*, licèt non ſit appoſita expreſsè & formaliter clauſula illa.

Præterea ſi vera eſt ſententia DD. docentium quòd clauſula, *Ex* 9
*certa ſcientia* probari poteſt per teſtes. Rota *in nouiſsimis deciſ.* 332. Rom. *conſ.* 327. Afflit. *deciſ.* 353. *num.* 8. *& in titulo, per quem fiat inueſt. num.* 34. *& ſequentibus*, Iaſ. *in l. ſi quis, inquam, ff. quod quiſque iur. Franc. in cap. ſi motu proprio, num.* 4. *de præbend. in* 6. Oldr. *conſ.* 329. *in prin.* Felinus *in cap. præterea, num.* 9. *de teſtibus cogendis, & in cap. cùm inter, de reſcript. in* 6. Staphil. *de litt. grat. & iuſt.* Char. 84. *verſ. imò*

10 *ſunt aliqui* Maria iunior *conſ. 65. num. 54. vol.1.* Cur non probabitur hanc priuilegiorum confirmationem eſſe ex certa ſcientia, etiam viuæ vocis oraculo conceſſorum Ordini Minorum, mendicantibúſque Ordinibus communicationem priuilegiorum habentibus, doctiſſimi, religioſiſſimique viri Patris Fr. Ludouici à ſancto Ioanne Euangeliſta atteſtantis ſe plenè & perfectè de omnibus & ſingulis priuilegiis, ac ipſorum totis tenoribus Paulum V. informaſſe, ac proinde Pontifex certior factus de priuilegiorum tenoribus, omnia dicti Ordinis ad eiuſdem inſtantiam confirmauit; igitur illa confirmatio videtur ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis.

11 Hinc ſubſumit Fr. Philippus aliam conſequentiam ex vi huiuſmodi confirmationis, & innouationis, priuilegia viuæ vocis oraculo, ex quo ſunt de nouo conceſſa & confirmata ſpecifica à Paulo V. non eſſe amplius oracula, ſed priuilegia bullata, ſeu inſtrumento firmata, prout inferiùs declarando fuſiùs hanc ſententiam dicemus.

---

## Capvt II.

*Dilucidantur aliquæ clauſulæ Clementis VIII. & Pauli V. in priuilegiorum confirmatione appoſitæ.*

1 ANtequam ad determinationem huius quæſtionis deueniamus, operę pretium eſt in medium nonnulla bullarum Clementis VIII. & ac Pauli V. adducere, & declarare, ex quibus veritas noſtræ ſententiæ apparebit, & falſitas oppoſitæ opinionis impugnabitur. Dominus Papa Clemens igitur in Bulla *Ratio paſtoralis Officij*, anno 1597. ſic.

### §. Primus.

2 *CLemens Papa VIII. &c. Cùm pro parte dilecti filij Ioannis Baptiſtæ Moles Commiſſarij generalis in Romana Curia Vltramontanæ familiæ prædicti Ordinis de Obſeruantia, nobis expoſitum fuerit, ex ipſius Sedis benigna dignatione prouenire, vt Romanus Pontifex quandoque prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum geſta innouet, & Apoſtolica authoritate innouata, & reſtaurata muniat, & fulciat, & in priſtinum ſtatum reponat, ac reducat, nec non propterea nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, quaſdam gratias, conceſſiones, indulgentias, & peccatorum remiſſiones, abſolutiones, etiam plenarias libertates,* prærog-



*prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates; multáque alia priuilegia, & indulta tam prædictis Fratrum Minorum, quàm ſanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato Ordinibus illorũ ſuperioribus, Fratribus, Monialibus, & ſororibus, ac vtriuſque ſexus perſonis, & Monaſteriis, domibus, Eccleſiis, & locis quibuſcunque dictorum Ordinum, nunc, & pro tempore exiſtentibus, in genere, vel in ſpecie, etiam per modum communicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum, aliiſque Ordinibus, eorúmque domibus, Eccleſiis, & vtriuſque ſexus perſonis Ordinum mendicantium, & non mendicantium exiſtent conceſſorum conceſſerunt, aut iam conceſſa confirmauerunt, & approbauerunt, prout ſingulis conceſſionibus, declarationibus, & litteris eorundem prædeceſſorum expeditis pleniùs dicitur contineri.*

### §. Secundus.

*CVm autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, illa quæ ſæpiùs Apoſtolica auctoritate prædicta munita exiſtant, maiorem obtineant roboris firmitatem prò parte prædicti Ioãnis Baptiſtæ Moles nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt prædictis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, fauoribus, conſeruatoriis, declarationibus, facultatibus, diſpenſationibus, gratiis, conceſſionibus, indulgentiis, & indultis, pro illorum obſeruantia noſtræ approbationis robur adiicere, aliáſque in præmiſſis opportunè, prouidè de benignitate Apoſtolica dignaremur.* 3

### §. Tertius.

*NOs igitur qui omnium votis, præſertímque illorum qui ſub ſuaui religionis iugo diuinis laudibus, &c. id eſt, huiuſmodi inclinationib. inclinati, quæcunque præmiſſa, ac omnia & ſingula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias & indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cum aliis Ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus eiuſdem Fratrum Minorum regularis Obſeruantiæ, & ſanctæ Claræ, & de pœnitentia tertij Ordinis etiam in congregatione ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & eorundem ſuperiorum Ordinis Minorum regularis Obſeruantiæ huiuſmodi obedientia degentibus, ipſorúmque ſuperiorum fratribus monialibus, ſoro-* 4

ribus, ac vtriuſque ſexus etiam ſingularibus perſonis, nec non Mona-
ſteriis, domibus, Eccleſiis, & locis quibuſcunque in genere, & in ſpecie,
5 etiam per ſolam ſignaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur,
aut aliàs per eoſdem Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, &
Sedem prædictam ſub quacunque forma & expreſſione verborum conceſ-
ſa, ac etiam iteratis vicibus approbata, necnon omnibus, & ſingulis in
eis forſan contentis clauſulis, decretis, & declarationibus quibuſcunque,
ac ſingulas deſuper etiam pluribus vicibus confectas litteras, & in eis
contenta, & inde ſecuta quæcunque illorum omnium tenores, & formas
datas, effectas, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum
infererentur, & in iis eſſet inſerta præſentibus pro ſufficienter expreſ-
ſis habentes dicta authoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa
ſcientia in iis omnibus, in quibus decretis Concilij Trident. non aduer-
ſantur, ſaluis etiam decretis à nobis in fauorem Fratrum Reformato-
rum conceſſis approbamus, & confirmamus, ac innouamus, perpetuám-
que roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari, &c.

---

## PAVLVS PAPA V. &c.

6 INiuncti nobis Apoſtolici muneris ratio poſtulat, vt ſacrarum Religionum in militanti Eccleſia ſuaues in Domino fructus aſſiduè, &c.

### §. Primus.

7 EXponi ſiquidem nobis nuper fecit dilectus filius Ludouicus à ſancto Ioanne Euangeliſta, Ordinis Fratrum Minorum ſancti Franciſci de Obſeruantia, in Romana Curia Commiſſarius generalis, quòd variæ gratiæ, conceſſiones, libertates, prærogatiuæ, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultatéſque, & alia priuilegia, & indulta, tam prædicto Fratrum Minorum, quàm ſanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato Ordinibus, illorúmque Superioribus Fratribus Monialibus, & Sororibus, ac vtriuſque ſexus perſonis, &c.

### §. Secundus.

NOs igitur Ordines prædictos ex quibus vberrimi in eadem Eccleſia ad Dei omnipotentis laudem, & Chriſtianæ Reipublicæ ſpiri-





tuale commodum, & vtilitatem iam tum ab ipſorum Ordinum primordiis profluxerunt, & in dies profluunt fructus ſpecialis gratiæ, fauore proſequi volentes, & illorum ſingulares perſonas, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus, quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quæcunque præmiſſa, ac omnia & ſingula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, & indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cũ aliis Ordinibus mendicãtibus, & nõ mendicãtibus, eiſdem Fratrum Minorũ de Obſeruantia, & ſanctæ Claræ, & tertio de Pœnitentia Ordinibus, etiam in congregatione ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & Superiorum Ordinis Minorum de Obſeruantia prædicti obediẽtia degentibus, ipſorúmque Ordinum Superioribus, Fratribus, Monialibus, Sororibus, ac vtriuſque ſexus, etiam ſingularibus perſonis necnon illorum Monaſteriis, domibus, Eccleſiis, & locis quibuſcunque in genere, & in ſpecie, & per ſolam ſignaturam, etiam viuæ vocis oraculo, & aliàs per eoſdem Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros; ac nos, & ſedem prædictã ſub quacunque forma, & expreſſione verborum conceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata, & vltimo loco à dicto Clemente prædeceſſore confirmata cum omnibus, & ſingulis in eis forſan contentis, clauſulis, decretis, & declarationibus quibuſcunque, necnon ſingulas deſuper etiam pluribus vicibus confectas litteras, & in eis ſimiliter contenta, & inde ſecuta quæcunque illorum omnium tenores, formas, datas, effectus, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, & his inſerta forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes authoritate prædicta tenore præſentium, in his omnibus videlicet, in quibus ſacri Conc. Trident. decretis, ac conſtitutionibus, & litteris Apoſtolicis, & decretis Clementis VIII. prædeceſſoris noſtri non aduerſentur, ſaluiſque decretis dicti Clementis in fauore Fratrum Reformatorum factis remanentibus, perpetuò approbamus, confirmamus, & innouamus; necnon illa etiam perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ, noſtræ authoritatis præſidio communimus, ac perpetuum robur obtinere, & firmiter obſeruari Ordinibus Fratrum Minorum regularis Obſeruantiæ, & ſanctæ Claræ, ac tertio de Pœnitentia nuncupato, huiuſmodi etiam con-

*gregatione ſub obedientia eorũdem Fratrum Minorum, vt præfertur, degentibus, ac Ordinum prædictorum Superioribus, Fratribus, Monialibus, etiam Tertiariis nuncupatis, ac domibus, eccleſiis, & locis prædictis etiam per modum communicationis.*

10 Pro Bullarum prædictarum igitur intellectu, aliqua ſunt ſcitu digna præmittenda. Primò namque aduertendum eſt, priuilegiorum confirmationem, & innouationem proferri aliquando ex certa ſcientia formaliter; & quoad effectum non eſſe ex certa ſcientia, ſed in forma communi: at hoc vt meliùs percipias, aduerte, indulta, &
11 priuilegia Pontificia in quibus confirmantur, & innouantur ex certa ſcientia priuilegia, aliquando dari abſolutè, aliquando verò cum aliquo addito, quod ita reſtringit confirmationem, vt licèt ſit ex certa, non tamen confirmat priuilegium, niſi in forma communi: talia cenſentur illa verba, *prout ſunt in vſu*, quæ aliqui Pontifices addiderunt confirmando priuilegia aliquarum religionum, vt Gregorius XIII. confirmando priuilegia noſtri Ordinis in Bulla *Ex benigna*, anno 1575. & in alia eiuſdem Gregorij confirmantis priuilegia Clericorum regularium, qui dicuntur Miniſtri infirmorum, cum illo addito, dummodo ſub illis reuocationibus non ſint comprehenſa. Item Leonis X. confirmantis priuilegia etiam noſtri Ordinis, pro vt in libris Ordinis reperiuntur, *ſupplem. conceſſ.* 191. aliæ multæ additiones apponuntur, quas in priuilegiorum omnium Ordinum confirmationibus inuenies, & refert Eman. Rod. *quæſt.* 8. *art.*
12 1. Denique alia limitatio, & reſtrictio vſitata poſt Conc. Trident. in confirmationibus priuilegiorum eſſe ſolet, *dummodo Conc. Trident. non ſint contraria*, vt patet ex Bullis Gregorij XIII. *ſuprà* citatis, & ex Bulla Sixti V. anni 1587. *Etſi Mendicantium*, in qua confirmauit Ordinis noſtri priuilegia ex certa ſcientia cum illa limitatione, & ex
13 Bulla tandem Clementis VIII. confirmantis priuilegia noſtri Ordinis cum aliis limitationibus, nempè, *In quibus decretis Conc. Trident. non aduerſantur, ſaluis etiam decretis à nobis in fauorem Fratrum re-*
14 *formatorum conceſsis.* Vltimo loco Paulus V. vſus eſt aliis reſtrictionibus, *in his omnibus*, videlicet, *in quibus ſacri Conc. Trident. decretis & conſtitutionibus, & litteris Apoſtolicis, ac decretis Clementis in fauorem reformatorum factis remanentibus*: nam vt effectus (de quo *ſuprà* in proprio quæſito egimus) confirmationis, & innouationis ex certa ſciẽtia ſequatur, tanquam diſtinctiuum diſcriminans hanc à confirmatione in forma communi (vt elegãter docet Suarius *lib.* 8. *de legibus*,

*cap.*



*cap.* 18. *num.* 16. *in principio*) oportet vt detur abſolutè, & ſimpliciter abſque alio addito, quod repugnet validationi nullitatis actus, ſeu conceſſioni nouæ priuilegij amiſſi: at verò limitationes huiuſmodi, 15
cùm limitent innouationes, & confirmationes priuilegiorum, quantumuis ex certa ſcientia proferantur, ita operantur, vt effectus ſuos non valeant producere; & proinde remanent quòd affectus in ratione confirmationis, & innouationis in forma communi. Notanter vltimo loco adduximus confirmationem Pauli V. ſub illis datam reſtrictionibus, ex eo, quod Frater Philippus affirmat eſſe ex certa ſcientia, & ex plenitudine poteſtatis, cùm reuerà à veritate elongatur, vt *infrà* dicemus.

Notandum eſt ſecundò, quòd ſi vnica, & indiuidua diſpoſitione, 16
ſeu cõfirmatione Princeps ex certa ſcientia diſponat, poteſt contingere, quòd talis diſpoſitio, ſiue confirmatio indiuidua poſſit eſſe ex certa ſcientia, & in forma communi ſecundùm diuerſas relationes, & ſpecificationes. Hoc doceo, propter quædam Pontificia indulta, in quibus ex certa ſcientia, omnia & ſingula alicuius religionis priuilegia confirmantur, etiam ſimpliciter & abſolutè; & tamen reſpectu priuilegiorum alicuius generis illa confirmatio, & innouatio dicitur in forma ſpeciali; reſpectu verò alterius in forma communi, & 17
poteſt in hunc modum declarari; nam ea, quæ à Principe confirmantur in vna, & indiuidua confirmatione, & in duplici differentia eſſe 18
ſolent; quædam enim proferuntur, narrantúrque ſecundùm ſubſtantiam actus, ac per ſe; alia verò tantùm relatiuè; primi generis illa 19
ſunt, de quibus Princeps eſt perfectè inſtructus, non ſolùm quoad ſubſtantiam, verùm quoad circunſtantias tenorémque confirmatarum rerum; ſecundi generis verò illa videntur eſſe, de quibus tantùm 20
Princeps quandam habet confuſam cognitionem, eo modo quo ipſi proponuntur, referuntúrue. Confirmatio igitur, ſiue innouatio reſpectu illorum, quæ per ſe narrantur, eſt ex certa ſcientia, quia ratio 21
intrinſeca talis confirmationis aliud non expoſtulat; reſpectu verò illarum quæ relatiuè narrantur, & Princeps tantùm confuſam ex eo quòd habet cognitionem, eadem confirmatio, & innouatio dicitur 22
in forma communi propter defectum perfectæ notitiæ actus, & circunſtantiarum. Talis cẽſetur priuilegiorum noſtri Ordinis confirmatio Clementis VIII. quæ in ordine ad priuilegia à ſuis prædeceſſori- 23
bus conceſſa, bullationéſque habentia, quæ videntur poſſe narrari, (licèt de hac re inferiùs dicemus quid ſit ſentiendum) cenſetúrque

Pontificem perfectam illorum notitiam habere; meritò erit ex certa
ſcientia; reſpectu verò priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſo-
rum, tantùm Pontifex relatiuè eſt informatus, vt patet ex verbis illis
eiuſdem confirmationis bullæ §. 3. in fine, *Etiam viuæ vocis ora-
culo, vt præfertur*, quæ verba apertè oſtendunt Pontificem non ha-
buiſſe veram & perfectam notitiam; dicenda eſt in forma communi;
ac proinde huiuſmodi confirmatio, & innouatio priuilegiorum vna &
eadem manens indiuidua eſt ex certa ſcientia, & in forma communi
pro hac noſtra expoſitione Suarius poteſt adduci *de legibus lib.*8. *cap.*
19. *num.*2. *in medio.*

24 Atque hinc quod dicimus de priuilegiis viuæ vocis oraculo con-
ceſſis, idem eſſe affirmandũ arbitror de aliis bullationem habentibus,
vna enim eſt de illis, ac de iſtis ratio, vt apertè demonſtrant verba
illa Bullæ §.1. vt, *iam conceſſa approbauerunt, & confirmauerunt, prout
in ſingulis conceſſionibus, & declarationibus, ac litteris eorundem præ-*
25 *deceſſorum pleniùs dicitur contineri:* nam dictio, *dicitur*, nihil ex ſua
ratione affirmat, nec propriam ſententiam exprimit, ſed tantùm
aliorum placitum refert, vt volunt cum Ariſtotel. 1. *Elenchorum*,
omnes vtriuſque facultatis DD. ac proinde Pontifex de priuilegiis
aliàs per ſuos prædeceſſores confirmatos, & innouatos, eorúmque
totis tenoribus, aliam profert non habere ſcientiam, niſi illam, quæ
relatiuè ipſi innotuit, quæ omni caret certitudine, imò aduerſatur,
& opponitur rationi formali certæ ſcientiæ, ex eo quòd hæc eſt per-
fecta, & explicita rei confirmatæ notitia, illa verò relatiua confuſa,
& ſecundam præcisè huiuſmodi confuſam notitiam Dominus Cle-
mens priuilegia confirmauit: ita probant ſequentia illa verba, *quæ-
cunque & ſingula priuilegia, exemptiones, libertates*, &c. Vnde appa-
ret euidentior priuilegiorum confirmationem hanc (licèt proferatur
cum clauſula formali *ex certa ſcientia*) eſſe in forma communi, &
26 non ſpeciali, quia clauſula *ex certa ſcientia*, non operatur in his, de
quibus Princeps præſumitur non habuiſſe notitiam perfectam & ex-
plicitam, vt *ſuprà* docuimus, ita Cotta *verbo clauſula, pag.* 113.
Menoch. *conſ.*1. *num.*432. Brunor. *verbo clauſula* 18. Sanch. *de matrim.
lib.*8. *diſp.*4. *n.*6. Rodolph. *tract. de ſuprema, ſeu abſoluta Principis po-
teſtate cap.*9. *num.*5. Tuſch. *litt. C. concl.* 340. *num.* 44. Marcheſan. *de
cõmeſſ. part.*2. *pag.*357. *n.*94. Seraph. *deciſ.*268. *n.*5. Aldr. pro omnimo-
27 da regularium exempt. *part.* 2. *cap.*1. *num.* 11. Nec obſtant clauſulæ,
*Quorum tenores, & præſentibus pro ſufficienter expreſſis*, non enim fa-
ciunt,



ciunt, vt confirmatio ſit ex certa ſcientia, quia illa ſolùm deſeruit ad
tollendam ſurreptionem, iuxta Conſilium Butri 2. vt *in vna Abulen.
& in vna Conchen.* fuit reſolutum, vt docet Garſias 3. *part. cap.*2. *num.*
234. eo magis, quia clauſulæ, *Quorum tenores pro expreſſis*, reſtrin- 28
gantur iſta narrata, Seraph. *Rotæ Rom. deciſ.*16. *num.*1. cùm narrata non
ſunt per ſe, ſed relatiuè nihil operantur, vt pulchrè docet Angel. *in l.
ſed ſi quis §. quæſitum, in fin. verſ. item dicas, ff. ſi quis caut.* & *ibi* Fulg.
*colum. fin. verſ. dubitat Angelus*, Iaſon. *col.*1. *verſ. limitat tamen Ange-
lus*, Decius *conſ.*141. *verſ. non obſtat clauſula*, Ripa *cap.*1. *num.* 80. *verſ.
ſecundus caſus*, quam ſententiam putat veriſſimam Antonius Gabriel
*concl.*5. *num.* 40. quod autem dicimus de clauſulis, *Quorum tenores
pro ſufficienter expreſſis*, hoc etiam de clauſulis eſt intelligendum, *Et
ſupplentes omnes facti, ac iuris defectus*, ſi illæ eſſent appoſitæ in ea-
dem confirmatione priuilegiorum Clementis, ſic Doctores *ſuprà*
citati.

Vlteriùs tertiò notandum eſt, confirmationem, & innouationem 29
priuilegiorum cenſeri in forma communi, quamuis proferatur ex
certa ſcientia, cum clauſula *ſupplentes, & quorum tenores*, ſi Prin-
ceps procedat ad inſtantiam partis, ſic inuenio fuiſſe declaratum
ab Eminentiſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis ſacræ Congrega-
tionis ſuper ſacri Concil. Trident. decretis, quam hîc inſeren-
dum de verbo ad verbum operæ pretium duxi, vt magis noſtræ
ſententiæ veritas eluceſcat, quæ ſic ait; *Præſuppoſita deciſione Con-* 30
*gregat. qua declaratum fuit, concordias à Sede Apoſtolica confirmatas ex
certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione non eſſe ſublatas decreto cap.*20.
*ſeſſ.* 24. *& concordia inita inter Epiſcopum, & Archidiaconum Tull.
Item eius confirmatione, quæ emanauerat ad ſupplicationem ſolius Ar-
chidiaconi, cum clauſula, ſupplentes, & quorum tenores expreſſis in ea
priuilegiis, & iuribus, ſuper quibus erat inita concordia, ſed tenore ipſius
non expreſſo fuit dubitatum, an huiuſmodi concordia eſſet confirmata ex
certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione. Die* 25. *Ianuarij* 1592. *Congre-
gatio Concilij vtriuſque partis Procuratoribus, & Aduocatis ſæpe, & ſæ-
piùs diligenter auditis cenſuit huiuſmodi concordiam non eſſe confirma-
tam ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, & conſequenter quoad
cauſas criminales eſſe reuocatam decreto dicti Capituli* 20. §. *ad hoc, ac
propterea Archidiacono non licere huiuſmodi iuriſdictione de cætero vti,
ſed eam totam, & integram Epiſcopo Tull. reliquendam eſſe.* Quæ de-
claratio fundatur non ſolùm, quia in eo quòd non fuit expreſſus te-
nor

nor illius concordiæ, ſed etiam quòd fuit confirmata ad inſtantiam partis; idem ſentire videtur Seraph. *de priuilegiis iuramenti priuil.* 107. *num.* 38. Anaſtaſius Germonius *de indultis Cardinalium* §. *nos itaque num.* 51 Sernen. *in regula de annali quæſt.* 10. Caputaquen. *part.* 2. *deciſ.* 45. cùm igitur hæc Clementis priuilegiorum noſtri Ordinis confirmatio ad inſtantiam partis, quæ vt conſtat ex verbis ipſiuſmet Pontificis, tantam firmitatem & robur poſtulauerit, quæ ad confirmationem in forma communi emanauerit ſpectat, euidenter colligendum videtur fuiſſe datam in forma communi.

## Capvt III.

*Statuitur vera ſententia, & argumenta pro oppoſita ſententia ſoluuntur.*

1 PEndet huius quæſtionis determinatio ex eorũ cognitione, quæ in præcedentibus examinauimus difficultatibus, quibus dilucidatis, haud erit difficilis reſponſio, quam per ſequentes concluſiones determinandam eſſe iudico.

2 Prima concluſio. Clementis VIII. priuilegiorum noſtri Ordinis confirmatio, ac innouatio, quamuis ex certa ſcientia emanauerit, eſt in forma communi: hæc aſſertio ex dictis & declaratis ſuperioribus quæſtionibus patet, & præſertim ex rationibus *in* 3. *cap.* 2. *quæſt.* poſitis, necnon ex his, quibus reiecimus ſententiam Suarez, & aliorum *in cap.* 2. *eiuſdem quæſtionis*. Poteſt nihilominus ſic oſtendi.

3 Priuilegiorum confirmatio, & innouatio ex certa ſcientia, quæ ſic limitatur, & reſtringitur, vt ſuos non valeat operari effectus, non eſt ex certa ſcientia, ſaltem effectiuè; quod ad tollendam formalem confirmationis, & innouationis rationem ex certa ſcientia ſufficit; igitur Domini Clementis VIII. priuilegiorum confirmatio Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia, non eſt ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis. Conſequentia eſt euidens: nam huiuſmodi priuilegiorum confirmatio, & innouatio reſtringitur, & limitatur, illa ſcilicet limitatione, *in his omnibus*, *in quibus decretis Conc. Trid. non aduerſantur*, ac alio, *Saluis etiam decretis à nobis in fauorem Fratrum reformatorum conceſsis*. Antecedens verò probatur: nam confirmatio ex certa ſcientia diſcriminatur non alio à confirmatione in forma communi, niſi in eo, quòd iſta non operatur, vt actus nullus ſuper





quem cadit, efficiatur validus, ac ſi de nouo concederetur; illa verò talem efficit operationem, vt in primo notabili fuſiùs declarauimus.

Rurſus ſecundò ſic. Confirmatio, & innouatio priuilegiorum ideo dicitur ex certa ſcientia, quia Princeps de re confirmata indubitatam habet cognitionem, qua deficiente, ruit confirmationis ex certa ſcientia formalis ratio, & induit (vt ita dicam) eſſentiam confirmationis in forma communi: ita probatum eſt *in quæſt.* 1. *huius diſputationis*. At licèt diſponat Dominus Clemens VIII. ex certa ſcientia in illa priuilegiorum confirmatione, tamen ex narratis videtur non habuiſſe perfectam, & indubitatam omnium illorum tenorum cognitionem; igitur confirmatio, innouatióque huiuſmodi non eſt ex certa ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis. Conſequentia tenet; Minor patet ex 2. noſtro notabili. 4

Et confirmatur, quia Princeps quando diſponit ad partis ſupplicationem, licèt proferatur diſpoſitio ex certa ſcientia, tamen hæc nihil operatur; & ratio eſſe poteſt quia Princeps ſolùm cum quadam confuſa cognitione procedit, eodem modo videtur proceſſiſſe Dominus Clemens VIII. confirmando priuilegia Ordinis Minorum, quia tantùm relatiuè fatetur Pontifex habuiſſe omnium illorum tenorum notitiam; igitur huiuſmodi confirmatio, ac innouatio priuilegiorum, eſt in forma communi, & non ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis totus iſte diſcurſus efficacior oſtenditur, ex his, quæ in tertio notabili diximus. 5

Verùm ne ſolus videar huius opinionis, viros doctiſſimos conſului, præſertim Illuſtriſſimum, doctiſſimúmque omni ſcientiarum genere Dominum Don Ioſeph de Napoli pro Siciliæ Regno in ſupremo Italiæ Hiſpaniarum Regis à cõſiliis, necnon Dominum Bernardinum Campelli Illuſtriſſimi, Reuerendiſsimíque Domini mei Laurentij Campegij, ſanctiſſimi Domini noſtri Vrbani Papæ VIII. apud Regiam Majeſtatem Philippi IV. Nuntij Auditorem, qui noſtram ſententiam veriſſimam eſſe affirmauerunt, ex eo, quòd in illa priuilegiorum confirmationis bulla diſpoſitionem ex narratis non colligitur fuiſſe datam ex certa ſcientia. 6

Secunda concluſio, quamuis ex hypotheſi concedamus priuilegiorum Ordinis Minorum de Obſeruantia confirmationem, & innouationem à Domino Clemente VIII. diſpoſitam fuiſſe ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis; nihilominus firmiter, conſtantérque tenendum 7

nendum eſt, priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, minimè confirmata innouatáque eſſe ex vi huius cõfirmationis ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis. Hæc concluſio ex ſecundo notabili patet, & probatur, ſi priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa ex certa ſcientia confirmantur, & de nouo conceduntur virtute iſtius Clementis VIII. bullæ confirmatoriæ, certè vel quia conſtat ex diſpoſitione, vt tenet Rota ex teſtimonio. Caputaquen. *deciſ.* 230. *num.* 6. *&* 2. *parte* 1. aut ex narratis in ipſa, vt docent Abbas, *in cap. cùm inter, & in cap. ad hæc, de reſcriptis, num.* 7. Decius *eodem cap. & titulo num.* 6. Felinus *in cap. cùm inter, de exceptio.* Suarius *lib.* 8. *de legibus, cap.* 18. *num.* 6. quam opinionem eſſe communem dicit, vel tandem ex vi clauſulæ, *Quorum tenores*, non enim video aliud caput ex quo probari poteſt certa ſcientia; ſed à nullo iſtorum probatur priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, eſſe ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis confirmata; igitur huiuſmodi priuilegia tantùm in forma communi à Clemente videntur confirmari, & non ex certa ſcientia. Conſequentia tenet, minor probatur. non enim conſtat ex vi diſpoſitionis, quia Papa atteſtatur ſe nullam aliam cognitionem habuiſſe, niſi illam relatiuam, & genericam confuſè, ſicut oſtendunt illa verba, *etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur*, nec ex narratis, quia non ſpecificantur,
8 ſed tantùm relatiuè proferuntur; neque ex vi clauſulæ, *Quorum tenores*, quia hæc clauſula in priuilegiis, & conſequenter in eorum confirmationibus nihil operatur, quia de ſtylo apponitur. ita Seraph. *Rotæ Romanæ deciſ.* 16. *num.* 1. nec facit, vt confirmatio ſit ex certa ſcientia, vt *notabili* 2. probauimus, nec extenditur niſi ad narrata per ſe, Marcheſ. *de Comoneſſ. pag.* 633. *num.* 3. ego à nullo capite ſumitur ſufficiens ratio, qua oſtendi poſſit ab aduerſariis priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa eſſe cõfirmata de plenitudine poteſtatis ex certa ſcientia à Clemente VIII.

9 Tertia concluſio Ordinis Fratrum Minorum confirmatio priuilegiorum à Paulo V. facta non eſt ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis. Hæc aſſertio eſt de ſe euidens, vt ex contextu bullæ colligitur, eam tenet Pater Miranda *de priuilegiis confirmatis, in fine illius articuli.* Portel. *loco quo ſuprà*, quamuis pro appoſita ſententia citauimus: nam partim nobiſcum, partim cum aduerſariis conueniunt, in eo quod Clemens VIII. priuilegia Ordinis Fratrum Minorum etiam viuæ vocis oraculo confirmauerit, cum contrariis ſentiunt, ſed ex altera parte, in quantum ſcilicet eadem priuilegia à Paulo V. ſub forma





communi, & non ex certa ſcientia fuêre confirmata, nobiſcum ſunt. Vnde adducere hîc verba Portel. neceſſarium eſſe iudicauimus, vt aduerſarij error detegatur. Portel. igitur *verbo priuilegij confirmatio, num.* 30. hæc habet.

*Ex his habes ſaltem priuilegia Minorum eſſe confirmata à tot annis* 10
*abſque clauſula, quatenus ſunt in vſu, & à tot annis eſſe confirmata ex certa ſcientia. Sed dubitas, ſi vltimus Papa Dominus Paulus non confirmauit ex certa ſcientia, hoc nocebit, & efficere inualidas confirmationes per ſeptem Pontifices factas antecedentes ex certa ſcientia, & efficient vt priuilegia non ſint confirmata ex certa ſcientia. Credo quòd non neque hoc illis nocebit: nam, vt videmus, etiam ſi priuilegia Ordinis non confirmantur à nouo Papa, illa priuilegia non perdunt robur ſuum; Ergo* 11
*licèt Dominus Paulus XV. non confirmauerit, & omnino taceret, noſtra priuilegia erant confirmata ex certa ſcientia, vſque ad Clementem VIII. quamuis ergo illa tacuerit ex certa ſcientia, hæc taciturnitas non reuocaret certam ſcientiam Anteceſſorum.* Ex quibus verbis apertè conuincitur aduerſarij error, & falſitas, dum hunc Doctorem aſſerere affirmat, Paulum V. priuilegia Ordinis ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis confirmare.

Et probatur, tum quia hæc confirmatio priuilegiorum Pauli V. non
profertur ex certa ſcientia; 12
tum quia ex diſpoſitione ipſa, & ex narratis non videtur certa ſcientia conſtare, tum denique quia ex quatuor limitationibus reſtricta, nempe in his omnibus, videlicet, in quibus ſacri Concilij Trident. decretis, ac conſtitutionibus, & litteris Apoſtolicis, ac decretis Clementis VIII. prædeceſſoris noſtri non aduerſentur, ſaluíſque dicti Clementis in fauorem Fratrum reformatorum factis, remanentibus ita reſtringitur, & limitatur, quòd etiam eſſet ex certa ſcientia, facerent in forma communi; vt *ſuprà* docuimus: nam remaneret omni effectu cõfirmationis ex certa ſcientia priuata, eo fortiùs cùm non ſit lata ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, ſicut oppoſita opinio voluit.

Denique argumenta quibus fundatur ſententia negatiua, nullius 13
ſunt efficaciæ.

Ad primum reſpondeo negando antecedens, nam nec Clemens VIII. nec Paulus V. confirmauit, & de nouo conceſſit omnia Ordinis priuilegia (vt latè oſtenſum eſt) ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis. Ad probationem verò dico, Paulum V. ſolùm habere pro ſufficienter expreſſis, ea quæ per ſe narrata fuêre à Domino

Clemente, non verò quæ relatiuè, quemadmodum ſunt omnia viuæ vocis oraculo priuilegia conceſſa. Conſequentia autem, & eius probatio nihil valet: nam, vt ſuprà latè probauimus, ad hoc vt cõfirmatio ſit ex certa ſcientia, non ſufficit quòd proferatur ex certa ſcientia, ſed requiritur vt tenor rei confirmatæ inſeratur, cum aliis conditionibus poſitis in propria quæſtione.

14 Ad ſecundam antecedentis probationem reſpondeo minorem, & maiorem propoſitionem eſſe falſas, Principe enim ad ſupplicationem partis procedente, ad conſtituendam confirmationem ex certa ſcientia non ſufficit, quòd ex narratis colligatur, vel ex diſpoſitione certa ſcientia, ſed requiritur expreſſio cum inſerto tenore, vt in proprio quæſito dictum eſt, dum primam ſententiam reiecimus.

15 Ad aliam rationem dico, quòd conſcientia non probatur per teſtes, docet verior, & communior opinio, ita Soc. *in conſ. 59. in fine vol. 1.* Gloſſa *in cap. ſtatutum, in verbo litteras, de reſcriptis in 6.* Baldus *in cap. 1. per quem fiat inueſt. & in l. eos, in principio, C. de appell.* Ioannes Andreas, & alij, *in cap. nonnulli de reſcriptis.* Hippol.

16 *in rubrica de probat. col. 7.* nec teſtimonium religioſiſſimi Patris Fr. Ludouici à ſancto Ioanne Euangeliſta iuuat pro aduerſariis, tum quia authenticè non conſtat; tum quia Dominus Paulus V. ad eius ſupplicationem Ordinis priuilegia confirmauit, ex quo expellitur à teſtificatione, nec dicto eius creditur, quia ſunt verba partis textus *in cap. in litteris, de teſtibus, & l. etiam, C. de teſtibus.* Baldus *in cap. in litteris,* Felinus *ibidem concl. 2. num. 2.* & ferè omnes Doctores ſcribentes in illo cap. tum quia ex diſpoſitione & narratis in dicta priuilegiorum Ordinis confirmatione contrarium conſtat.

DISPVTATIO



# DISPVTATIO TERTIA.

## *De priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum reuocatione.*

## QVÆSTIO PRIMA.

### *An priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, & à Sede Apoſtolica confirmata, ſint per nouam reuocatoriam ſanctiſſimi Domini noſtri Vrbani VIII. reuocata, caſſata, & annullata.*

### CAPVT I.

*Negatiua ſententia cum ſuis fundamentis adducitur.*

FRATER Philippus à ſancto Antonio *dubio primo, concluſione prima,* tenet omnia priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, vſque ad annum 1609. Fratribus Ordinis Minorum de Obſeruantia, necnon omnibus Regularibus communicationem priuilegiorum habentibus, in quo anno confirmata fuerunt à Paulo V. ſub die prima Decembris reuocata, minimè caſſata, ſeu abrogata fuêre per nouam reuocatoriam conſtitutionem ſanctiſſimi Domini Papæ Vrbani VIII. caſſantis omnia, & ſingula viuæ vocis oracula hanc ſuam ſententiam affirmat eſſe Doctiſſimorum Complutenſium, & probare nititur multis rationibus. 1

Primò Papæ confirmatio aut aliquid operatur circa rem confirmatam aut nihil, ſecundum non eſt dicendum; ergo aliquid debet operari. Maior de ſe eſt euidens à ſufficiente diuiſione. Minor probatur authoritate Salmaticenſium, ſicut teſtatur priuilegiorum Collector, qui aſſeruere in quodam conſilio, quando priuilegia confirmantur, & de nouo conceduntur cum clauſula, *non obſtantibus reuocationibus Apoſtolicis,* intelliguntur innouata, ac de nouo conceſſa, etiam 2

illa, quæ fuerunt reuocata; aliàs nihil operarentur dicta verba in litteris Apoſtolicis appoſita; ita Abbas *in cap. cùm ſuper, de cauſa poſſeſ.* Ioannes Andreas, gloſſa *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtitutionibus*, Roſella *titulo Abſolutio*, §. 122. & 123. tunc ſic proſyllogizat. At Paulus V. confirmauit omnia priuilegia etiam viuæ vocis conceſſa, ac innouauit, non obſtantibus reuocationibus Apoſtolicis; igitur omnia oracula de nouo conceſſit: at conceſſit virtute Breuis Apoſtolici incipientis *in ineunti nobis*, &c. ergo oracula iam non ſunt oracula, ſed
3 litteræ Apoſtolicæ. Summus autem Pontifex Vrbanus VIII. caſſat ſimpliciter oracula, non verò oracula quæ in litteras tranſierunt; igitur non intelliguntur caſſata, & annullata, ea priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, quæ à Paulo V. fuerunt confirmata.

4 Secundò ſic, ſicut ſe habent regularia priuilegia ad ius commune, ita ſe habent viuæ vocis oracula ad bullas Pontificias, ſed priuilegia regularia per incorporationem iuris iam amiſerunt formalem priuilegiorum rationem, & in ius commune tranſeunt; igitur eodem modo & priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa per confirmationem, & innouationem propriam oraculorum rationem deperdunt, & in bullas tranſeunt; cùm igitur per reuocatoriam ſolùm viuæ vocis oraculo caſſantur, non veniunt intelligenda ea, quæ confirmata ſunt, & innouata à Paulo V.

5 Vlteriùs ſicut priuilegium non reuocatur quando eſt inſertum in corpore iuris, niſi expreſsè mentio fiat in reuocatione; quia iam non eſt priuilegium, ſed ius; ita per iſtam reuocatoriam Sanctiſſ. D. Papæ Vrbani non reuocantur ea viuæ vocis oraculo cōfirmata à paritate rationis, ex eo quòd iam non ſunt oracula, ſed bullæ Apoſtolicæ. Aſ-
6 ſumptum probatur: nam clauſula generalis, *non obſtantibus priuilegiis*, non operatur reſpectu eorum, quæ clauſa ſunt in corpore iuris, ita gloſſa 1. per textum ibi *in l. 3. C. de ſilentuariis, lib. 12.* Vitalis de Cambanis *in tract. clauſul. pag. 11. coll. 1. num. 1.* Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa, limitatione 11. num. 4.* Antonius Gabriel. *tom. 3. comm. opin. lib. 6. titulo de clauſulis, concluſ. 9.* Frater Manuel. Rodriquez *tom. 1. quæſt. reg. quæſt. 9. art. 3. verſ. ſecundò dico*, Suarius *lib. 8. de legibus, cap. 14. num. 7.* gloſſa *in auth. quia, C. vbi de crimine agi oportet, verbo illi, omni priuilegio*, Portel. *de priuileg. ceſſatio, num. 6.* & alij multi; igitur ſine ſpeciali expreſſione, priuilegia quæ ſunt clauſa in corpore iuris
7 non veniunt reuocata in aliqua reuocatoria. Similiter quemadmodum, vt docet Rodriquez *in expoſitione Bullæ Cruciatæ, §. 12. dubio 5.* in



in generali reuocatione priuilegiorum non reuocantur conſuetudines, niſi expreſsè mentio fiat ſub clauſula *non obſtantibus, ſcilicet conſuetudinibus*, ita nec per iſtam reuocatoriam Sanctiſſimi D. Papæ Vrbani VIII. non reuocantur priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, & confirmata à Paulo V. niſi expreſſa mentio fiat.

Denique ex his colligit ſub *num. 15.* author ille, quòd omnia & ſingula priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, quibus noſtra Seraphica religio, ac omnes aliæ communicationem priuilegiorum habentes gaudebat, poteſt nunc gaudere abſque vllo conſcientiæ ſcrupulo. Sed obiicies, ergo vana, & fruſtratoria eſt huiuſmodi reuocatoria 9
Apoſtolica conſtitutio Sanctiſſimi D. Vrbani Papæ VIII. reſpondet non eſſe fruſtatoriam, quia per iſtam caſſantur omnia viuæ vocis oracula, quæ ab anno 1609. fuerunt conceſſa à Sede Apoſtolica vſque ad annum 1631. & ſic ſaluatur ratio conſtitutionis nouæ. Ac proinde 10
ſubiungit, quòd viuæ vocis oracula ſunt in duplici differentia, quædam enim ſunt purè, & merè oracula, quædam verò non. Primi generis ſunt omnia illa, quæ fuerunt conceſſa poſtquam Paulus V. confirmauit priuilegia Ordinis Minorum de Obſeruantia. Alia ſecundi generis ſunt omnia, quæ firmauit idem Pontifex, quia iam non ſunt oracula, ſed tranſierunt in litteras Apoſtolicas.

---

## Capvt II.

*Statuitur quid ſit ſentiendum.*

IN hac difficultate mihi perſuadere non valeo, quòd ſummus Pon- 11
tifex voluiſſet per hanc reuocatoriam conſtitutionem, ſolùm illa reuocare viuæ vocis oracula, quæ ab anno 1609. poſt confirmationem, & innouationem Ordinis Minorum de Obſeruantia priuilegiorum à Paulo V. factam, conceſſa ſunt à ſancta Apoſtolica Sede, vt nititur allata ſententia probare, quam ſicut nec tutam, ita falſam ſemper iudicaui. Et in his, quæ in ſuperiori quæſtione determinauimus, ex dicendíſque facili negotio reiici poteſt; at verò quid ſit ſentiendum, per ſequentes concluſiones ſecundùm veritatem determinabo.

Prima concluſio. Confirmatio, & innouatio priuilegiorum Ordi- 12
nis Minorum de Obſeruantia, à DD. Clemente VIII. & Paulo V. facta viuæ vocis oraculorum rationem formalem non variat, nec eis aliam

13 aliam ſpecificationem à priori diſtinctam tribuit. Probatur, actus, ſiue res immutatur per aliquam entitatem, quæ ipſi ſuperadditur, vel intrinſecè ſi fuerit eſſentialis, vel extrinſecè, ſi accidentalis, (non enim alio contingit modo rei mutatio, præſertim moralis) at priuilegiorum, etiam viuæ vocis oraculo conceſſorum, confirmatio, & innouatio nihil eis addit (etiamſi in ſpeciali forma detur) nec intrinſecè, neque extrinſecè; igitur per confirmationem priuilegiorum Clementis VIII. & Pauli V. non immutatur, neque variatur formalis ratio priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum. Minor propoſitio probatur ex iuribus & authoritatibus in 1. quæſtione adductis: nam confirmatio nihil addit, & parum operatur circa rem, ſuper quam cadit, ſic Rodriquez *tom. 1. quæſt. reg. quæſt. 8. art. 3.* Suarius *lib. 8. de legibus, cap. 18. n. 8.* Felin. *in cap. cùm veniſſet, de teſtib. num. 2.* Antonius de Butrio *in cap. dudum*, & alij, quos citat Molina *de primogenijs.*

14 Notanter dixi, *Etiamſi in ſpeciali forma detur confirmatio*; nam licèt hæc efficaciam, & vim habeat, actum inualidum, ac nullum validandi, non autem virtutem intrinſecè, & ſpecificè immutandi habet, quia priuilegium deperditum non vſu, aut reuocatum, viuæ vocis oraculo conceſſum, ſi Princeps deinde motu proprio, & ex certa ſcientia confirmet omnia priuilegia, etiam viuæ vocis oraculo conceſſa, validabit vtique illud talis confirmatio, non verò immutabit entitatem eius, ita vt efficiat quòd non ſit viuæ vocis oraculum, ſicut fuit à principio conceſſum; nec ſpecificè variabitur, quia validatio propriè dicit aut reſtitutionē talis priuilegij ſi fuerit reuocatum, aut reductionem ad priſtinum ſtatum, ſi fuerit deperditum per non vſum, ſiue aliàs inualidum, in quo prius erat, antequam deperderetur, vel reuocatum fuerat. At nulli dubium eſt quòd antea erit priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum; igitur poſtea per confirmationem, & innouationem ex certa ſcientia, & non motu proprio ad priſtinum ſtatum reducitur, & non immutatur, ita vt aliam ſpecificationem habeat virtute confirmationis factæ à Principe ex certa ſcientia, & motu proprio.

15 Sed reſpondebis confirmationem, & innouationem, addere actui ſupra quem cadit, bullationem, qua priùs carebat; ac proinde immutat illum, & efficit vt quod priùs erat priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum, intelligatur eſſe alterius rationis, bullatum, nempè inſtrumento: ob id reuocatoria D. Papæ Vrbani non videtur habere locum reſpectu priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum, & à Paulo



à Paulo V. confirmatorum: at reuerà hæc reſponſio nihil valet, falſum eſt enim inprimis confirmationem, & innouationem rei confirmatæ addere bullationem, quia innouatio, & confirmatio, regulariter loquendo, cadit ſupra ius, & gratiam, & non inſtrumentum continens illud: nam Pōtifices quando dicuntur confirmare, & innouare priuilegia, non videntur innouare, & confirmare inſtrumenta, ſed gratias in illis contentas, quia non concedunt licentiam innouandi, ac exemplandi de nouo inſtrumenta (vt ſuprà notaui) ſed tantùm ipſamet formalia priuilegia confirmant, ac de nouo concedunt. Concedere & confirmare priuilegium non eſt concedere inſtrumentum illius, ſed eſt ius ſpeciale donare; valde enim differunt, licentiam dare, vt exarentur inſtrumenta, quæ vetuſtate forſan conſumpta ſunt, & confirmare ius in ipſis contentum; ob id priuilegiorum confirmatio ac innouatio non addit ipſis bullationes, ſed roborationem, & validationem, ſiue reſtaurationem.

Secundò. Si intelligamus per priuilegiorum confirmationem innouationémue, bullationem ipſam, ſicut aduerſarij putant, falſum quoque eſt priuilegiis viuæ vocis oraculo conceſſis addere bullationem, quia priuilegiorum confirmationis bullatio ſupra ius, ſeu gratiam viuæ vocis oraculo factam, non cadit, ſed ſupra ſummi Pontificis actum tale ius, ſeu gratiam roborantem, & validantem, qua ſufficienter oſtendi à priuilegiario poteſt Pontificem confirmauiſſe priuilegia viuæ vocis oraculo ſibi priùs conceſſa.

Quod ſi dicas confirmationem priuilegiorum viuæ vocis oraculo 16
conceſſorum principaliter ius, & gratias in inſtrumento reſpicere, quaſi verò ſecundariò connotare inſtrumentum. Reſpondeo, quòd aliud eſt connotare confirmationis, innouationíſque inſtrumentum priuilegiorum etiam viuæ vocis oraculo conceſſorum; aliud verò conceſſionis illorum inſtrumentum. Primo modo, confirmatio, ſiue innouatio, priuilegiis viuæ vocis oraculo conceſſis, non addit bullationes, vt falsò imaginatur contraria ſententia, ſed tantùm connotatiuè (vt ita dicam) dicit inſtrumentum, quo probatur Principem talia priuilegia confirmauiſſe. Secundo autem modo, negamus omnino confirmationem habere relationem, ſeu connotationem ad priuilegiorum conceſſionis inſtrumenta.

Secunda concluſio. Pruilegia viuæ vocis oraculo Fratribus Minoribus de Obſeruantia, necnon aliis Ordinibus priuilegiorum communicatione gaudentibus, conceſſa, virtute, & efficacia Pauli V. 17
confir

confirmationis non tranſeunt(vt aduerſariorum terminis vtar)in bullas. Probatur hæc aſſertio,aduerſariorum rationes contra ipſos retorquendo: ideò namque priuilegia in corpore iuris clauſa leges publicæ cenſentur, quia in ipſo eorum tenores de verbo ad verbum inſeruntur; igitur ad hoc vt viuæ vocis oracula cenſeantur priuilegia bullationes habentia, ſeu,vt aduerſarij loquuntur, tranſeant in bullas, operæ pretium eſt, vt eorum toti tenores in inſtrumento confirmationis inſerantur; aliàs paritas quam aduerſarij adducunt pro ipſis non currit: at apertum, ac indubitatum eſt priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum non eſſe tenores in confirmationis Clementis VIII. & Pauli V. inſtrumento, imò nec ſpecificari, ſed ſolùm relatiuè, & genericè proferri, vt proprio loco diximus; igitur ex vi huius confirmationis viuæ vocis oracula non cenſentur habere bullationes, ſeu in bullas tranſire.

18 Reſpondebis,quòd priuilegij viuæ vocis oraculo dati inſertio bifariam contingit exprimi; vno modo expreſsè, per tenoris expreſſionem,ſcilicet de verbo ad verbum,alio modo tacitè, ſeu fictè,per clauſulam *Quorum tenores*,quæ ſufficit ad hoc vt Princeps intelligatur voluiſſe priuilegiorum tenores in bullas inſerere, priuilegia igitur viuæ vocis oraculo conceſſa, licèt verum ſit quòd primo modo in bullis Clementis VIII. & Pauli V. non inſerantur, inſeruntur tamen ſecundo modo, & hoc ſufficit vt valeant tranſire in bullas.

19 Verùm hæc reſponſio non valet, quia fundamentum principale, quo contraria ſententia probare nititur viuæ vocis oracula in bullas tranſire ex vi confirmationis Clementis VIII. & Pauli V. à paritate rationis formalis deſumitur; qua priuilegia clauſa in corpore iuris publica cenſentur iura, & hæc incorporantur in iure, ex eorum formali tenorum expreſſa inſertione; igitur ex doctrina aduerſariorum vt viuæ vocis oracula in bullas tranſeant, non ſufficit oraculorum tacita tenorum expreſſio,ſed requiritur formalis & expreſſa inſertio eorum in confirmationum bullis.

20 Inſuper licèt clauſula *Quorum tenores*,habeat vim ſpecialis expreſſionis.Farin.ſacræ Rotæ Rom.*deciſ.*466.*n.*5.*& dec.*506.*n.*5.*to.*1.ad operandũ tamen reſtringitur, iuxta narrata per ſe, & ſubſtantialiter. Seraph. *Rot. Rom. deciſ.* 16. *num.* 1. & non extenditur ad ea, quæ obiter & relatiuè referuntur, ſed viuæ vocis oracula non per ſe narrantur,& ſubſtantialiter in bullis Clementis VIII. & Pauli V. priuilegia Ordinis Minorum de Obſeruantia confirmantium; ſed relatiuè proferuntur;



tur; igitur clauſula *Quorum tenores*, etiam fictè nihil operatur. Et ratio eſt, quia Princeps fictè ex vi illius clauſulæ cenſetur velle pro expreſſis confirmatarum rerum tenores, qui ſibi perfectè innotuerunt, & non eorum, de quibus ipſe non eſt certior factus, niſi iuxta relationem à parte ſibi præpoſitam (vt latè ſuprà diximus cùm de hac re egimus)igitur ex vi & efficacia illius clauſulæ *Quorum tenores*, non videntur etiam fictè priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum inſeri in confirmatoriis Pontificium priuilegium bullis, vt cenſeantur priuilegia bullationibus munita, & non pura viuæ vocis oracula.

Tertia concluſio;firmiter conſtanterque tenendum eſt, confirma- 21
tionibus Clementis VIII. & Pauli V. priuilegiorum minimè obſtantibus, omnia & ſingula priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa Fratribus Ordinis Minorum de Obſeruantia, & mendicantibus omnibus communicationem priuilegiorum habentibus,per nouam ſanctiſſimi Domini noſtri Vrbani VIII. reuocatoriam conſtitutionem eſſe abrogata, caſſata & annullata. Probatur prima huius concluſionis pars, ſi priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa per conſtitutionem ſanctiſſimi Domini Vrbani non cenſentur caſſata, ac annullata, ex eo videtur fore, quia virtute priuilegiorum confirmationis Pauli V. & Clementis VIII. vel propriam amiſerunt oraculorum rationem, formulam, vel quia in entitatem priuilegiorum conceſſorum inſtrumenta habentia tranſierunt. Ad hæc duo capita reducuntur fundamenta negatiuæ ſententiæ principalia, ſed à nullo iſtorum; igitur confirmationes priuilegiorum Clementis VIII.& Pauli V. minimè obſtant Pontificiæ nouæ diſpoſitioni, vt ſuum non ſortiatur effectum, ac non intelligantur viuæ vocis oracula caſsata, & annullata. Minor huius diſcurſus patet quoad primam partem ex prima concluſione; & quoad ſecundam ex ſecunda conſequentia tenet.

Altera verò concluſionis pars, eo probatur, vt doctè ſatis docet 22
Suarius *lib.* 8. *de legibus cap.* 28. *num.* 18. quia quando in ſpecie,& in particulari aliquod priuilegiorum genus caſsatur, tunc nullum ſupereſt dubium ſuppoſita reuocandi priuilegium poteſtate, quia de voluntate Principis ſatis per verba illius conſtat: at verò de ſummi Pontificis poteſtate dubitare,an poſſit priuilegia reuocare ſacrilegum eſt; nam priuilegia quantumuis confirmata, innouataque quammaximè reuocantur,annullantur per Principem concedentem,vel per ſucceſſorem, *arg. l. iudicium,ff. de iudiciis*, Syluest. *verbo priuilegium, quæſt.*

10. *dicto* 7. Felinus *in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitutionibus*, & eſt communis Doctorum ſententia, ſicut Pater Miranda teſtatur *de priuilegiorum caſſatione, quæſt.* 43. *artic.* 2. *concl.* 5. nec de eius efficaci ſummi Pontificis voluntate contigit dubitari, ita habet, *Omnia & ſingula priuilegia, facultates, licentias, & gratias quaſcunque per ſummos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac per nos viuæ vocis oraculo, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ prædictæ Cardinaliũ, quorumcunque manu firmata, &c. tenore præſentium reuocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, & annullamus*; igitur firmiter tenendum eſt per hanc reuocatoriam Apoſtolicam conſtitutionem eſſe omnia & ſingula viuæ vocis oracula annullata & caſſata. Aliàs litteræ, & conſtitutiones Apoſtolicæ huiuſmodi vanæ eſſent, & parum operarentur.

23 Auctor nouæ huius bullæ expoſitionis ad hanc rationem conatur reſpondere ſub *num.* 11. primi dubij benignè verba ſummi Pontificis interpretando; non eſſe dubitandum de ſummi Pontificis authoritate, inquiens, ſolum de eius voluntate diſputamus, quia non eſt credibile per hanc reuocatoriam conſtitutionem velle Papam viuæ vocis oracula iam à Sede Apoſtolica confirmata tollere; eo magis, quia reuocatoria Gregorij XV. reuocantis etiam viuæ vocis oraculo conceſſa priuilegia, habet ſimilia verba, & nihilominus Regulares omnes pacificè abſque vlla animi perturbatione, priuilegiis viuæ vocis oraculo obtentis vſi ſunt, non ex alio capite, niſi ex eo quòd ſemper intellexerint intentionem ſummi Pontificis fuiſſe reuocandi ſolùm illa viuæ vocis oracula, quæ non ſunt confirmata; non verò ea, quæ inſerta ac incorporata ſunt in bullis, quemadmodum videntur eſſe omnia & ſingula priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa Fratribus Minoribus de Obſeruantia, quæ innouata, validata, ac confirmata ſunt à Paulo V. ex vi cuius validationis propriam oraculorum rationem formalem amiſerunt, & in aliam entitatem tranſierunt in priuilegia, nempe bullationes habentia. Ac proinde, ſicut per reuocatoriam Gregorij XV. non fuerunt reuocata viuæ vocis oracula, ita etiam neque per iſtam ſanctiſſimi Domini Papæ; nam vtriuſque vna eſt ratio; quia ſicut in generali reuocatione priuilegiorum non reuocantur ea, quæ ſunt in corpore iuris clauſa, niſi ſpecialis mentio fiat expreſſa, vel tacita, per clauſulam, *non obſtantibus quibuſcunque legibus, &c.* ita, inquit, in hac generali oraculorum reuocatione non comprehendi illa priuilegia viuæ vocis oraculo data, quæ virtute confirmationis Pauli V. inſerta ſunt in bullis. Conſequenter vt viuæ vocis oracula cenſean-





tur reuocata, operæ pretium erat, vt ſanctiſſimus Dominus Papa Vrbanus ſuam exprimeret intentionem, quòd ſcilicet caſſabat, reuocabàtque non ſolùm oracula pura, & nuda, verùm & ea, quæ in bullas tranſierunt virtute, & vi expreſſionis, ac inſertionis à Paulo V. factæ; cùm autem conſtet reuocatoriam conſtitutionem hanc huiuſmodi expreſſionem non habere, nec reuocari oracula confirmata; ita intelligenda ſunt adducta verba conſtitutionis ſanctiſſimi Papæ Vrbani.

24 Hæc reſponſio non eſt digna viro docto, poteſtque faciliter impugnari ex fundamento primæ, & ſecundæ noſtræ ſuprà poſitæ concluſionis: at verò, vt melius percipiatur quomodo craſsâ Mineruâ author huius nouæ opinionis philoſophatur, nonnulla ſunt aduertenda. Notandum eſt igitur illam reuocatoriam Gregorij XV. conſtitutionem quatuor oraculorum viuæ vocis à Sede Apoſtolica conceſſorum genera continere, ſeu includere. Aliqua ſunt nuda, & pura oracula; aliqua iam ſuum ſunt ſortita effectum: alia ad inſtantiam Regum conceſſa, alia verò propria ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium manu firmata. Ex hiſce quatuor oraculorum generibus, tantùm prioris generis viuæ vocis oracula tolluntur, atque caſſantur per reuocatoriam Gregorij XV. vt patet ex illius Gregorij verbis. *Non tamen ad ſupplicationem Regum conceſſa, in his videlicet, quæ non ſunt ſortita effectus, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac reuocata, caſſata, ſublata, abrogata, & annullata, viribúſque, & effectibus vacua perpetuò fore, & eſſe* & paulò inferiùs, *Firmis tamen, & in ſuo robore permanentibus omnibus indultis, & aliis conceſſionibus prædictis viuæ vocis oraculo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ad ipſorum, vel aliorum quorumcunque fauorem; propria S.R.E. Cardinalium manu firmatis; pro ipſis, vel aliis factis, & de qua iidem S. R. E. Cardinales teſtimonium in ſcriptis præbuerunt.*

25 Atque hinc doctiſſimi Regulares, non ex eo quòd ſentiebant viuæ vocis oracula propriam & formalem oraculorum rationem perdidiſſe, & per illam priuilegiorum confirmationem in forma communi à Paulo V. datam tranſiſſe in bullas; vſi ſunt pacificè, & quietè priuilegiis viuæ vocis oraculo factis: ſed quia bene ſciebāt, per illam Apoſtolicam reuocatoriam conſtitutionem non eſſe reuocata, quia iam omnia oracula vel ſuum ſortita erant effectum, vel ad inſtantiam Regis conceſſa, vel tandem quia manu alicuius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis erant firmata, & ſic nullum relinquitur priuilegio-

rum viuæ vocis oraculo conceſſorum Mendicantibus Ordinibus genus per reuocatoriam Gregorij XV. annullatum, non licèt inde inferre; ergo eodem modo non cenſentur abrogata per iſtam nouam S. D.N. Vrbani conſtitutionem viuæ vocis oraculo: nam res ſecùs ſe habet, quia hæc conſtitutio adeò ſpecificè, vt indiuidualiter omnia & ſingula viuæ vocis oracula caſſat, ac ſi vnumquodque illorum exprimeret annullando, abſque vlla limitatione, ſeu exceptione, vt apertè colligitur ex contextu bullæ.

26 Secundò obſeruandum eſt bullationem priuilegiorum nil aliud eſſe, quàm ſpecificum teſtimonium, ſiue ſpecificam rei conceſſæ probationem, ſic colligitur ex *cap. ad noſtram, de reſcriptis*, Abbas *eodem cap.* confirmationem verò in forma ſpeciali, aut in forma communi aliam habere formalem rationem, docent DD. *in toto titulo de confirmatione vtili, vel inutili.* Et ratio eſt, quia hæc ſemper primam præſupponit, & rei confirmatæ præexiſtentiam dicit ex vi conceſſionis prioris; igitur quamuis in priuilegiorum confirmatione à Paulo V. edita pro ipſis Fratribus Minoribus confirmata intelligantur etiam viuæ vocis oracula, ac innouata ſub quacunque forma(de hoc modo non curo)talis confirmatio non addit ipſis oraculis bullationes, vt cenſeantur tranſire in litteras Apoſtolicas, vt falsò imaginatur oppoſita ſententia, ſed tantùm, ſicut præexiſtunt, confirmat; verùm præexiſtunt vt oracula; igitur præcisè vt oracula confirmata manent. Addo; ſuppoſito quòd tenores oraculorum pro expreſſis habeantur à Paulo V.(licèt non conceſſo)bullatio confirmationis priuilegiorum nullo modo reſpiceret ipſa oracula, vt mutaret eorum naturam, ex ratione præhabita, ſed tantùm eſſet teſtimoniũ, ſeu probatio: vnde probari valeant, eſſe oracula viuæ vocis iam confirmata, & nil aliud operaretur; vnde liquidò colligere debemus, non opus eſſe ad caſſanda, & reuocanda priuilegia viuæ vocis oraculo data, vt vtatur Pontifex illa expreſſione ſpeciali(prout)nempè in bullas tranſierunt, caſſamus & annullamus, nec paritas deſumpta ex priuilegiis in corpore iuris per inſertionem clauſis valet: nam oracula non includuntur in bullis, nec inſeruntur, ſicut in ſecunda concluſione probauimus & ſequenti capite fuſiùs dicemus.

CAPVT



## CAPVT III.

*Diluuntur oppoſitæ ſententiæ fundamenta.*

ARgumenta, quibus fundatur ſententia oppoſita, faciliter di- 1
luuntur ex his, quæ in ſuperioribus docuimus.

Ad primum dico Papæ confirmationem ſemper aliquid operari, aut priuilegiorum innouationem, id eſt, validum efficere illud priuilegium, quod fuerat antea aliqua ratione nullum, aut inualidum, ſi confirmatio in forma ſpeciali detur; aut actui inualido firmitatem, robúrque præſtare, vel ius antiquum conſeruare, ſi confirmatio priuilegiorum in forma communi concedatur: ita intelligendi ſunt doctiſſimi Salmanticenſes, quemadmodum & omnes alij DD. quos citat Frater Philippus, nos pro ipſo.

Ad proſyllogiſmum, reſpondeo negando Minorem: nam inno- 2
uare, non eſt de nouo concedere, ſicut etiam illa verba, *& de nouo concedimus*, non eſt aliquid addere ipſis priuilegiis, quando confirmatio profertur in forma communi, vt patet ex illa Iulij II. declaratione, & licèt Paulus V. confirmauerit Ordinis Minorum priuilegia, & innouauerit, non tamen de nouo conceſſit(vt falsò affirmat author contrariæ ſententiæ)illa enim confirmatio cùm in forma communi emanauerit, nihil operatur præter conſeruationem iuris antiqui. Minor & Conſequentia etiam negatur, cuius probationem ſemper deſideraui, non enim per confirmationem priuilegiorum, viuæ vocis oracula relinquunt propriam naturam, & formalem rationem oraculorum, & tranſeunt in Apoſtolicas litteras: nec video vnde poteſt aduerſarius hanc conſequentiam probare, imò detur expreſſa indiuiduáque priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum. Confirmatio ex certa ſcientia, non immutabit vtique naturam, & eſſentiam, quam à principio conceſſionis habuerunt, ſolùm operabitur, vt iam deperdita oracula priſtinam validitatem, quam amiſerant, acquirent.

Ad ſecundum multis modis reſpondere poſſumus. Primò neganda 3
eſt Maior; nam alio modo ſe habent priuilegia clauſa in corpore iuris ad ius, & alio modo ſe habent viuæ vocis oracula ad bullas; priuilegia enim ad ius Canonicum ſe habent per ſe, & ſubſtantialiter,

viuæ

viuæ vocis oracula tantùm accidentaliter, & relatiuè: illa enim ſpecialiſsima incorporatio intentionem Canonum conditoris expreſsè aperit; condientis nempè quòd illud, quod prius erat priuilegium, ſecundùm temporum exigentiam cenſeatur per tenoris expreſſionem, & inſertionem lex, vt ius publicum. In confirmatione autem priuilegiorum viuæ vocis oraculo factorum, diſpar eſt ratio, quia oracula non inſeruntur in confirmatione, neque tenores eorum Papæ innoteſcunt, niſi relatiuè, ratione cuius nullum ius nouum ex illa confirmatione, huiuſmodi priuilegia acquirunt, ſic Conſequentia eſt nulla.

4 Secundò reſpondeo, conceſſa Maiore, nego Minorem; falſum enim eſt, priuilegium per incorporationem, & inſertionem in iure Canonico ſuam propriam naturam priuilegij amittere, & in aliam entitatem tranſire. Specialiſſima illa incluſio, ſeu incorporatio duos ſpecialiſſimos operatur effectus; primò enim efficit vt priuilegium obliget ad eius obſeruantiam indiſtinctè, & effectiuè cenſeatur lex generalis, non verò ſubſtantialiter, & entitatiuè; ſecundò operatur, vt illud priuilegium, quod antea per generales clauſulas, vel de potentia ordinaria erat reuocabile, à Principe fiat irreuocabile; declarátque per huiuſmodi inſertionem ſe non velle Principem tollere tale priuilegium niſi eo modo, quo abrogatur ius commune: falſa igitur eſt Conſequentia, ſolùm ſequi poterat per illam confirmationem oracula priſtinam validitatem, & conſeruationem acquirere.

5 Tertiò reſpondeo negando paritatem: nam priuilegia clauſa in corpore iuris exiſtimantur leges publicæ, primò ex voluntate conditoris Canonum, ita diſponentis ex aliqua rationabili cauſa totius Eccleſiæ gubernium reſpiciente. Secundò per ſpecialem tenorum expreſſionem & inſertionem: at oracula viuæ vocis conceſſa nec inſeruntur, neque eorum tenores poſſunt ſciri, ex eo quòd valdè difficile eſt eorum notitiam comparari, ex iis quæ ore Papa conceſſit; diſpar igitur eſt ratio.

6 Ad tertium nego Conſequentiam, lata eſt enim differentia inter priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, ac priuilegia in corpore iuris inſerta. Neque illa probatio aliquid valet, non enim in bullas tranſierunt oracula per illam Pauli V. confirmationem, vt millies dictum eſt, eſto quòd ſint ſpecificè confirmata, quia tunc bullatio non dicit elationem ad conceſſionem, ſed ad innouationem in quantum validatur id quod deperditum erat, & ſic non eſſet propria oraculorum bullatio.

QVÆSTIO



## QVÆSTIO SECVNDA.

*Si confirmatio priuilegiorum Ordinis Minorum de Obſeruantia fuerit data ex hypotheſi à Paulo V. ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis; quæritur, an priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa à Sede Apoſtolica intelligantur caſſata, ac reuocata per reuocatoriam conſtitutionem ſanctiſſimi Domini noſtri Vrbani VIII.*

### CAPVT I.

*Ponitur, explicatúrque bullæ oraculorum reuocatoriæ textus.*

PRo huius difficultatis determinatione aliqua oportet ex conſtitutione oraculorum reuocatoria, hîc pro faciliori dicendorum notitia adducere, & explanare; ſic igitur habet Pontifex. 1

### §. Sextus.

*OMnia & ſingula priuilegia, facultates, licentias, & gratias quaſcunque per Summos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac per nos viuæ vocis oraculo, & S.R.E. prædictæ Cardinalium quorumcunque manu firmata, quibuſcunque gradibus, Prouincialibus, cæteris Superioribus, & perſonis cuiuſuis Ordinis Congregationis, Inſtituti, & Societatis Ieſu, aut eius Clericis, ſeu Presbyteris, aliiſque perſonis prædictis quacunque de cauſa, etiam de neceſſitate exprimenda, occaſione, prætextu, vel colore, etiam intuitu & contemplatione, ſeu ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & Principum quorumcunque, aut aliàs quomodolibet conceſſa, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac de cætero reuocata, caſſata, ſublata, abrogata, & annullata, viribúſque & effectu vacua eſſe & fore, nullíque deinceps ſuffragari poſſe, nec debere declaramus.*

R §. Nonus.

## §. Nonus.

*NOn obſtantibus præinſertis litteris huiuſmodi, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit etiam regula noſtra de non tollendo iure quæſito, priuilegiis quoque, & indultis, & litteris Apoſtolicis, eiſdem Cardinalibus; ac Ordinibus, Congregationibus Inſtitutis, Societatibus, eorúmque Superioribus quocunque nomine nuncupatis ſub quibuſcunque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibuſuis & derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ipſorum ſufficienti derogatione de illis eorum totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales importantes, mentio, ſine quæuis expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, ſpecialiter expreſſè derogamus, cæteríſque contrariis quibuſcunque.*

2 Ex his nonnullæ particulæ veniunt dilucidandæ in præſenti capite, quatenus diſcutiendæ difficultati deſeruiunt; inferiùs verò ſuo loco fuſiùs huius textus particulas explanabo. Igitur aduertendum eſt modo primo, priuilegiorum expreſſam reuocationem, diuidi in ſpecificam, & particularem; ac in genericam, & vniuerſalem. Priori modo fit quando non ſolùm expreſſis verbis priuilegia reuocantur, ſed etiam in ſpecie, & in particulari; quando videlicet ſpecificata, ac determinata priuilegia vel indiuidualiter abrogantur, & reuocantur, & tunc Principis poteſtate reuocandi priuilegia ſuppoſita, de qua non eſt dubitandum, quia priuilegiorum reuocatio, vt docet Germonius *de indultis Cardinalium*, §. *in ritum*, *fol.* 509. *num.* 6. & 11. non pendet à Principis poteſtate, ſed à voluntate, quæ ſatis per verborum expreſſionem conſtat apertè, ita Suarius *lib.* 8. *de legibus*, *cap.* 38. *num.* 1. nulla eſt difficultas, nec licèt in dubium, & controuer-
3 ſiam vertitalem reuocationem priuilegiorum. Secundo modo fieri ſolet expreſſa reuocatio, nõ tamen in ſpecie, ſed in genere, per clauſulã ſcilicet generalem, *non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis*, &c. & illa etiam regulariter ſufficit, quia genus de ſe comprehendit ſpecificè. Notanter *regulariter* dixi, primò propter priuilegia in corpore iuris clauſa, quæ aliquid ſpecialius requirunt: nam eo ipſo quòd in corpore iuris inſeruntur, non tantùm priuilegia, ſed leges publicæ cenſentur (vt in reſponſione argumentorum in præcedenti capite notauimus) & ideò non reuocantur per generalem clauſulam priuile- 4
giorum reuocatoriam in poſteriori priuilegio poſitam; ſecùs verò ſi Princeps procedat per viam ſtatuti, aut legis, quia tunc clauſulæ generales operantur ad reuocationem priuilegiorum in iure incorporatorum (vt dicemus infrà) vel ſi addatur clauſula derogatoria legum, ſeu Canonum, vt ritè notat gloſſa *in auth. quia*, *C. vbi de crimine*, *verbo*, *illic omni priuilegio*, quæ ibi communiter probatur, & ſentit gloſſa *in l. hæres abſens*, *ff. de iudic. verbo excuſatur*, & gloſſa *in l.* 3. *C. de ſilentiariis*, *lib.* 10. & poteſt ſumi ex verbis illius legis, *non præiudicatur à quacunque generalitate pragmatica*, ita videtur ſentire Iaſon *in l.* 1. *C. ſoluto matrimonio*.

Secundò & notanter dixi *regulariter*, propter priuilegia quæ in 5
ſuo tenore continent, vt reuocari non poſſint, niſi fiat expreſſa eorum mentio de verbo, ad verbum, vel aliquid ſimile, vt docet Felinus in *cap. nonnulli*, *de reſcriptis num.* 6. Panorm. *in cap. cùm inſtantia*, *n.* 5. ſumma tamen omnium eſt, oportere, vt addantur alia verba reflexiua, vt reuocari poſſint. vt vbi ſi dicatur, *non obſtante tali, vel tali clauſula*, reuocata intelligantur, vel ſignatim dicatur, *non obſtante priuilegio ſub quorumcũque verborum forma conceſſo*, vel aliquid ſimile, vt *in Clemen.* 1. *de ſepulturis*, *in fine*. *Et Clement.* 2. *eiuſdem tituli*, & ſimilibus, quæ ſunt in vſu frequentiſſima. Ratio eſſe poteſt, quia non eſt 6
Pontifex cogendus, vt de verbo ad verbum talia priuilegia referat, quæ fortaſſe ſcire non poteſt, neque eſt priuandus poteſtate reuocandi illa, quando oportuerit; ergo ſatis eſt, vt per verba generalia, quæ priora comprehendunt, ſufficienter explicẽt mentem ſuam. Hoc duplex priuilegiorum reuocationis genus in iſta noua Apoſtolica conſti- 7
tutione S. D. N. Vrbani VIII. inuenio ſpecialiter & particulariter in §. 6. *Omnia & ſingula priuilegia viuæ vocis oraculo quomodolibet conceſſa reuocantur*. & in §. 9. generaliter per clauſulas, *non obſtantibus præinſertis litteris huiuſmodi, &c.* caſſantur omnia priuilegia, quæ obſtant, vel obſtare poſſint huic diſpoſitioni. Sed nota quòd in illa 8
ſpecifica oraculorum caſſatione, eſt vna generalis reuocatio ibi imbibita ex vi illius clauſulæ, *Quorum tenores pro expreſſis habentes*, ſimiliterque iſta generalis vnam imbibit reuocationem priuilegiorum ſpecialiſſimam. Pro cuius intelligentia

9 Notandum eſt ſecundò, quòd tres operationes clauſulæ, *Quorum tenores, & pro expreſſis habentes*, huic Apoſtolicæ conſtitutioni Vrbani VIII. Domini noſtri appoſitæ inuenio apud DD. Prima eſt efficere non ſolùm vt toti tenores oraculorum inſerti in genere cenſeantur, verùm etiam indiuidualiter, & ſpecificè, ac ſi de quolibet illorum eſſet tenor inſertus de verbo ad verbum cum omnibus ſuis qualitatibus, modis, formis, ſolitis clauſulis, vel etiam inſolitis. ita Marta *clauſula* 96. *num.* 6. Ioſeph. Seſſe *Aragoniæ deciſ.* 93. *num.* 15. Cardinalis Tuſchus *concluſ.* 329. *num.* 6. Ioannes Franciſcus *in ſuo theſaur. fori eccleſiaſt. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 21. Crauetta *conſ.* 126. *num.* 7. *& ſequentibus*. Rebuffus *ſuper concordia, titulo, forma mandati Apoſtolici, verbo pro expreſſis*, Flam. *quæſt.* 14. *num.* 16. Riccius *Collectanea* 949. *effectu* 1. ex Crauetta reſoluit Menochius *conſ.* 190. *num.* 24. *& de præſumptionibus lib.* 6. *quæſt.* 39. *num.* 6.

10 Secunda operatio eſt formaliter exprimere ea, quæ obſtant, vel obſtare poſſunt diſpoſitioni reuocatoriæ huiuſmodi, ita ſacra Rota Romana *in vna Sabinenſi Caſtri Rotundi* coram Illuſtriſsimo Coccino 8 Februarij 1627.

11 Tertia eſt derogare omnibus his priuilegiis, ac indultis quomodolibet conceſſis, quæ reuocatoriæ conſtitutioni huic aduerſantur. ita ex Crauetta reſoluit *dicto conſ.* 190. *num.* 6. & his, quæ habent clauſulam derogatoriam ad futura priuilegia, ex Flam. *dicta quæſtione* 14. *num.* 16. Riccio *d. Collectanea* 949. *effectu* 4. Marta *prima parte, clau-*
12 *ſula* 123. *num.* 9. ita quòd Dominus Papa in iſto §. 6. ſpecificè caſſat omnia & ſingula priuilegia, conceſſiones, & gratias quaſcunque, tam ad ſupplicationẽ partium, Imperatoris, Regũ, Principum, quàm motu proprio ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine quomodolibet factas à ſancta Sede Apoſtolica, & prædeceſſoribus ſuis quibuſcunque Ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus perſonis, &c. ſub quibuſuis formis, & clauſulis inſolitis, & de neceſſitate exprimen-
13 dis. In genere verò virtute illius clauſulæ, *Illorum tenores pro expreſſis habentes*, paulò ſuperiùs explicatæ reuocat omnia & ſingula priuilegia ac indulta etiam habentia clauſulam derogatiuam ad futura priuilegia, vt Anaſtaſius Germonius ex Caputaquenſe *deciſ.* 121. *parte* 1. concludit, *de indultis Cardinalium* §. *ac irritum num.* 14. *in fine*, quæ obſtare poſſunt, vel obſtant reuocationi prædictæ, quomodolibet conceſſa & confirmata.

14 Et conſequenter illa expreſſa, & generalis omnium priuilegiorum





reuocatio contenta *in* §. 9. continet aliam ſpecialiſſimam derogationem virtute illius clauſulæ in fine appoſitæ, *Illorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, ſpecialiter expreſſè derogamus*, ita vt hìc non ſolùm Papa reuocat, & reuocata eſſe decreuit omnia, quæ contra tenorem huius reuocatoriæ conſtitutionis geſta fuerint, ſed etiam omnes conſtitutiones, litteras Apoſtolicas, priuilegia, indulta, etiam inſerta in corpore iuris, conceſſa quibuſuis Ordinibus, congregationibus, ſocietatibus, quomodolibet confirmata, ac ſi omnium eorum tenores de verbo ad verbum hìc eſſent inſerti, cum quibuſuis clauſulis, & derogatoriarum derogatoriis, ac aliis efficacioribus etiam inſolitis; & hoc generaliter ex vi illius clauſulæ, *Non obſtantibus præinſertis litteris huiuſmodi,*
*ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis*: ſpecialiter verò 15
reuocat non ſolùm prædicta, quia clauſula, Illorum tenores reſtringitur iuxtà narrata. Seraph. *Rotæ Romanæ deciſ.* 16. *num.* 1. ſed etiam omnia indulta, priuilegia, gratias, conceſſiones, licentias, quomodolibet conceſſas, & confirmatas, etiam in iure inſertas, nec non regulam à ſe factam, de non tollendo iure quæſito, virtute non tantùm clauſulæ, *Illorum tenores præſentibus, &c.* verùm illorum verborum, *Quibus omnibus, & ſingulis, etſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorum totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret*: ex quibus apparenter videtur omnia & ſingula priuilegia, & eorum confirmationes reuocatas eſſe, in quantum eſſe poſſunt, vel ſunt contraria huic conſtitutioni reuocatoriæ.

---

## CAPVT III.

*Stabilitur vera ſententia.*

His igitur notatis ad quæſtionem reſpondeo per ſequentem concluſionem.

Si concedamus priuilegiorum Ordinis Minorum de Obſeruantia 1
confirmationem à Clemente VIII. & Paulo V. fuiſſe datam ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine; eſſent nihilominus verè, & realiter, omnia & ſingula priuilegia viuæ vocis oraculo quomodoli-

bet Ordinibus Mendicantibus, aut non Mendicantibus, & quibuſ-uis perſonis conceſſa, per iſtam reuocatoriam conſtitutionem S. D. Papæ Vrbani VIII. reuocata, ac annullata, ex his quæ in præcedenti capitulo explicauimus. Rationes colligimus, quibus apertè, & euidenter probatur hæc aſſertio. Summus Pontifex ſpecificè & indiuidualiter omnia, & ſingula oracula quomodolibet conceſſa reuocat, & annullat, cum implicita, & vniuerſali derogatione omnium priuilegiorum, quæ obſtant, ac obſtare poſſunt ſuæ diſpoſitioni reuocatoriæ. Sed quod obſtat eſt confirmatio priuilegiorum Pauli V. & Clementis VIII. Ordini Minorum de Obſeruantia conceſſa de poteſtatis plenitudine, & ex certa ſcientia; igitur minimè obſtat hæc priuilegiorum confirmatio ſpecialis (cùm cenſeatur reuocata per clauſulam, *illorum tenores pro expreſſis habentes*, vt *ſuprà*) quin omnia & ſingula viuæ vocis oracula caſſata, & abrogata non ſint per iſtam reuocatoriam conſtitutionem.

2 Confirmatur primò; nam clauſula, *pro expreſſis habentes*, inducit omnimodam omnium oraculorum indiuiduam expreſſionem, cum ſuis qualitatibus, hoc eſt, cum ſuis modulis, formis, clauſulis, ac derogatoriis; verùm iſtæ non attenduntur penes oraculorum conceſſiones, de quibus conſtare minimè valent, quia huiuſmodi formulæ, clauſulæ, &c. propriæ ſunt reſcriptorum, litterarúmque Apo-
3 ſtolicarum: nam ad Bullationes, & inſtrumenta pertinent, oracula verò quia ore à Principibus conceduntur, tales formulæ non cenſentur verificari de ipſis; igitur penes eorum confirmationem attenduntur, quæ ſpecifica quantumuis probentur ab aduerſario, remanent oracula caſſata, quia illa confirmatio cadens ſupra priuilegia ex certa ſcientia confirmata, annullatur, & tollitur ex eo, quòd obſtat reuocatoriæ.

4 Confirmatur ſecundò. Quando Papa diſponit aliquid per viam conſtitutionis, & legis vniuerſalis poſitiuè, ſiue priuatiuè, non requiritur ſpecialis nec generalis eorum derogatio, quæ conſtitutioni obſtant, etiam quòd ſint alicuius Concilij decreta, ita colligitur ex *cap. 1. de conſtitutionibus in 6.* & ibi gloſſa *verbo noſcatur*, quem ſequitur Ancharen. Felinus *in cap. nonnulli, num. 3.* Garſias *de benef. part. 4. cap. 5. num. 47.* & facit ad hoc, quod tradit Sarment. *lib. 8. ſelect. cap. 14. num. 8. & 9. & in proœmio regularum Cancellariæ, quæſt. 4. ad fin.* Mandoſ. *reg. 32. quæſt. 4. num. 30.* Igitur à fortiori hæc S.D.N. Vrbani VIII. ſi nullam derogatoriam haberet, nec generalem, nec ſpecialem



lem clauſulam, qua intelligeretur abrogatum omne illud, quod obſtat, & obſtare poteſt ſuæ diſpoſitioni, adhuc eſſent omnia, & ſingula priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, & à Paulo V. confirmata ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis caſſata, & annullata per hanc contrariam diſpoſitionem, etiamſi nulla mentio eſſet facta de tali confirmatione.

Secundò principaliter poteſt probari noſtra concluſio ex his, quæ 5
pro intelligentia §. 9. diximus, & redit quaſi in idem, ſic ſpecialiter & indiuidualiter, per hanc generalem reuocatoriam oraculorum in genere, etiam omnia, & ſingula priuilegia, quomodocunque conceſſa, & confirmata ſub quibuſuis clauſulis, etiam inſolitis, de quibus eſſet facienda etiam expreſſa mentio, etſi clauſa etiam eſſent in corpore iuris hîc virtute clauſulę, *illorum omnium tenores pro plenè expreſſis habentes*, inquantum aduerſantur huic conſtitutioni, annullantur, & tolluntur; igitur illa priuilegiorum confirmatio Pauli V. & Clementis VIII. ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis eſt nulla, & ſimul priuilegia confirmata inquantum obſtant diſpoſitioni Apoſtolicæ reuocatoriæ omnium oraculorum, ergo minimè obſtat hæc priuilegiorum Ordinis Minorum de Obſeruantia confirmatio, quin omnia & ſingula oracula non cenſeantur realiter & cum effectu abrogata, ac reuocata, totus iſte diſcurſus eſt apertè euidens. Conſequentia probatur: nam priuilegium aliunde pendens tollitur, cùm tollitur id, à quo ipſum dependet, ita Bald. *in rep. l. 2. col. 3. verſiculo viſo vnde noſcatur, ff. de iure iuran.* Soc. *conſ. 241. verſ. nonò comprobatur, num. 2.* Felinus *in cap. quæ in Eccleſ. num. 19. de conſtitutionibus*, Tiraquel. *in tract. de ceſſ. cauſ. limit. 35. num. 2.* Bart. *ad l. Gallus, § & quid ſit tantum, col. 3. in princip. verſo præterea poſito, ff. de liberis & poſth.* Soc. *conſ. 150. num... verſ. ſextò confirmo*; igitur ablata illa priuilegiorum confirmatione, à qua ſecundùm aduerſarios pender eſſe oraculorum; etiam viuæ vocis oracula tolluntur, caſſantur, & annullantur.

QVÆSTIO

## QVÆSTIO TERTIA.

### *Reuocatane intelligantur omnia viuæ vocis oraculo priuilegia à Sede Apoſtolica conceſſa Ordinibus mendicantibus, ſi confirmata fuerint alicuius Conſilij generalis decreto.*

### CAPVT I.

*Pro aduerſariis probatur, declaratúrque eorum ſententia.*

HAnc difficultatem aduerſarij non examinant, nihilominus, vt
1 Summi Pontificis magis aperiatur intentio, falſitáſque contrariæ opinionis conuincatur; ſub hypotheſi diſputare, & eorum ſententiam hîc pro ipſis ponere, declarare, ac probare operæ pretium eſſe iudicaui. Neceſſariò igitur affirmare habent, qui tenent Papam priuilegiis viuæ vocis oraculo Ordinibus Mendicantibus, vel non Mendicantibus, communicationem tamen habentibus cum Fratribus Ordinis Minorum de Obſeruantia conceſſis non derogare, ex vi confirmationis priuilegiorum eiuſdem Ordinis à Clemente VIII. & Paulo V. de plenitudine poteſtatis, & ex certa ſcientia factæ; multo fortiùs non reuocari priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, per iſtam reuocatoriam conſtitutionem S.D. Vrbani VIII. ſi ex hypotheſi eſſent confirmata alicuius generalis Concilij decreto.

2 Pro cuius intelligentia obſerua, quæſo, quòd ſeruari debet proportio inter priuilegiorum conceſſionem, & eorum reuocationem, quia opponuntur quaſi priuatiuè, vt ex Vaſquez deducitur, 1. 2.
3 *diſp.*156.*cap.*4. & ex aliis modernioribus Theologis. Priuatio autem reducitur ad genus formæ contrariæ, & ex parte ſubiecti requirit omnes conditiones requiſitas ad poſitiuum oppoſitum, aliàs priuatio
4 non erit. Sicut igitur in priuilegiorum conceſſionibus contra conſtitutiones Conciliares requiritur ad eorum validitatem ſpecialis derogatio, & mentio Concilij cui priuilegiorum conceſſio aduerſatur ex *cap. nonnulli, de reſcrip. & cap. cùm ſe, de ætate, & qualitate, & cap. ex parte, de Capellis Monachorum*, Archid. *in cap.* 1. *de conſtitut. in* 6. & cum eo Baldus *in l. humanum, C. de leg. num.* 1. *notab.* 3. Milis *in re-*





*pertorio, verbo gratia facta contra generale Concilium*, Iaſon *in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam*, Decius *in rubr. de conſtit.* 2. *lect. ad fin. & in cap. prudentiam, n.*18. *de officio delegat.* Vitalis *tract. clauſularum, verſ. clauſula generalis, non obſtantibus quibuſcunque priuileg.* 11. *num.* 2. Selua *de benef.* 3. *part. quæſt.* 11. *num.* 31. Rebuffus *conſ.* 134. Padilla *in l. fin. C. de diuerſ. reſcript. num.*17. Flam. Pariſius *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 36. Cardinalis Tuſchus *conſ.* 557. *litt. C. concl.* 216. *num.* 79. *&* 80. *lit. D.* & alios, quos citat Garſias *de benef. part.* 4. *n.* 25. Rota Romana *deciſ.* 122. 123 *&* 358. *num.* 6. *part.* 1. *diuerſ. & in Burg. decimarum de Eſcalante*, coram domino Orano 5. Iunij 1591. *& in vna Valentina decimarum* 9. *Iunij* 1597. coram domino Pamphilio, in qua fuit dictum, in priuilegio requiri, quòd ſit in ſpecie derogatum,
*cap. nuper, de decimis*, cùm ſit diſpoſitio conciliaris, quæ cenſetur 5
habere clauſulam derogatiuam ad ſequentes diſpoſitiones dicti cap. *ex parte*, ita priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum, in decretis generalium Conciliorum per ſpecialem confirmationem incluſorum reuocatio non cenſetur valida, niſi expreſſio ſpecialis, & derogatio eorum Conciliorum fiat.

Inſuper notandum eſt à fortiore ſecundùm probabilem ſenten- 6
tiam Iuriſtarum, quòd ad valorem priuilegij conceſſi, neceſſarium eſt, vt in eo fiat expreſſa mentio illius iuris, cui priuilegium fuerit contrarium, ita tenet Panormit. *in cap. nonnulli, de reſcript.* Sylueſt. *verbo priuilegium, quæſt.* 9. *dicto* 3. Bart. *in l. vacuetis, C. de decurio. lib.* 10. *& in l. vltima C. contra ius*, Gloſſa *in Auth. hoc inter liberos, C. de teſtamentis, & in Auth. quibus modis nat. effici. ſui.* §. *vltimo*, ita etiam *in cap. Ex parte, de ſtatu Monachorum.* Verùm Panormitanus conatur hanc oſtendere doctrinam ex coniecturis, ex eo quia talia priuile-
gia contra ius regulariter emanant ex nimia importunitate, & ideò 7
non cenſetur Princeps velle derogare iuri, niſi illud exprimat. Hinc conſequenter aſſerit priuilegium conceſſum contra prius priuilegium
inſertum in corpore iuris, non valere contra illud, niſi faciat expreſ- 8
ſam mentionem illius, ita habet *in cap.* 1. *de reſcriptis*, quia de priuilegio inſerto in corpore iuris idem iudicium fertur, quod de ipſo cõmuni iure, ſic pariter eſt philoſophandum de priuilegiorum reuocatione data hypotheſi, quòd per confirmationem alicuius concilij generalis in ipſo ſint incorporata, quia per identitatem rationis non videntur reuocata, niſi in ipſa reuocatoria conſtitutione expreſſa fiat mentio.

9 Suppoſito igitur quòd alicuius generalis Concilij decreto ſint omnia & ſingula priuilegia viuæ vocis oraculo mendicantibus Ordinibus, vel non mendicantibus conceſſa, confirmata, & huiuſmodi confirmatio, conciliaris diſpoſitio cenſetur, ex cuius vi in Conciliorum decretis incorporantur, ac proinde irreuocabilia omnia videntur, ſine ſpecialiſſima ac expreſſa derogatione conciliaris diſpoſitionis, cuius ratione roborata & confirmata ſunt. Vnde de aduerſariorum mente aſſerendum eſt (data quæſtionis hypotheſi) per hanc reuocatoriam nouam Apoſtolicam ſanctiſſimi Domini noſtri Vrbani VIII. conſtitutionem priuilegia viuæ vocis oraculo mendicantibus Ordinibus, vel non mendicantibus, eorúmque ſuperioribus, ſeu perſonis conceſſa, non caſſari, aut reuocari. Probatur primò aſſertum, quia eodem ferè modo ſe habent conceſſiones, priuilegiáque reſpectu conciliaris diſpoſitionis, ac priuilegiorum reuocationes conciliari decreto confirmatorum: at priuilegia, quæ diſpoſitioni conciliari ad-
10 uerſantur, nullius ſunt roboris, & valoris, ex primo notabili, & ex Rota Romana *in vna Conchen. exemptionis decimarum 7. Martij* 1589. coram Domino Orano; niſi expreſsè talis diſpoſitio reuocetur ſaltem generaliter per clauſulam, *Decreto alicuius generalis Concilij non obſtante*, vt dicta Rota *in d. Conchen.* tenet igitur priuilegiorum reuocatio diſpoſitione conciliari confirmatorum non valet, niſi expreſsè reuocetur, vel mentio ſpecialis fiat; ſed euidenter conſtat nulla fieri derogatio in hac reuocatoria Domini Papæ Vrbani, etiam per clauſulas generales conciliaris diſpoſitionis aduerſantis ſuæ reuocatoriæ; ergo non reuocantur, neque caſſantur viuæ vocis oracula virtute talis reuocationis. Maior & Minor huius diſcurſus patet ex primo notabili.

11 Probatur ſecundò, priuilegia iuri communi aduerſantia inualida cenſentur ſine expreſſa iuris derogatione; igitur multo magis priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum valebit reuocatio, ſine expreſſa conciliaris diſpoſitionis abrogatione, virtute cuius validantur, roborantur, ac confirmantur. Antecedens eſt euidens ex ſecundo notabili, conſequentia probatur ex Bart. *in l. humanum 2. not. C. de legib.* affirmante, quòd oportet facere ſingularem mentionem de omni conſtitutione conciliari, contra quam diſponitur à Principe; ſecùs
12 contra alias decretales epiſtolas; ſufficit enim ad earum reuocationem generalis clauſula, *non obſtante lege communi*, ſic Ludo. Rom. *conſ.* 426. *col.* 4. ibi, *ſexta principalis*, Ioannes de Anania *in cap. cum diæceſi*



*diæceſi, de vſuris.* Et ratio eſt, quod ſit multorum authoritate, dicitur maioris roboris, *cap. prudentiam in principio, de off. deleg.* & ibi gloſſa. 13
hinc difficilius diſpenſatur per Papam contra conciliares diſpoſitiones *cap. poſt tranſlationem in fine, de renunc.* igitur ſpecialiùs & expreſſiùs requiritur ad conciliaris diſpoſitionis & confirmationis oraculorum reuocationem abrogatio, quàm ad derogationis iuris; igitur non valebit reuocatio oraculorum ſine ſpeciali caſſatione confirmationis ex diſpoſitione alicuius concilij facta.

Confirmatur, nam Curiæ ſtylus habet vim legis ſecundùm omnes 14
Doctores, à quo non eſſe recedendum docet Garſ. *de beneficiis part.* 4. *cap.* 5. *num.* 29. ſed de ſtylo non intelligitur abrogata diſpoſitio conciliaris niſi expreſſa de ea fiat mentio; igitur non erunt abrogata viuæ vocis oracula decreto alicuius concilij confirmata ſine ſpeciali talis decreti, & concilij derogatione, quæ non conſtat ex reuocatoria, ſequitur quòd tali confirmatione ſuppoſita per hanc nouam reuocatoriam conſtitutionem non reuocantur viuæ vocis oracula mendicantibus conceſſa. Hæ ſunt rationes potiſſimæ, quas ego inuenire potui pro aduerſariorum ſententia.

## Capvt II.

*Allata opinio reijcitur.*

Aduerſariorum allata ſententia, quam in præcedenti capite 1
de illorum mente probare nitebamur, tanquam minus probabilis, eſt reiicienda propriis rationibus quibus fundatur, retorquendo eas contra ipſos. Et primò ſicut ſe habent priuilegia ad diſpoſitiones conciliares, ita reuocationes priuilegiorum ad priuilegia alicuius generalis concilij decreto confirmata, ſed priuilegia, & conceſſiones, ac indulta quæ aduerſantur conciliaribus conſtitutionibus, valida ſunt abſque eorum ſpeciali derogatione; igitur reuocationes priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum, diſpoſitione conciliari confirmatorum, validæ ſunt abſque vlla derogatione, ac ſpeciali mentione talis decreti, & diſpoſitionis: ergo per hanc reuocatoriam conſtitutionem pontificiam Vrbani VIII. caſſata, annullata, ac abrogata ſunt omnia & ſingula priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, mendicantibus, & non mendicantibus Ordinibus, eorúmque

ſuperioribus, vel perſonis, etiam confirmata decreto cuiuſuis ge-
neralis concilij. Conſequentia prima & vltima tenent, Maior eſt
2 aduerſariorum, Minorem probo. Conciliaris conſtitutio nihil differt
à Pontificia, eiuſdem enim ſunt rationis, ſic Alciat. *Paradox. lib.* 6.
*cap.* 10 Suarez *de legibus lib.* 8. *cap.* 14. *num* 7. apud Garciam *de bene-
ficiis part.* 4. *cap.* 3. *num.* 28. & alij, quos *infrà* adducam. At ad
3 priuilegij validitatem contra Pontificiam conſtitutionem conceſſi,
non requiritur ſpecialis mentio, & derogatio conſtitutionis, cui pri-
uilegium aduerſatur; igitur ad validitatem priuilegiorum, aut con-
ceſſionum, quæ Conciliorum diſpoſitionibus aduerſantur, non re-
quiritur ſpecialis mentio, aut derogatio.

4 Probatur minor ex gloſſa *in cap.* 1. *de conſtitutio. in* 6. *verbo noſ-
catur*, vbi habetur, quòd quando Princeps ſcribit per viam priuilegij,
non requiritur neceſſariò clauſula *non obſtante*, ſiue ſpecialis deroga-
tio iuris cui priuilegium opponitur. Hoſt. *in ſumma, titulo de reſcri-
ptis*, §. *quas vires, verbo ſed poteſt diſtingui*, Ioannes Andreas *in cap.
vnico, de exceſſibus Prælatorum*, Imola. *in cap. nonnulli de reſcriptis*,
Milis *in repertorio, verbo priuilegium*. Bald. *in l. lapilli, verbo ego dico,
ff. de rebus dubiis, l. quidam conſulebant, ff. de re iudicat.* Martinus
Laudenſ. *in tract. de priuilegiis*, § 39. Gloſſa *ſupra eo, cauſam*, & not.
*in l.* 1. *ff. de conſtitution. princip.* eſtque communis Iuriſtarum ſen-
tentia, vt docet Felinus *in cap. nonnulli, de reſcriptis, regulā* 1. *fall.*
5 2. *n.* 11. Ratione verò probatur, quia priuilegium ex ſua intrinſeca ra-
tione habet eſſe contra ius commune; ergo Princeps concedens pri-
uilegium, eo ipſo, & quaſi intrinſecè vult derogari iuri communi;
ergo non eſt neceſſarium quòd ad validitatem priuilegij contra pon-
tificiam conſtitutionem, conceſſi exprimatur talis conſtitutio, cui pri-
uilegium aduerſatur, vt rectè probat Baldus *vbi ſuprà*, nam eo ipſo
6 quòd Papa vocat ipſum priuilegium, & bullatur, bulla priuilegio-
rum, ipſo facto vult infringere ius commune abſque alia derogatio-
ne expreſsa, ita *in cap.* 1. *de conſtit. in* 6. Cardinalis *in Clement. part.*
3. *quæſt. de cenſibus*; dicens valere priuilegium contra illam Clemen-
tinam non, non facta mentione ipſius.

7 Præterea ex eo erit inualida viuæ vocis oraculorum reuocatio ſine
expreſſa derogatione conciliaris conſtitutionis, qua roboratur &
confirmatur, quia eius poſitiuum oppoſitum, non erit validum ſi-
ne expreſſa mentione, ac derogatione Concilij, cui opponitur, &
aduerſatur ex mente aduerſariorum; ſed minimè obſtat quin priuile-
gia



gia conceſſa contra conciliares conſtitutiones valida non ſint abſque
eorum derogatione ſpeciali; igitur reuocatio priuilegiorum viuæ vo-
cis oraculo conceſſorum decreto alicuius Concilij generalis confir-
matorum erit valida abſque ſpeciali derogatione, & mentione talis
Concilij. Probatur Minor, quia ſi obſtaret, eſſet vtique, aut quia na-
tura Conciliorum id expoſcit, vel alicuius iuris diſpoſitio, ſed à nul-
lo iſtorum; igitur negatio ſiue carentia ſpecialis derogationis Con-
cilij, contra quod priuilegium conceditur, non obſtat quin talis
conceſſio valida non ſit abſque expreſſa abrogatione eiuſdem Conci-
lij. Minor quoad primam partem patet, quia conciliaris conſtitutio, 8
& Pontificia ſunt eiuſdem naturæ & rationis formalis, vt probat
Innocentius *in cap. ex parte de Capellis Monachorum*; at iſta ex natu-
ra ſua abſque alia expreſſa derogatione tollitur per priuilegiorum
conceſſionem poſitiuam, vt paulò antea probauimus; igitur & illa:
nam priuilegiorum eſt proprium, vt tradit Baldus *ex cap.* 1. *de conſtit.
in* 6. ex ſua propria natura, cùm ſit lex priuata, legi derogare, ac vl- 9
tra ius commune aliquid operari, etiamſi non exprimat. Secunda
pars principalis Minoris probatur, quia nullum eſt ab aduerſariis aſ-
ſignabile ius prohibens conceſſionem priuilegiorum Conciliorum
conſtitutionibus aduerſantem, eſſe nullam, & inualidam, ita docet
Felinus *de reſcriptis*, ſuper *cap. nonnulli, num.* 3. & licèt Archidiaco-
nus *in cap.* 1. *de conſtit. in* 6. ſuper *verbo noſcatur in fine*, contrariam ha-
buerit ſententiam, tamen in re non probat, neque id clarè ſentit,
prout ab eum ſequentibus citatur, aduertit idem Felinus, ac proin-
de veriorem arbitratus eſt eſſe opinionem Innocentij (quam ſequi-
mur) loco quo *ſuprà*, ita Gabarus *de offic. legati, lib.* 19. *num.* 398. & in
effectu Flores *quæſt.* 10. *num.* 10. Cenedus *in collect.* 123. *ad dictum cap.
nonnulli, num.* 3. & noſtræ ſententiæ adhæret Suarius *de legibus, lib.*
8. *cap.* 14. *num.* 7. Dom. Saliagun. *in cap.* 5. *de reſcript. num.* 24. eſſe affir-
mat in praxi frequentiſſimum.

Reſpondebis forſan aſſumptum negando: nam optimè iura aſſi- 10
gnantur prohibentia, aut determinantia, conceſſiones, indulta, ac
priuilegia contra conſtitutiones conciliares, abſque ſpeciali deroga-
tione conceſſa eſſe inualida, ac nulla, ita *in cap. nonnulli de reſcript.*
ibi, *vel expreſſam, & in cap. ex parte, de Capellis Monachorum*, vbi
datur pro inualido reſcriptum Apoſtolicum abſque ſpeciali deroga- 11
tione obtentum. Verùm hæc reſponſio non valet, quia iura non vi-
dentur ita determinare: nam deciſio illa *in cap. nonnulli*, procedit,

S 3 non

non quia eſt lex Concilij, ſed quòd ſpecialiter fuit cautum, quòd in illo caſu ſit neceſſaria ſpecialis derogatio, vt patet ex littera textus, vt aduertit Felin. nam in illo textu ponitur clauſula derogatoria ad reſcripta, quod ſi eſſet aduerſariorum reſponſio vera, non oportebat ponere iſtam clauſulam.

12 Neque etiam illud caput *ex parte, de Capellis Monachorum*, nocet, quia ibi certum eſt, vt teſtatur idem Felinus, Innocentius, & Suarius, non reprobari priuilegium, ex eo quia non faciebat mentionem legis Concilij, ſed ratione materiæ, quia videbatur eſſe parum conſentanea bonis Religioſorum moribus: vnde cùm eſſet etiam contra ius, & illius derogationem non contineret, ſuſpicionem ſurreptionis gerebat, & nihilominus non tanquam inualidum, aut ſurreptitium reiectum eſt, ſed à Pontifice fuit reuocatum tanquam minus conueniens, & ita ille textus contra aduerſarios adduci poteſt.

13 Inſuper ad validitatem ſpecialis, determinatæque conceſſionis contra diſpoſitiones, ac conſtitutiones ſacri Concil. Trident. non requiritur ſpecialis derogatio eiuſdem Conc. ita Gonzales *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 6. *n.* 120. Marta *de clauſulis, part.* 4. *clauſ.* 14. *n.* 3. Bonacina *de cenſuris, diſp.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 2. *num.* 5. *verſ. ratio deſumitur*, Mareſcot. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 41. Monet. *de commutat. vlt. volunt. cap.* 11. *num.* 250. Stephanus Grat. *diſcept. forenſ. tom.* 5. *cap.* 940. *&* 963. Moſſobr. *in praxi habendi concurſum. requiſ.* 17. *dub.* 4. *num.* 8. ſecundùm Romanam impreſſionem, Frater Sigiſmundus à Bononia *de elect. dub.* 5. Nicolaus Garcia *de benef. p.* 5. *cap.* 8. *num.* 87. vbi refert ſic reſpondiſſe ſacram Congregationem, Antonius Riccuillus *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 6. *& lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 6. vbi atteſtatur ſic fuiſſe in Rota deciſum *in vna ſancti Angeli penſionis*, 16. *Decembris* 1594. coram Cardinale Pamphilio, & alij, quos ſequitur Barboſa *in collectaneis, ad Conc. Trident. ſeſſ.* 25. *de reform. c.* 21. Igitur ad validitatem reuocationis priuilegiorum viuę vocis oraculo factorũ mendicantibus Ordinibus, quæ cõfirmata exiſtunt conciliari decreto, non expoſcitur peculiaris derogatio, ſeu mentio eiuſdem Concilij. Conſequentia eſt formaliſſima ex doctrina aduerſariorum in primo notabili præcedentis capitis. Antecedens probatur multipliciter; &

14 Primò diſpenſationes Pontificiæ contra Concilium Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 3. *de matrim.* præcipiens in ſecundo gradu non diſpenſari, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam; factæ inter infimæ plebis homines validæ cenſentur, & ſunt; ſed huiuſmodi diſpenſationes, & conceſſiones abſque vlla dicti Concilij ſpeciali derogatione indulgent Pontifices, ita Aldrete *de omnimoda Regularium exemptione, part.* 1. *cap.* 8. *num.* 20. Igitur ad validitatem diſpenſationum, & conceſſionum contra Concilium Trident. non expoſcitur ſpecialis derogatio.



Similiter ſummos Pontifices in coadiutoriis diſpenſare certum eſt, 15
in his quæ à Concilio prohibita ſunt, & tamen nec mentio illius, nec derogatio vlla fit; igitur adhoc vt Pontificiæ conceſſiones, & diſpenſationes, quæ Concilio Tridentino aduerſantur, validæ cenſeantur, non requiritur neceſſariò expreſſa mentio, & derogatio eiuſdem Concilij; ſic docet praxis, & ſtylus curiæ ſecundùm Sahagun *ſuprà* relatum.

Probatur ſecundò, & fortiùs, quia Pius V. anno 1570. per ſuum 16
motum proprium declarauit, nec generali, nec ſpeciali derogatione Conc. Trident. opus eſſe, in quibuſuis conceſſionibus Apoſtolicis manu propria Papæ ſignatis; non certè alia cauſa, niſi, quia diſpoſitio Papæ ſpecifice contra decreta cuiuſuis Concilij emanans ex ſua natura derogat Conciliis, maximè quando motu proprio, & ex certa ſcientia diſponitur; igitur falſum eſt requiri ad hoc vt valida cenſeantur indulta, ac priuilegia contra Concilia generalia conceſſa ſpecialem derogationem Concilij, cui aduerſantur. Motus verò proprij tenoris nonnulla hîc ponere placuit, quia non habetur impreſſus, qui talis eſt.

*Motu proprio, &c. Cùm plerumque contingat dubitari in cauſis Rotæ* 17
*Auditorio noſtro, & alibi pendentibus, ſuper prouiſionibus, & commendis, vnionibus, & aliis diſpenſationibus, ac aliis gratiis Apoſtolicis, quæ contraueniunt decretis Conc. Trident. ſit opus ſpeciali derogatione eiuſdem Concilij. Nos quæcunque dubia deſuper mota, & mouenda ſubmouere volentes, ne quorumcunque decretorum Concilij huiuſmodi tenores, præſentibus pro expreſſis habentes motu ſimili, &c. ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione declaramus, neque ſpeciali, neque generali derogatione eiuſdem Concilij opus fuiſſe, & eſſe in quibuſuis collationibus, prouiſionibus, commendis, vnionibus, &c. & aliis diſpoſitionibus, de quibuſuis beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumuis Ordinum Regularibus etiam Monaſterij conuentualibus, & conſiſtorialibus*

*rialibus, ac curam animarum habentibus, quomodolibet vacauerunt,*
*& vacabunt, ac etiam gratiam, & iuſtitiam concernentibus, & aliis*
*gratiis & conceſſionibus Apoſtolicis per nos, ac felicis recordationis Pium*
*Papam IV. necnon quoſcunque Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros,*
*noſtra tamen, & prædeceſſoris, ac ſucceſſorum prædictorum propria ma-*
*nu ſignatis, ac Sedem Apoſtolicam quibuſuis perſonis, Collegiis, & aliis*
*piis locis, & aliàs quomodolibet factis, ac faciendis, conceſſis, & con-*
*cedendis, & ita per quoſcunque iudices, &c. & cauſarum Palatij Apo-*
*ſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, in quibuſuis cauſis etiam per*
*appellationem pendentibus iudicari, & diffinire debere, ſub lata, &c.*
*irritum quoque decernimus; volentes præſentis noſtri motus proprij ſche-*
*dulam in Cancellaria Apoſtolica publicari, & in illius libro Quinterni*
*nuncupato deſcribi, non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordi-*
*nationibus, Apoſtolicis ſtylo Palatij, &c. Cæteris contrariis quibuſcun-*
*que. Placet motu proprio.*

18 Perſuadetur etiam Antecedens, ex determinatione Eminentiſſi-
morum Cardinalium ſacri Conc. Trident. *An ad derogationem Conc.*
*Trident. ſufficiat Papam contra illud reſcribere, abſque illius generali,*
*vel ſpeciali derogatione, vt Pius V. declaraſſe dicitur?* ſic ſacra Con-
gregatio reſpondit *Si ſupplicatio manu Papæ ſignata fuerit, non requi-*
*ritur, nec ſpecialis, nec generalis derogatio.* Facit ad hoc alia declara-
tio Cardinalium, quam refert Stephanus Quaranta *verbo confeſſor,*
*ad finem tenoris ſequentis.*

19 *I. R. D. Sixtus Papa V. fælicis recordationis indulſit PP. Congregationis*
*Oratorij, vt qui ex eis præuio examine ad audiendas confeſſiones in ipſa*
*vrbe à Vicario approbati fuerint, extra eandem vrbem abſque alio exa-*
*mine, de licentia tamen Ordinariorum locorum confeſſiones liberè audire*
*valeant; ſed quia in partibus præcipuè Neapolis, ipſis in dubium reuoca-*
*tur priuilegium prædictum, ſub prætextu quòd non contineat præciſam*
20 *derogationem, neque mentionem aliquam Conc. Trident.* ſeſſ. 23. cap. 15.
*quo cauetur ne quis abſque propriorum diæceſanorum examine audeat*
*confeſſiones audire. Ideo prædicti Presbyteri Congregationis Oratorij*
*ſupplices deſiderant ſuper hoc reſponſum à ſacra Congregatione, an fue-*
*rit neceſſaria derogatio ſacri Conc. Trident. Congregatio Cont. cenſuit, ſi*
21 *huiuſmodi priuilegium fuerit, vt proponitur à Sede Apoſtolica conceſ-*
*ſum, vtique omnino eſſe obſeruandum, quamuis nullam derogationem,*
*aut mentionem Conc. Trident. contineat*, hæc Cardinalis Matthæus. Ex
quibus apparet euidenter nulla ſpeciali derogatione indigere priuile-
gia,



legia, gratias, conceſſiones, indulta, à ſancta Sede Apoſtolica Regu-
laribus conceſſa ad eorum validitatem ſacri Concil. Trident. igitur ſi
poſitiua conceſſio valida cenſetur, contra diſpoſitiones conciliares,
non obſtāte quod ipſis aduerſetur, valebit vtique & oppoſita reuoca-
tio priuilegiorum Ordinis Minorum de Obſeruantia confirmatorum
alicuius decreti Concilij generalis, etiam quòd ſit Conc. Trid. ita
Rota Romana *in vna penſionis ſancti Angeli* 16. *Decembris* 1594. co-
ram Domino Pamphilio reſoluit Toletus *in ſumma lib.* 1. *cap.* 14. Ia-
cobatius *de Conciliis libro* 5. *art.* 18. aſſerit ita fuiſſe deciſum ſæpe.

Solùm ergo ſupereſt, vt reſpondeamus ad tertium principale ar- 22
gumentum pro parte aduerſa adductum de Curiæ ſtylo. Ad quod ne-
gamus eſſe de moderniore Curiæ ſtylo, priuilegia nempe conceſſa
eſſe inualida, ſi abſque ſpeciali concilij derogatione cui aduerſantur,
dentur, quia ſatis clarè contrarium determinatum vidimus. Et in
Rota, & ex ſacra Congregatione Conc. Trid. licèt ante Pium V du-
bitabatur; reliqua argumenta remanent ſoluta ex ſuprà dictis.

---

## CAPVT III.

### *Opinio propria ſecundùm veritatem probatur.*

VErùm quid in hac difficultate ſit ſentiendum, licèt ex rationi- 1
bus quibus aduerſariorum ſententiam impugnauimus, colligi
poteſt, nihilominus nonnulla pro clariori notitia noſtræ ſententiæ
ſunt aperienda. Et primò notandum eſt, quòd priuilegia ſcriptura
munita, & viuæ vocis oraculo conceſſa, non differunt ſubſtantiali-
ter, & quaſi ab intrinſeco principio, ſed modaliter, extrinſecè, & ac-
cidentaliter, à modo nempe concedendi, quia viuæ vocis oracula
abſque ſcriptura, ſiue inſtrumento conceſſionis fidem facienti con-
ceduntur à Principe; illa verò ſcripturas habent, quibus eorum con-
ceſſio probatur. Habere autem, vel non habere ſcripturas, non eſt 2
differentia ſubſtantialis priuilegiorum, ſed quid extrinſecum; ita ſu-
mitur ex *cap. inſtitutionis* 25. *quæſt.* 2. ibi, *Gratias, aut priuilegia, aut*
*ſcripto conceſſa*, vbi & gloſſa & DD. & extrauagante. *Et ſi dominici,*
*cap. vltimo, de pœnit. & remiſſ.* ibi, *tam verbo, quàm ſcriptis confectis*
*ex inde litteris vel non; & iterum quas concedi quomodolibet impoſte-*
*rum contigit verbo litteris.* idem docent ſub gratiæ nomine. Innoc. *in*
*cap. conſtitutum, de reſcript. num.* 2. Panorm. *in cap. noſtra, eodem ti-*
*tulo.* Nauarrus *conſ.* 1. *de priuilegiis.* Felinus *in rub. de conſtitut. num.* 5.
& Decius *num.* 26. Sylueſter *verbo priuilegium,* Suarius *lib.* 8. *de legi-*

3 *bus, cap.2. num.2.* Ratio verò eſt, quia nullum ius poſitiuum eſt, quod
ſcripturam requirat ad valorem; vel effectum priuilegij; nec etiam
ex natura rei neceſſaria, quia ſufficit voluntas, & poteſtas Principis
ſatis declarata. Poteſt autem declarari verbo, aut conſuetudine.

4 Confirmatur primò, quia priuilegium eſt quædam lex priuata, at
ſcriptura non eſt de ſubſtantia legis, nec in priuilegio interuenit ali-
qua ſpecialis ratio.

5 Confirmatur ſecundò, quia diſpenſationes, & licentiæ poſſunt ſi-
ne ſcripturis concedi; igitur & priuilegium; nam eadem ratio militat.
Denique quia regula Iuriſtarum eſt omnem diſpenſationem fieri poſ-
6 ſe verbo, quæ ex iure poſitiuo ſcripturam non requirit, vt docent
Doctores allegati, præſertim Nauarrus *conſ.12. de clandeſtinis deſponſa.*
& meritò, quia verbum ex ſe non eſt minus efficax ſignum, quàm
7 ſcriptura, licèt non ſit adeò permanens, & ideò ad alios effectus, præ-
ſertim ad perpetuitatem, & probationem adeò accommodatur. Hæ
autem conditiones non ſunt de ſubſtantia priuilegij; ergo nec ſcri-
ptura, ac proinde cùm nulla ſit aſſignabilis eſſentialis differentia inter
priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, & priuilegia ſcripturã haben-
tia, præter ipſam euidẽter ſequitur quòd eſſentialiter non diſcrimi-
8 nãtur. Atque hinc ſupponendũ eſt, quòd ſi Princeps confirmat priui-
legiorum ſcripturam, ſiue inſtrumentũ, quod vetuſtate fortè conſum-
ptum erat concedendo eius renouationem, aut de nouo exemplandi
licentiam, huiuſmodi confirmatio, & renouatio, nec accidẽtaliter, nec
ſubſtantialiter immutat priuilegium, ſeu gratiam, ſuper quam cadit.
9 ita ſimiliter eſt dicendum de priuilegiis viuę vocis oraculo cõceſſis, ſi
Papa videlicet inſtrumenta, ſiue ſcripturas ad eorum probãdam con-
ceſſionẽ, de nouo concederet, eorum non immutaret intrinſecè eſſen-
tiam, ex ratione facta; neque extrinſecè, quia talis ſcriptura, & inſtru-
mentum modum cõcedentis illa ſupponeret neceſſariò, qui dicit gra-
tiam, & cõnotat Principem ſub tali forma illam cõcedentem, qui mo-
dus non eſt mutabilis à ſupereminenti ſcriptura, quæ eſt valdè extrin-
10 ſeca in priuilegij ſubſtantia; igitur oracula viuæ vocis ſi de nouo poſt
eorũ cõceſſionem eſſent cõfirmata quocunque decreto ſcriptura, etiã
conſiliari, eſſent oracula, eorum ſemper conſeruando naturam, ſicut à
11 principio, niſi aliqua entitas ſuperadderetur, quæ eorum cõceſſionem
extrinſecè variaret. Suppono rurſus quòd ſicut cõſiliaris diſpoſitio, &
Pontificia ſunt eiuſdem rationis, vt ſuprà dictum eſt; ita confirmatio
priuilegiorum conciliaris, & Pontificia erunt eiuſdem eſſentiæ &





formalitatis, inde eſt, quòd ſicut confirmatio Pontificia cadens ſu-
pra priuilegia, bullationes, & ſcripturas habentia, non variat eorũ for-
malem rationem ſub quacunque forma concedatur, ſic conciliaris
confirmatio cadens ſupra viuæ vocis oraculo priuilegia conceſſa Or-
dinibus mendicantibus, non immutabit eſſentiã oraculorum, ſed per-
manebunt in decretis Concilij, quo confirmantur eodem fere modo,
quo fuerunt conceſſi, quæ conſiliaris cõfirmatio non inducit aliquam
entitatem ſpecificatiuam ipſis oraculis, ex cuius ratione intelligatur
aliqua virtualis clauſula, qua irreuocabilia reddantur abſque ſpeciali
derogatione Concilij, à quo confirmantur, quia pontificia confirmatio
etiam ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis non operatur ta-
lem effectum; igitur nec conciliaris.

Sed obiicies contra prædicta. Priuilegia inter ea, quæ in ſcriptis re- 12
digi debent, numerantur, ex gloſſa *in cap. primo, de cenſibus in 6. verbo
in ſcriptis, & cap. porrò, de priuileg. meliùs in cap. contra morem, d.*100. ibi,
aut ſcriptis priuilegij ſe tueri. Accedit quòd interdum per ſpecialem
gratiam Pontificis conceditur, vt viuæ vocis oracula valeant in con-
ſcientia; igitur ſignum eſt per ſe abſque ſcriptura non valere, ac per
conſequens ſcriptura eſt de ſubſtantia priuilegij.

Hæc obiectio non obſtat contra prædicta, nam ex cap. illo contra 13
morem ſolùm colligendũ eſſe videtur ſcriptum priuilegiũ in cauſa, de
qua ibi agebatur, ad probationẽ fuiſſe neceſſarium priuilegij, inde verò
non licet inferre fuiſſe neceſſarium ad ſubſtantiam: hæc enim valdè
diuerſa ſunt, & à diuerſis non fit illatio; ita intelligenda venit gloſſa
citata; non enim tantùm numerat ibi caſus, in quibus ſcriptura eſt ne-
ceſſaria ad ſubſtantiã actus, ſeu diſpoſitionis, ſed in quibus eſt neceſſa-
ria ad probationẽ, imò in fine addit, non in omnibus illis ſcripturã eſſe
ſimpliciter neceſſariam, ſed tantùm regulariter, ſeu ad melius eſſe, ſeu
ad faciliorem, & certiorem probationẽ, & hoc modo poteſt dici neceſ-
ſariũ ſcriptum inſtrumentum ad probationem priuilegij, non quidem
ſimpliciter, ſed ad melius eſſe, ſic reſpondent Decius *in rubric. de con-
ſtit. lect.*1.*n.*12. Felinus *ibid. n.6.* vel non in foro conſcientiæ, ſed in foro
iudiciali, vbi ius poſitiuum talẽ probationis modum expoſcet, ſic Lu-
do. Gomez *in regula Cancell. de non iudicando, & q.* 14. Gigas *q.* 134. *de
penſionib.* exponunt regulã Cancellariæ quæ habet, *vt gratia Papæ ne-
mini ſuffragatur litteris non expeditis*, intelligi in foro iudiciali, non in
foro conſcientiæ, & idem dicunt de diſpenſationibus, eadémque ratio
eſt de priuilegiis, ita Pater Suarius *lib. 8. de legibus, cap. 2. n. 3.* quæ do-

ctrina eſt valdè notanda, ex qua poſſunt ſolui multa argumenta de-
ſumpta à paritate reſcripti beneficialis.

14 Aduertendum eſt ſecundò ex modernioribus Theologis, quos
P. Suarius *lib. 6. de legibus*, *cap. vlt.* ſub tacito nomine citat *num.* 14.
quod de priuatiua, ſiue reuocatiua lege idem eſt dicendum, quod
de poſitiua; at verò certum eſt legem poſitiuam inferiorem (ſeu, vt
clariùs loquar) nouam abrogare priorem, etiamſi nullam eius men-
tionem faciat, maximè quando illi directè aduerſatur, aliàs inutilis
redderetur, priori ſimpliciter, & abſque clauſula, *non obſtante*, non
derogando; ſic reuocatio, quæ à Principe per modum legis emanat,
omnia, & ſingula abrogat, quibus ſpecificè, ac directè aduerſatur
abſque vlla derogatoria clauſula, vel etiamſi nullã eorum faciat men-
tionem. Per nouam iſtam Apoſtolicam reuocatoriam conſtitutionem
priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum Mendicantibus Or-
15 dinibus, Papa per viam legis videtur diſponere, quæ ſi confirmata eſſe
concedatur, alicuius generalis Concilij decreto, neceſſariò, & abſque
vlla mentione, vel clauſula derogatiua dicti Concilij decreto, cui di-
rectè, ac ſpecificè opponitur, derogabit; aliàs vana, ac inutilis eſſet ta-
lis reuocatoria lex, ita ſumitur ex *cap. 1. de conſtitutionibus in 6.* cum
gloſſa *ibi, verbo reuocare, & verbo noſcatur*, & ex *l. 1. ſed, & poſteriores,*
*ff. de legibus*, ibi, *niſi contrariæ ſint*, de qua re videndus eſt Bart. *in l. ſi*
*conſt. ff. ſolut. matr. n. 36. & ſequentibus*, *& in repet. l. Cæſar, ff. de publ.*
*vectig.* Decius *in cap. 1. de conſtitut. lect. 1. n. 12.* Felin. *in c. nonnulli, de re-*
*ſcript.* deducitúrque ex *c. cùm expediat*, *de elect. in 6.* & ex *l. 1. C. de off.*
16 *dotibus, & l. non eſt nouum, cum ſequent. ff. de legib.* & probatur, quia vo-
luntas poſterior ſuppoſita poteſtate vincit, & reuocat priorem, poſte-
rior autem lex reuocatoria cùm aduerſatur formaliter priori, indicát-
que ſufficienter voluntatem illi contrariam explicitè, & formaliter;
igitur ſufficit ad hoc vt intelligatur Cõcilium generale eſse abroga-
tum, inquantum confirmat priuilegia viuæ vocis oraculo, abſque eo
quòd apponatur clauſula ſpecialis derogatoria talis Concilij

17 Tertiò notandum eſt quòd per clauſulã generalem, *non obſtantibus*
*quibuſcunque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis*, quando diſ-
poſitio eſt ex certa ſcientia, & motu proprio derogatur Concilio gene-
rali, Puteus *deciſ. 294. lib. 2.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, titulo de proui-*
*ſione, verſo derogatio dicti Cõcilij, & verſo quæro Papam.* Iacobatius *lib.*
*5. de Conciliis art. 18. in fine*, Flam. Pariſ. *lib. 6. de reſignatione*, *q. 2. n. 38.*
Felinus *in cap. nonnulli, de reſcriptis, num. 8. verſo reſcripto*, Iacobus Al-





drete *de omnimoda Regularium exemptione* ibi, *eæ enim clauſulæ*
*alias prærogatiuas vincunt*, Caſſad. *deciſ. 14. num. 3. de præbendis*, & de-
ducitur ex *Clem. 1. & Clement. dudum, ad finem, de ſepulturis, & cap.*
*fin. de ſententia excommunicationis in 6.* Et ratio eſt, quia ibi non præ-
ſumitur ſubreptio, & ſumus certi, quòd Princeps nedum hoc potuit,
ſed quod voluit, quia à ſe fuit motus, & cũ maturitate, ſic Paul. *conſ. 33.* 18

His ſuppoſitis, fit noſtra concluſio, ſi priuilegia Ordinibus Men-
dicantibus, & non Mendicantibus, eorum Superioribus, & perſo-
nis etiam viuæ vocis oraculo conceſſa confirmata (ex ſuppoſitione
concedatur) alicuius Concilij generalis decreto ſint; nihilominus eſ-
ſent per hanc reuocatoriam S. D. N. Vrbani VIII. caſſata, abrogata,
ac annullata, Probatur primò, ſi priuilegia viuæ vocis oraculo confir-
mata alicuius Concilij generalis decreto non reuocarentur per hanc
Apoſtolicam conſtitutionem omnium oraculorum reuocatiuam abſ-
que ſpeciali dicti Concilij, & confirmationis derogatione, erit vtique
vel quia conciliaris confirmatio viuæ vocis oraculorum immutat na-
turam, & eſſentiam ratione decreti in quo clauduntur; vel quia ex
vi dicti decreti conciliaris ipſis oraculis ſcripturam addit, qua care-
bant priùs; vel tandem quia intelligitur aliquod ſpecificatiuum in
ipſis oraculis Principis poteſtatem limitans, vt non valeant illis ab-
rogare abſque confirmationis conciliaris ſpeciali derogatione, at ab
horum nullo; igitur non impedit conciliaris priuilegiorum viuæ vo-
cis oraculo conceſſorum Ordinibus Mendicantibus, vel non Men-
dicantibus confirmatio, quin caſſata, annullata, & abrogata non ſint,
per hanc Apoſtolicam conſtitutionem reuocatiuam oraculorum.
Maior ex ſufficienti diuiſione innoteſcit: nam nulla alia eſt aſſignabi-
lis ratio, quare oracula irreuocabilia cenſentur abſque ſpeciali dero-
gatione conciliaris confirmationis (quam ſupponimus) Minor quoad
primam partem ſic perſuadetur, ſcriptorum priuilegiorum conciliaris
confirmatio non immutat eorum naturam, ex eo quòd ex vi talis
confirmationis in dicto conciliari decreto clauſa intelligantur; igitur
nec immutabit viuæ vocis oraculorum eſſentiam. Conſequentia pro-
batur, priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa non diſtinguuntur à
priuilegiis bullatis eſſentialiter, niſi tantùm modaliter extrinſecè (vt
in primo notabili diximus) ſicut igitur conciliaris confirmatio non
valet immutare illa, ita nec iſta. Antecedens probo, quia Pontificia 19
confirmatio (vt latè proprio quæſito oſtenſum eſt) priuilegiorum ſcri-
ptorum non variat eſſentiam; ergo nec conciliaris, quia eiuſdem ſunt

20 rationis, & eſſentiæ effectiuè, & cauſatiuè. Quoad ſecundam par-
tem verò probatur: nam certum eſt, quòd conciliaris confirmatio
ex vi decreti non tribuit priuilegiis viuæ vocis oraculo conceſſis in-
ſtrumentum, bullationem, aut ſcripturam, quibus eorum oſtenda-
tur, aut probetur conceſſio: ſed data hypotheſi tunc ſic, confirma-
tio, & noua conceſſio ſcripturæ iam vetuſtate temporum conſumptæ
non variat, neque immutat eſſentiam priuilegiorum ſuper quæ ca-
dit; igitur ſuppoſito quòd virtute talis conciliaris confirmationis ad-
datur ſcriptura, ſeu bullatio ipſis oraculis, non ex eo variabitur, ſiue
immutabitur eorum eſſentia, vt caſſata non intelligantur, ex vi iſtius
Apoſtolicæ conſtitutionis viuæ vocis oracula caſſantis, & annullan-
tis. Antecedens ex ſe notum eſt. Conſequentia probatur ex dictis in
primo notabili: nam ſcriptura, ſiue bullatio cadens ſupra priuilegia
viuæ vocis oraculo conceſſa virtute talis decreti in quo clauduntur,
ſupponit neceſſariò eorum conceſſionem, ac modum concedendi à
quo diſtinguuntur ab aliis priuilegiis ſcriptis, connotando Principem
ſub tali forma indulgenti; igitur ſuppoſita conciliari confirmatione
ſeruatur oraculorum natura, quia ſeruatur, & ſupponitur modus
concedendi à principio. Quoad tertiam partem; Minor probatur, quia
nullum eſt aſſignabile ſpecificatiuum in ipſis oraculis intellectum,
virtute talis confirmationis limitans Principis poteſtatem, vt non ve-
niant abroganda abſque ſpeciali derogatione dicti Concilij confir-
mantis oracula viuæ vocis.

21 Secundò principaliter probatur concluſio. Lex generalis reuoca-
toria non ſolùm ea, ad quæ determinatur, abrogat indiuidualiter, &
ſpecificè, verùm etiam omnem aliam legem, quæ illi directè oppo-
nitur, reuocat abſque ſpeciali derogatione, aliàs redderetur lex re-
uocatoria inutilis, ſed iſta Apoſtolica reuocatoria conſtitutio eſt lex
generalis, vt ex contextu ipſius patet: igitur reuocat non ſolùm
omnia viuæ vocis oraculo priuilegia conceſſa, verùm & confirma-
tionem Conciliorum abſque vlla derogatione ſpeciali. Conſequentia
tenet, quia remanente tali conciliari confirmatione eſſet inutilis lex
iſta generalis; Maior ex notabili ſecundo eſt euidens.

22 Confirmatur, quando Papa reſcribit, aut diſponit contra Concilia
per viam conſtitutionis, ſeu legis, non requiritur vlla derogatio, ne-
que ſpecialis, neque generalis, ex *cap. 1. de conſtitutionibus in* 6. &
*ibi* gloſſa *in verbo noſcatur*, quam ſequuntur Ancheran. Felinus *de re-
ſcriptis, in cap. nonnulla, num. 3. ſub verbo fortè*, Garſ. *de beneficiis, part.*
4. *cap.*



4. *cap. 5. num.* 47. & facit quod tradit Sarment. *cap.* 14. *num.* 8. *&* 9. &
quod tradit Sarmen. *in proœmio regularum Cancellariæ, quæſt.* 5. *ad
finem*, Mandoſ. *reg.* 32. *quæſt.* 4. *num.* 9. Syluester *in ſumma, verbo lex,
quæſt.* 26. *verſ.* 3. Azorius *inſtitutionum moralium, cap.* 16. *quæſt.* 3. *lib.*
5. & facit quàm maximè Gregorij XIII. declaratio, prout refertur à
Nauarro *cap.* 27. *n.* 72. in qua determinatur, non eſſe neceſſariam ex- 23
preſſam derogationem Concilij Tridentini, quando Papa per nouam
conſtitutionem diſponit contra ipſum Concilium. Idem videtur ſen-
tire Suarius *de religione, lib.* 4. *cap.* 61. *num.* 11. *ad finem*; at per hanc re-
uocatoriam ſummus Pontifex diſponit per viam legis in caſu propo-
ſito contra Concilia, ſi eſſent virtute alicuius decreti clauſa in illis
priuilegia viuæ vocis oraculo facta; igitur caſſata, annullata, abro-
gata cenſentur per huiuſmodi S.D. Papæ Vrbani diſpoſitionem re-
uocatoriam, omnia & ſingula priuilegia viuæ vocis oraculo inſerta
ex vi confirmationis conciliaris in Conciliorum decretis abſque vlla
expreſſa mentione, ac derogatone talis decreti ſpeciali, aut generali.

Rurſus Papæ diſpoſitio ex certa ſcientia, & de plenitudine pote- 24
ſtatis habet virtualem vim ſpecialis derogationis illorum, quæ obſta-
re poſſunt Pontificiæ diſpoſitioni, imò habet vim clauſulæ deroga-
toriæ ad omnem legem contrariam habentem clauſulam derogato-
riam, ſic *cap. nonnulli, de reſcriptis, & in cap. ſtatutum, eodem titulo,
lib.* 6. Goffr. *in cap. nonnulli, de reſcriptis*, Ioannes Andreas *eodem ti-
tulo, & cap. Abbas in gloſſa, verbo mentionem*, Geminianus *in cap.
ſtatutum, eodem titulo, lib.* 6. *in verſo ſecundò nota*, Felinus *in cap. non-
nulli, de reſcriptis, verbo ſi ſolutio, & argumentum ſtringat, & in
verſ. limita primò hanc quartam fallentiam*, vbi dicit quòd dictum
Goff. & Ioannis Andreas ſeruatur in practica: at certum eſt quòd
confirmatio priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum ex cuius
vi clauſa cenſentur in Conciliorum generalium decretis, obſtat effe-
ctui nouæ Apoſtolicæ diſpoſitionis; igitur ſi iſta conſtitutio S. D. Papæ
clauſulam, *non obſtantibus*, &c. non haberet, abſque vlla alia ſpecia-
li, vel generali derogatione confirmationi conciliari prædictæ dero-
garet, ac decretis Conciliorum obſtantibus Pontificiæ huiuſmodi
diſpoſitioni, & conſtitutioni. Maior docetur communiter, Caſſad.
*deciſ.* 14. *num.* 3. *de præbendis*, Aymon. *conſ.* 126. *num.* 5. Sarmient. *lib.* 3.
*ſelectarum, cap.* 14. *num.* 11. *regul.* 1. Bald. *in l. fin. poſt princip. verſiculo, vl-
timò dic quòd tria. C. ſent. reſcin. non poſſ. & in cap. naturales, verſiculo,
ſed ego quæro, ſi de feud. defunct. fuer. controuerſ. inter dom. & vaſ.*
vbi

vbi docet non eſſe opus Principem ponere clauſulam *non obſtante*, quando ſcribit, ac diſponit ex certa ſcientia, Bart. *in authen. hoc inter liberos, C. de teſtamentis*, Nicol. Mil. *in verbo ſcientia certa* idem Bart. & Bald. *in l. idem Vlpianus*, §. *ſunt alij*, *de excuſ. tutor.* Guido Papæ *conſ.* 205. Felinus *in cap. nonnulli, de reſcriptis, verſ. fallit* 3. *& in cap. cùm inter, de exceptionibus, gloſſa* 1. *in cap. ex parte, de officio delegati*, gloſſa *in l. fin. C. ſi contra ius*, *vel vtilitatem publ.* Alexander *conſ.* 111. *col.* 2. *vol.* 6. Aret. *conſ.* 15. *col.* 3. *& in l. ſi conſtat, ff. de appellat.* Specul. *de inſtrument. eden.* §. *nunc autem*, *verſ. item pono, in fine*, & alij quos citat & ſequitur Felinus *vbi ſuprà*, & Antonius Gabriel *concl.* 1. *num.* 20. & probatur per Bart. *conſ.* 196. & Petr. de Anch. *conſ.* 288. *verſ. vltra alia ſolemniter allegata.* Minor eſt aduerſariorum. Conſequentia tenet: nam conſtitutio iſta reuocatoria eſt ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis.

25 Vltimò probatur concluſio. Papæ diſpoſitio ex certa ſciĕntia, motu proprio & de plenitudine poteſtatis, cum clauſula, *non obſtantibus conſtitutionibus, ac ordinationibus Apoſtolicis*, derogat decretis cuiuſuis generalis Concilij, abſque alia expreſſa mentione, ſeu derogatione: at reuocatoria hæc Apoſtolica conſtitutio eſt huiuſmodi; igitur ex vi huius clauſulæ hæc conſtitutio Pontificia reuocat, abrogat, ac caſſat omnia, & ſingula viuæ vocis oracula Concilij generalis decretis confirmata, abſque ſpeciali derogatione talis confirmationis, & decreti. Maior patet ex vltimo notabili, Minor verò ibi in textu *deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, motu proprio, & ex certa ſcientia.* Conſequentia probatur, quia clauſula, *non obſtantibus conſtitutionib. ac ordinationibus Apoſtolicis*, cùm diſponitur à Papa ex certa ſcientia, habet vim clauſulæ derogatoriæ ad omnem legem contrariam habentem clauſulam derogatoriam, Matienzo *ad l.* 3. *gloſſa* 12. *num.* 4. *tit.* 10. *lib.* 5. *noua recompellationis*, Rodolfin. *cap.* 5. *de ſuprema & abſoluta Principis poteſtate*; igitur.

26 Confirmatur, nam clauſula, *non obſtan.* derogat omnibus, quæ diſpoſitioni abſtare poſſunt formaliter; igitur reuocat omnium Conciliorum confirmationem priuilegiorum viuæ vocis oraculorum conceſſorum. Probatur ex *de deciſ.* 506. *ſacræ Rotæ Romanæ*, Farin. *tom.* 1. *part.* ita Marcus Antonius *variar. lib.* 1. *reſol.* 46. *num.* 7. *&* 11. Rationes verò, quibus ſuprà reiecimus contrariam ſententiam, quammaximè oſtendunt hanc noſtram concluſionem. Videnda etiam ſunt fundamenta poſita *in* 3. *cap. præcedentis quæſtionis*

QVÆSTIO



## QVÆSTIO QVARTA.

*An priuilegia viuæ vocis oraculo Ordinibus mendicantibus, vel non mendicantibus conceſſa, eorúmque ſuperioribus, & perſonis, ad alicuius Cardinalis contemplationem per hanc Apoſtolicam reuocatoriam conſtitutionem ſanctiſſimi Domini Vrbani Papæ VIII. reuocentur, ac annullentur?*

### CAPVT I.

*Quid aduerſariorum mens in hac difficultate ſentiat, aperitur, ac probatur.*

NE occaſionis locus detur aduerſariis, quammaximè propoſitam difficultatem examinare oportet. Affirmandum tamen neceſſariò ab eis, ne dum priuilegia viuæ vocis oraculo regularibus Ordinibus, eorúmque Superioribus, ſeu perſonis ad Eminentiſſimorum S.R.E. Cardinalium inſtantiam conceſſa, per hanc conſtitutionem reuocatoriam non reuocari, verùm etiam Papam (regulariter loquendo) non poſſe illa abrogare, habent enim à ſancta Sede Apoſtolica, & meritò, indulta, & priuilegia, quibus eis conceditur ob tantæ dignitatis ſplendorem, atque authoritatem, vt tam ea, quæ ipſis Eminentiſſimis Cardinalibus indulgent ſummi Pŏtifices, quàm illa, quæ ad eorum contemplationem aliis quomodolibet conedunt, irreuocabilia exiſtant, tum reſpectu clauſularum ampliſſimarum, tum ratione decreti annullatiui in ipſorum indultis appoſiti, cuius efficacia, & vi omnes, & ſingulæ conceſſiones, tam poſitiuæ, quàm priuatiuæ, quæ ipſis obſtant, ac obſtare poſſunt, ſunt nullæ, ac omni effectu, & iure vacua, quam ſententiam, vt melius percipias, 1

Primò aduertendum eſt, quòd ſolent Summi Pontifices S. R. E. Cardinalibus ampliſſima priuilegia, facultates, licentias, ac indulta concedere, firmantes regulam de non reuocando prædicta tam ipſis, quàm aliis ſimilia ipſorum intuitu cŏceſſa, ob id adiiciunt decretum annullatiuum, ſiue irritans, cuius efficacia, & virtute ex propria entitate, & natura omnes conceſſiones Apoſtolicæ poſitiuæ, & priuatiuæ, quæ contra indulta factæ fuerint, annullatæ, ac irritæ cenſentur, 2

V tur,

tur,& ſunt omni effectu, ac iure vacua, ita habetur *cap. pend. de præbendis in 6.* Abbas *in cap. dilectus, num. 14. de præbendis*, Oldradus *conſil. 319. num. 3.* Caſſad. *ſuper regul. Cancell. deciſ. 12. num. 4.* Gomeſius *ad regul. de annal. quæſt. 4. in principio, & verſo. nam decretum.* Rebuffus *ſuper concordatis rubr. de firma, & irreuocabili concordia, in verbo 3. notanda.* Germonius *de indultis Cardinalium § alioquin, n. 16. & ſequentibus. folio mihi* 504. Felin. *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtitution. num. 7.* & alij quos ipſe ſequitur. Atque hinc colligendum videtur omnes viuæ vocis oraculo conceſſiones mendicantibus Ordinibus, & eorum ſuperioribus, & perſonis factas ad Cardinalium contemplationem abſque ſpeciali derogatione indultorum ipſis conceſſorum, per hanc nouam Apoſtolicam reuocatoriam conſtitutionem Vrbani VIII. non reuocari.

3 Hinc conſequenter eſt ſecundò notandũ, decretum annullatiuum, decernens irritum, & inane omne contra ius dicti indulti diſpoſitum quomodocunque ligaret ipſum ſummum Pontificem. Gemin. *in cap. quodam, in fine, de præbend. lib. 6.* & *ibidem* Anchar. *notabili* 3. & Franc. *notabili* 1. Philippus Probus *in addit. ad Ioan. Monach. in cap. tibi qui, n. 5. de reſcriptis, eodem lib. 6.* Pariſius *conſ. 37. n. 3. lib. 4.* Rebuffus *eodem*
4 *verbo tertiò notanda.* Nec mirum eſt, quia ipſemet Papa ſibi legem impoſuit, adiiciendo decretum irritans, ac declarando nullos, ac irritos prorsúſque omnes & ſingulas diſpoſitiones Apoſtolicas, tam priuatiuas, quàm poſitiuas, quæ ſecus, ac indultis factæ fuerint; ſibi imputare debet argumẽto *l. veterib. ff. de pact.* & licèt legibus ſolutus ſit, *l. Princeps, ff. de legibus, canon. ideo 25. quæſt. 1.* non eſt tamen à ratione alienũ, Principem illam ſeruare legem debere, quam ipſe intulit, ac omnes aliàs, quæ iuſtę videntur, *l. digna vox. C. de legibus, l. ex imperfecta, C. de teſtamen. l. 4. C. ad legem Falcidiam*; & multo magis ea, quæ ipſe conceſſit, ac proinde videtur dicendum Papam non poſſe (regulariter loquendo) dicta priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa Regularibus, ac eorum ſuperioribus, ſeu perſonis reuocare.

5 Notanter dixi, regulariter loquendo, quia licèt verum ſit talia Cardinalium priuilegia iure ordinario irreuocabilia eſſe, tamen ex iuſta cauſa poteſt ſummus Pontifex illa reuocare ad libitum ſuæ voluntatis, vt in ſequenti diſputatione fuſiùs dicemus.

6 His ſuppoſitis facilis eſt propoſitæ difficultatis, ad mentem aduerſariorum reſolutio. Omnes & ſingulæ conceſſiones viuæ vocis oraculo ad Eminentiſſimorum Cardinalium intuitum, mendicantibus, vel





non mendicantibus Ordinibus, eorúmque perſonis, ac ſuperioribus factæ, per hanc Apoſtolicam nouam ſanctiſſimi Domini Papæ Vrbani VIII. reuocatoriam conſtitutionem non caſſantur, aut annullantur, ſed habent valorem priſtinum, & effectum ac priùs habebant.

Probatur primò Apoſtolicæ diſpoſitiones priuatiuæ, ſeu reuocatiuæ priuilegiorum intuitu Cardinalium regularibus Ordinibus, ſuperioribus, ac perſonis quomodolibet conceſſorum cenſentur nullæ; igitur reuocatoria iſta ſanctiſſimi Domini Papæ reuocantis omnes conceſſiones viuæ vocis oraculo factas, non extenditur ad viuæ vocis oraculo priuilegia ad Eminẽtiſſimorum Cardinalium inſtantiã mendicantibus, vel non mendicantibus Ordinibus conceſſa. Conſequentia tenet. Antecedens probatur ex primo notabili: nam Cardinalium indulta clauſulam decreti annullatiui habent, afficientis omnes Pontificias diſpoſitiones, quæ ſequuntur, ita vt nec effectum, nec iuris fomentum habeant, & nullæ reddantur, ex *cap. ſi eo tempore, de præbendis in 6.* Caſſad. *deciſ. 1. num. 7. de reſtitu. ſpoliat.* Gomeſius *ad regulam de trien. quæſt. 49. num. 3.*

Confirmatur, nam incredibile eſt Principem irrita velle eſſe, quæ 7
ſua liberalitate, ac æquitate tantùm ſuadente, conceſſit, ac non derogare promiſit: ſiquidem Papa non tantùm iure humano tenetur ſtare promiſſis, *cap. 1. de probatio. & can. poſteaquam 25. quæſt. 2.* ſed diuino,
quo Deus Optimus Maximus etiam ſtare voluerit promiſſis, *Geneſ.* 8
*cap. 22.* præſtitit enim, quod promiſit Abraham multiplicare ſemen ſuum, & Lucæ cap. vltimo, *Ego mittam promiſſum Patris in vos, ſpiritum veritatis*, & Pſalm. 88. *Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.* Concilium Africanum cap. 12. *Pax ſeruetur, & pacta cuſtodiantur*, vt *in cap. primo, de pactis, l. iuris gentium, §. prætor ait, eadem, ff. de pactis.* At cùm Papa Cardinalibus promiſit non reuocare priuilegia tam ipſis, quàm aliis quomodolibet conceſſa ad eorum contemplationem; igitur Papa iure ordinario videtur non poſſe per hanc conſtitutionem reuocatoriam annullare priuilegia viuæ vocis oraculo fa-
cta Regularibus intuitu Cardinalium. Hanc conſequentiam ſic per- 9
ſuadeo, Papa iure ordinario priuilegia per modum contractus conceſſa, abſque neceſſaria, grauiſſima, iuſtáque cauſa formaliter exprimenda in diſpoſitione reuocatoria abrogare, aut annullare non poteſt quia non præſumitur velle præiudicare iuri tertij acquiſito ex gloſſa *in Clemen. Dudum de ſepulturis, verbo pacta, circa finem:* & *ibi* Cardinalis Aret. *in tit. 3. l. 14. lib. 1. recop. num. 42.* Sanchez *diſp. 33. n. 8.* Suarius *de*

*legibus, cap.* 38. *n.* 3. *lib.* 8. At indulta conceſſa Cardinalibus, & aliis ad
eorum inſtantiam ſunt huiuſmodi; igitur videtur Papa nō poſſe pri-
uilegia viuæ vocis oraculo Ordinibus mendicantibus, vel non mendi-
cantibus conceſſa ad Cardinalium contemplationem reuocare; ac per
conſequens nulla & vacua omni iure, & effectu eſt huiuſmodi reuoca-
10 toria reſpectu talium oraculorum. Minor huius diſcurſus eſt euidens,
nam promiſſio eſt verè & realiter contractus, vt communiter DD. in
materia de contract. docent.

12 Principaliter ſecundò probatur, concluſio, decretum irritans ligat
Papam ex ſecundo notabili; igitur Papa ſaltem regulariter loquen-
do, non poteſt abrogare per hanc reuocatoriam ſuam conſtitutio-
nem priuilegia viuæ vocis oraculo Ordinibus mēdicantibus, vel non
mendicantibus, ſeu ipſorum ſuperioribus, ac perſonis ad contempla-
tionem Cardinalium conceſſa. Conſequenter non obſtat reuocatoria
hæc diſpoſitio quin oracula viuæ vocis ſuum priſtinum effectum, ac
valorem non habeant. Conſequentia patet, nam firmo remanente
decreto irritante indultis Cardinalium appoſito, omnes Pontificiæ
conſtitutiones tali decreto aduerſantes ſunt irritæ, inualidæ, ac nullæ
ex lege quam ſibimet Papa impoſuit, his tantùm rationibus aduerſa-
riorum ob temporis anguſtiam, & librorum inopiam ſententiam fun-
dare potui.

## CAPVT II.

### *Allata opinio impugnatur.*

1 VErùm allata ſententia minimè nos conturbat, quin efficaciſſi-
mis rationibus improbari non poſſe; atque hinc primò pro fa-
ciliori dicendorum intelligentia aliqua in hac materia ſcitu digna no-
tanda veniunt.

Primò aduertendum eſt duplici modo reuocari poſſe priuilegia,
aut per viam legis vniuerſalis, aut per viam reſcripti, ſiue priuilegij, ſi
primo modo Princeps procedit, tunc fortè nulla generalis, nec ſpe-
cialis requiritur expreſſa mentio, & ratio eſt, vt doctè docet Felinus
*in cap. nonnulli de reſcriptis num.* 8. *verſ. ſecunda declaratio*, quia per
viam legis reſcribendo Princeps nemini præiudicat, vel ſi aliqua iux-
ta aliorum placita expoſcitur, ſufficit clauſula generalis, *non ob-
ſtantibus quibuſcunque ſub quacunque forma verborum conceſſis*, ita
*cap. fin. ad finem, de ſententia excommunic. in* 6. *ſub quauis forma,
vel expreſſione verborum.* Ioannes Andreas *in rubrica de priui-
legiis*, facit ad hoc *l. omnes*, §. 1. *C. de præſcript.* 30. *annorum, gloſſa* 1.
*in l. Imperialis, C. de nupt.* ſic loquitur *Clement.* 1. *& Clement. dudum, de
ſepulturis.* Aut diſponit ſecundo modo per viam reſcripti, ſeu priui- 2
legij, & tunc priuilegia quaſi à principio intrinſeco ſuæ naturæ depo-
ſcunt eodem ferè modo reuocari, quo conceſſa fuêre, nec ſufficit
obſtantia pro expreſſis habere, ſiue clauſula generalis, *Non obſtanti-* 3
*bus quibuſcunque priuilegiis, vt in Auth. contra ſi filius, C. de repend.
& in Auth. de defend. ciui.* §. *non habente*, facit quod notat gloſſa *in
cap. cùm proponeretur, de leg.* 2. ſed talem oportet facere mentionem, 4
qualem requirunt priuilegia, quæ reuocantur, ita tenet communis
opinio ſecundùm Felinum *loco quo ſuprà*

Duobus his quoque modis Cardinalium indulta, ac alia priuile- 5
gia ad eorum contemplationem conceſſa Ordinibus Mendicantibus,
vel non Mendicantibus, eorúmque Superioribus, & perſonis ha-
bentia clauſulam derogatoriam dātem ſpecialem formam diſpoſitio-
ni contrariæ comparari poſſunt ad Papam reſcribentem contra huiuſ-
modi indulta, & priuilegia, vel per viam legis generalis, & tunc
fortè vel nulla requiritur ſpecialis mentio neceſſaria ad eorum vali-
dam reuocationem, vel ſi aliqua expoſcitur, ſufficit generalis illa,
*Non obſtantibus indultis Cardinalibus S. R. E. ſub quauis forma verbo-
rum conceſſis*, quia hæc eſt formalis legis ratio, vt ſupra oſtenſum eſt:
aut diſponentem per viam reſcripti, ſiue priuilegij; & tunc ad vali-
dam indultorum prædictis Cardinalibus, vel aliis perſonis ipſorum
intuitu conceſſorum reuocationem requiritur neceſſariò ſpecialis
mentio, ac derogatio expreſſa: tum propter clauſulam decreti irri- 6
tantis, eius denique virtutem, & efficaciam, tum propter reueren-
tiam, quæ ipſis S.R.E. Cardinalibus haberi ſolet, non enim ſubiiciun- 7
tur regulis Cancellariæ, aliíſque Extrauagantibus conſtitutionibus,
vti tradit Gomeſius *in proœmio ad regul. quæſt.* 4. *& ad regul. de impe-
trandis benef. vacant. per obitum familiæ Cardinalium*, Pariſius *conſ.*
79. *lib.* 4. Puteus *deciſ.* 141. *lib.* 2. Caputaquen. *deciſ.* 82. *part.* 1. quos ſe-
quitur Anaſtaſius Germonius *de indultis Cardinalium* § *alioquin*, *n.*
34. *fol. mihi* 506. quod non ſolùm de indultis, verùm etiam & de Car-
dinalium perſonis, vt tradit idem Germonius, eſt intelligendum.

Aduertendum eſt ſecundò, decretum irritans indultis Cardina- 8
lium appoſitum, prout relationem dicit ad Papam per viam legis re-
ſcribentem totius vniuerſalis Eccleſiæ gubernium, & regimen re-

V 3 ſpi-

ſpicientis, nullo modo ligare Summum Pontificem, quia omnis
congruentiæ ratio ceſſat, vt lex, quam Papa virtute talis decreti ſi-
9 bi impoſuit, ſeruetur. Imò iniuſta cenſetur inquantum maius bo-
num, cui Papa ex paſtorali officio incumbere tenetur, impediret.
S. Thomas 2.2.*quæſt.*143.*art.*6. nec ſtare promiſſis tenetur propter ta-
citam conditionem, quam includunt, nempè rebus ſic ſtantibus,
ſeu non adueniente aliqua eorum varietate notabili, quia tunc illa
promiſſio redditur iniuſta. Ac proinde ex hoc capite non ligatur ſum-
10 mus Pontifex ſuis legibus, quin poſſit reuocare omnia & ſingula tam
ipſis S. R. E. Cardinalibus indulta, quàm aliis ad ipſorum intuitum
quomodolibet conceſſa, ex annotatis per Baldum *in l. digna vox, C.*
*de legibus*, Angelus *in l. Princeps legibus, ff. de legibus*, per Baldum
*in cap.*1.*§. ad hæc, verbo pone Epiſcopos, de pac. iur. firm. & in l.*1.*§. ſimi-*
*líque modo*, & *ibi* Angelus, *C. de lat. lib. tollen.* per Baldum *in l. ſi cùm*
*ipſe, C. de contrahend. empt. & in authentica quibuſcunque in fin. C. de*
*ſacroſanctis Eccleſiis, in l. ſi conſul, ff. de adopt.* per Bart. *in l.*1.*in princi-*
*pio, ff. quòd quibuſcunque iur.* Ioannes Andreas *in cap.*2.*de conſtitutioni-*
*bus in* 6 Petrus de Ancheran. *in repertorio* 1. *cap. de conſtitut. & in* 12.
*quæſt.* Cardinalis *in repertorio cap. de illis in* 7.*quæſt. de raptor.* per Bart.
*in l. Lucius, per illum tantum, ff. de fideicom.* per Ioannem Andream
*in reg. cui licèt, de reg. iur. in* 6. vbi concludit quòd Epiſcopus non li-
gatur proprio ſtatuto, & communiter DD.
11 Licèt tamen verum ſit, decretum irritans iure ordinario aliquo
modo Papam diſponentem per viam reſcripti, ſiue priuilegij ligare,
quia maximè conſonum videtur rationi quòd Principis animus fir-
mus, & conſtans ſit in ſuis conceſſionibus, ac promiſſionibus, ſub-
iaceátque legibus ſibi propria ſua voluntate impoſitis, hoc perſua-
dente dictamine rationis, ita *in cap. cùm omnes*, ibi *patere*, *gloſſa* 1. *in l.*
*digna vox, C. de legibus, & cap. Eccleſia in* 1. *de elect. & in cap. in cauſis,*
*de re iudicata, & in cap. cùm fideicom* cum capitulis ſequentibus, &
eleganter *ibi* Gratianus *in cap. ideò, §. his ita, per totum*, & de hoc
ſecundùm Felinum ſunt multi textus 25. *quæſt.* 1. S. Thomas *in* 1. 2.
12 *quæſt.*96.*art.*6. à quo tamen dictamine recedere poteſt, imò debet,
quoties aliquid pro bono publico ſit ſtatuendum: nam non ſemper
13 lex poſitiua eſt iuſta, quia aliquando mutato fine, vel aliqua alia in-
teruenientе circunſtantia lex redditur iniqua, quando primò erat
iuſta, & ſancta, vt latè tradunt DD. *de legibus*; videndus eſt S. Tho-
mas 1.2.*quæſt.*147. *art.* 6. quæ ſequuntur Thomiſtæ omnes.

Aduer



Aduertendum eſt tertiò, quòd Papa concedens S.R.E. Cardinali- 14
bus priuilegia, gratias, licentias, ac indulta, ad eorum etiam con-
templationem aliis quomodolibet, etiam conferendi beneficia, di-
ſpenſandi, aut alia huiuſmodi, maiorem ſibi retinet authoritatem, vt
reſpondit Cardinalis *conſ.*3.*titulo de præbend.* Rebuffus *in prax. benef.*
ſub hoc titulo, *forma, & declaratio nouæ prouiſionis, in verbo ſeu ſi*
*venerabilis* argumento *cap. dudum, & cap. quamuis, de præbendis lib.*6.
Franciſcus Curtius *conſ.*64.*num.*5. Cephel. *conſ.*539.*num.*49.*lib.*4. Ca-
putaquen. *dec.*337.*num.*8.*part.*1. *& deciſ.*61. *&* 409. *num.* 3. *part.* 2.
ideò poteſt ex certa ſcientia immutare, tollere, reuocare, vel limi-
tare aliqua ex parte, totum illud, quod ipſis Cardinalibus conceſſit,
vel aliis ad eorum intuitum, tum quia eius eſt deſtruere, cuius eſt 15
condere, eius etiam ſoluere, cuius eſt ligare, ſiue, vt eſt iuris re-
gula, *l. eius ff. de regulis iuris*, eius eſt velle, cuius eſt nolle, & econ-
trà: tum quia non eſt veriſimile Pontificem maximum voluiſſe ſi- 16
milia priuilegia Cardinalibus concedendo, priuare ſeipſum poteſta-
te, & authoritate illa tollendi quoties opus fuerit; vt per gloſſam *ad*
*l. quia, verbo nec ipſa lex, ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & per omnes *ad*
*l.*1.*ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdict.* tum quia nec Papa ipſe 17
ex ſua liberalitate, per quam ſe reſtrinxit, ampla indulta concedens,
debet damnum pati, ſicut, & donans, *l. diuus, ff. de regulis iuris*, Re-
buffus *ſuper concordatis, in rubrica mandati Apoſtolici, §. vnum colla-*
*torem, verſiculo nec debemus hoc reſtringere*, vt perſuadetur à ſimili: 18
nam ſicut Princeps laicus ſi aliquam transfert iuriſdictionem, non vi-
detur ea à ſe omnino abdicaſſe, quin eandem, ſi libuerit, exercere
poſſit, ac illam exercendo reuocare, quam conceſſerat tacitè (vt in-
feriùs dicemus) ex eo, quia illam videtur cumulatiuè, & non priua-
tiuè concedere, ex *cap. dudum §. nos igitur, de præbendis, lib.* 6. Af-
flict. *cap.*1.*§. poteſtas, num.*15.*quæ ſit regula, & in cap.* 1. *§. item ſi quis,*
*tertio notabili, quibus modis feud. amittat.* quo loco præcisè ſcribit 19
quòd ſi dominus alicui conceſſit caſtrum cum iuriſdictione, non pro-
pterea cenſetur ei iuriſdictioni prorſus renunciaſſe, imò verò eandẽ
quam priùs conceſſionem habebat, retinuiſſe, teſtimonio Rolandi de
Valle *conſ.*1.*n.*135.*cum ſequen. lib.*2. Ripa *reſponſ. lib.*2.*c.*4. videatur de
hac re Anaſtaſius Germonius *lib. de indultis Cardinalium, §. per quæ*
*ſublatis, folio mihi* 413. quæ ſi de ſeculari, ac profano Principe ad-
mittuntur, multò fortiùs de ſupremo mundi Principe admittenda
veniunt, Papa ſcilicet, cui Omnipotens Dominus ſoli impartitus eſt

pleni

plenitudinem poteſtatis. Ac proinde liberè poteſt omnia & ſingula indulta Cardinalibus S. R. E. conceſſa limitare, reſtringere, immutare, ac caſſare, vt in ſimilibus loquuntur DD. de Epiſcopis. Abbas *in cap. diuerſitatem, in quinto notabili*, per illum textum *de conceſſionibus præbendarum*. Gaſpar de Peruſio *in tract. de reſeruat. benefic.*
21 *num.* 4. nec Cardinalibus iniuriam facit reuocando eorum indulta, quia iure ſuo vtitur Papa, *cap. Cùm Eccleſia*, vbi gloſſa, *de electionibus*. Ioannes Staphil. *de gratia & expect. in principio, num.* 4. *&* 5. *in* §. *poſt hæc, num.*4.

22 Notandum eſt quartò, quòd licèt regulæ Cancellariæ, & aliæ generales conſtitutiones regulariter Cardinales non includant, vt per Roman. *conſil.* 498. *num.* 1. Gig. *de penſionibus quæſt.* 9. *num.*7. Barbat. *de præſt. Cardin. quæſt.* 12. *col.* 2. *verſiculo* 1. Mandoſ. *in reg. de infirm. quæſt.* 2. *num.*4. *in fine*. Ludou. Gom. *in reg. iudicial. quæſt.* 3. *num.* 6. Rebuffus *in concordatis rub. de collat.* § *ſi quis verò, verbo Cardinalatus*, Cardinalis Tuſch. *conſ.* 100. *num.* 28. Moneta *de decim. cap.* 9. *quæſt.* 3. *num.* 113. Seraph. *deciſ.* 1144. *num.* 83. Azorius *inſtitut. moralium p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *quæſt.* 5. & nos paulò ſuperiùs tetigimus. Ni-
23 hilominus ſi regulæ Cancellariæ, & aliæ conſtitutiones generales, ex maioris partis eorundem Cardinalium conſilio edantur, & condiantur, eos excludunt, ita ſentire videtur Lotter. *de rebus benefic. lib.* 1. *quæſt.* 98. *num.* 84. Conſtat autem manifeſtè Apoſtolicam conſtitutionem omnium viuæ vocis oraculorum reuocatoriam, editam eſſe de conſilio Cardinalium, ibi, *Et de conſilio nonnullorum venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium*, ob id negandum minimè erit, eos illam includere, etiam ſi nullam ſpecialem derogationem haberet.

24 Vltimò obſerua generales leges prægnantes clauſulas habentes, vel concernunt bonum animarum, aut gubernium, & regimen S. V. E. ſeu agentes de nullitate actus, ligare etiam Cardinales, Gabarus *de officio Legati à latere lib.*4. *num.* 114. & colligitur ex Pariſio, ita Puteus *deciſ.* 189. *num. &* 80. *lib* 1. *in correct.* Bellencin. *de charitat. ſubſid. quæſt* 66. Caſſad. *ſuper reg. Cancel. deciſ.* 38. *num.* 5. Selu. *de benef. part.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 6. Sarment. *in proœmio, reg. quæſt.* 4. Henriquez *in ſum. lib.* 3. *cap.* 24 §. 4. Flam. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 6. *& lib.* 12. *quæſt* 4. *num.* 7. *cum ſequentibus*, Santarel. *quæſt.* 2. *num.* 31. ac alij quos citat Barboſa *de iure Eccleſ. vniuerſo. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 55. *verſ. contrariam verò*. Ex quibus colligere libet iſtam conſtitutionem ſanctiſſimi



ctiſſimi Domini Papæ Vrbani VIII. comprehendere etiam indulta 25
Cardinalium in quantum reſpiciunt priuilegia viuæ vocis oraculo ad ipſorum inſtantiam omnibus Ordinibus, ac perſonis, & ſuperioribus mendicantibus, vel non mendicantibus, conceſſa; præſcindendo ſpecialiſſimam expreſſionem textus, vt *in ſequenti cap.* cùm noſtram ſententiam probabimus, erit dicendum.

His ergo notatis haud difficile erit formaliter præadductam aduer- 26
ſariorum ſententiam reiicere, quam ad illorum mentem oſtendimus. Probatur primò, ſi per hanc vniuerſalem reuocatoriam conſtitutionem ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ Vrbani VIII. priuilegia viuæ vocis oraculo Regularibus, ac eorum ſuperioribus, & perſonis ad eminentiſſimorum Cardinalium contemplationem conceſſa, non reuocantur, quàm maximè erit, vel quia indulta Cardinalium ad hoc vt validè reuocentur talis requiratur derogatio, qualem huiuſmodi priuilegia, ac indulta quaſi à principio intrinſeco expoſtulant; vel ratione decreti irritantis quod Papam ligare cenſetur, vt non poſſit contra ea diſponere abſque ſpeciali & expreſſa mentione; vel tandem quia Papa obligatur ſtare promiſſis de non reuocando priuilegia quomodocunque ad Cardinalium intuitum conceſſa; & conſequenter ſuis legibus, à quibus ligatur (tribus enim iſtis fundamentis innititur contrariorum opinio) ſed à nullo iſtorum: igitur indulta Cardinaliũ non obſtant, quin priuilegia viuæ vocis oraculo Regularibus conceſſa per hanc reuocatoriam conſtitutionem non reuocentur. Probatur minor quoad primam partem, primò ſic; quandocunque ſummus Pontifex diſponit actus eſſe nullos per viam conſtitutionis, comprehendit Cardinales quaſcunque conceſsiones, ac indulta habentes, abſque ſpeciali derogatione, vt probat Gambarus, & alij quos ſuprà retulimus, in vltimo notabili; igitur entitas indultorum Cardinalium ad eorum validam reuocationem ſpecialem derogationem expoſtulantium non impedit, vt reuocatoria viuæ vocis oraculo priuilegiorum ad contemplationem Cardinalium Regularibus conceſſorum ſuos ſortiatur effectus.

Confirmatur, ad validam indultorum Cardinalium reuocationem 27
clauſula generalis ſufficit, ſi Papa per modum legis diſponat; vt allegati Doctores in vltimo notabili affirmant; igitur indulta, ac priuilegia Cardinalium, quaſi à principio ſuo proprio intrinſeco petentia ſpe- 28
cialem derogationem, vt validè cenſeantur reuocata, non obſtant huic reuocatoriæ conſtitutioni, quin reuocata intelligantur omnia, &

ibom X

gula viuæ vocis oracula intuitu Cardinalium Regularibus conceſſa.
Conſequentia tenet, nam etſi indulta Cardinalium ad eorum validā
reuocationem talem requirant ſpecialiſsimam derogationem, qua-
lem à propria entitate, ob eminentem dignitatem, ac fulgentem eo-
28 rum authoritatem petunt; hoc præcisè prouenit, quia Papa per mo-
dum reſcripti, ſeu priuilegij diſponit, quæ diſpoſitio non iudicatur va-
lida, niſi expreſsè deroget priori priuilegio, ſeu reſcripto. Cald. *de
priuilegiis conſil.* 2. Card. *conſ.* 33. Dominus Papa Gregorius *in Clem.*
1. *de ſepulturis.* Fel. *conſ.* 239. Paulus de Caſtro *in conſ.* 316. Felinus
*in cap. nonnulli, de reſcriptis, num.* 4. *verſ. amplia ſecundò.* Antecedens
verò per ea, quæ ſunt in primo notabili adducta, poteſt probari, quia
Papa non eſt cogendus vt huiuſmodi indulta, & priuilegia de verbo
29 ad verbum referat, quæ fortaſſe ſcire non poteſt, neque priuandus eſt
iure, poteſtatéque ſua illa quoties opus fuerit reuocandi; ergo ſatis
eſt ſi per clauſulam, ſeu per verba generalia, quæ indulta Cardinalium
comprehendant, vt ſunt, non obſtantibus indultis Cardinalium, &c.
mentem ſuam ſufficienter explicet.

30 Quoad ſecundam verò partem patet tum ex eadem ratione, tum
ex his, quæ in ſecundo notabili retulimus; nam decretum annullati-
uum, ſiue irritans in Cardinalium oppoſitum indultis, nec ligare po-
teſt, nec ligat Papam maximè diſponentem ea, quæ ad gubernium
& regimen vniuerſalis Eccleſiæ pertinent, & per hoc tertia pars prin-
cipalis minoris clareſcit, nam nec ſuis legibus, neque promiſsis ſtare
obligatur Papa quando reſcribit ad modum legis reuocatoriæ, vti eſt
huiuſmodi diſpoſitio oraculorum reuocatoria ex eodem notabili, ra-
tionibus ac iuribus ſuprà allegatis; igitur ex nullo capite obſtant in-
dulta Cardinalium, vt non intelligantur verè, & cum effectu caſſata,
& annullata omnia & ſingula viuæ vocis oraculo priuilegia Ordini-
bus mendicantibus, vel non mendicantibus conceſſa ad eorum
intuitum.

31 Præterea ſecundò ſi Papa per actum poſitiuum reuocat indulta
Cardinalium, abſque eorum vlla mentione, & validè; igitur multò
fortiùs per hanc reuocatoriam expreſsè reuocantur omnia, & ſingula
priuilegia viuæ vocis oraculo Regularibus ad eorundem contempla-
tionem conceſſa. Conſequentia tenet. Antecedens probatur. Cardi-
32 nalium indulta de conferendis beneficiis reſeruatis reuocantur per
ſolam collationem Papę abſque vlla illorum mentione, factam per ap-
[po]ſitionem manus ſummi Pontificis. At nulli dubium eſt, huiuſ-





modi collationem eſſe poſitiuum actum; igitur Cardinalium indulta
tacitè reuocantur abſque ſpeciali illorum derogatione, & mentione
per ſolum actum poſitiuum. Conſequentia tenet probata minori, nam
collatio, & reſeruatio Papæ ſunt eiuſdē rationis, entitatis & effectus.
Gemin. *in cap. ſi à ſede, col.* 2. *circa mediū, verſ. ego crederem dictum c. de
præbēdis lib.* 6. Rota *deciſ.* 10. *de præbendis in nouis. & deciſ.* 6. *n.* 6. eadem
in antiquior. Rebuff. *in praxi de benefic. tit. de reſcru. n.* 30. At reſerua- 33
uatio omnium beneficiorum in vniuerſum abſque vlla mentione in-
dultorum Cardinalium valet; igitur & collatio. Minor patet, quia no-
ua reſeruatio habet vim derogatoriæ, non ſolùm ad ſequentia, vt do- 34
cet Rebuff. *eodem titulo de reſeruatis, n.* 40. verùm etiā ad præceden-
tia, vt ex declaratione Gregorij XIII. manifeſtè colligitur, quam in
ſuperioribus adduximus; igitur, &c. inſuper appoſitio ſola manus Pa-
pę vim decreti annullatiui, & derogationis habet, Rota *deciſ.* 14. *n.* 1. *vt* 35
*lite penden. in nouis.* Gaſpar Peruſ. *in tract. de reſeruatio. in princ. q.* 10.
igitur per collationem beneficiorum per appoſitionem manus Papæ
factam reuocantur indulta Cardinalium abſque vlla mentione illorū.
Præterea probatur maior primi argumenti, collatio Papæ nulla facta 36
mentione conceſſionis ſuis legatis factæ de conferendis beneficiis va-
lida eſt, *ex cap. dudum* §. *nos igitur, & cap. quamuis, de præbend. in* 6. igitur
valida etiam erit collatio Papæ contra indulta Cardinalium abſque
illorum mentione. Probatur conſequentia, nam vt talis collatio cen-
ſeatur valida, aliud nō requiritur, niſi manifeſta Papæ voluntas volēdi
conferre tale beneficium. Siquidem Apoſtolicæ litteræ, conceſſiones, 37
reſcripta, priuilegia, ac alia huiuſmodi, ex Pontificis Maximi voluntate
habent efficaciam, & virtutem, *cap. Mandatum, de reſcriptis, cap. pro-
poſui, de præbend.* Crauett. *conſ.* 126. *num.* 4. *lib.* 1 Germonius *de indultis
Card.* §. *alioquin, n.* 31. nam derogatoria clauſula ad aliud non videtur
neceſſaria, niſi vt de voluntate Pontificis conſtet. Felinus *in cap. non-
nulli, de reſcriptis, n.* 6. *verſ. ſed in terminis noſtris.* Vbi igitur conſtat,
Papam ita voluiſſe, nihil operatur clauſula derogatoria. Idem Germo-
nius quo ſuprà *n.* 32. Vel aliter ſic probari poteſt, quandocunque Papa 38
facit aliquem actum, qui non poteſt ſubſiſtere, nec ſuum habere effe-
ctum, ſaltem non adæquatum ſine derogatione prioris priuilegij, ſiue
indulti conceſſi, tunc cenſetur reuocari indultum ac priuilegiū priùs, 39
tacitè, & quaſi in actu exercito: at collatio beneficij ad Cardinales per-
tinens ratione indulti ipſis conceſſi, facta à Papa per ſui manus appoſi-
tionem, eſt huiuſmodi; igitur in actu exercito reuocatur indultū Car-

dinalium de conferendo beneficia abſque alia expreſſa derogatione
40 per actum illum Papæ poſitiuum.Conſequentia tenet. Maiorem pro-
bo. Quando enim duæ voluntates Papæ ſunt contrariæ circa aliquam
diſpoſitionem concurrentes , neceſſe eſt vt vna impediat aliam , quia
earum effectus non poſſunt ſimul eſſe;igitur actus poſterioris volun-
tatis neceſſariò tollit effectum prioris,quia voluntas poſterior ſemper
eſt efficacior,quia cadit ſupra præcedentem,quam neceſſariò reuocat,
ſine qua abrogatione non poteſt ſubſiſtere(vt ſupponimus) igitur eui-
denter colligitur per actum poſitiuum Papæ conferendo beneficia,
41 quorum collatio anteà Cardinalibus conceſſa erat ratione indulti
huiuſmodi,indulto derogare tacitè, & quaſi in actu exercito : eo for-
tiùs quando ad huiuſmodi actum poſitiuum conditiones neceſſariæ
concurrunt,vt cenſeatur Papa per talem actum reuocare tacitè indul-
ta Cardinalium,virtualis,nempe ſummi Pontificis voluntas reuocan-
di,& ſcientia dicti indulti,ſeu priuilegij,quæ videtur, apparet cùm fa-
cit actum poſitiuum illi repugnantem,non obſtāte dicto indulto ſiue
priuilegio,quia tunc vnum obiectum eſt volitum in alio,vel effectum
42 in ſua cauſa. Appoſitio autem manus Papæ vtrumque operatur. Ex
quibus colligitur veritas conſequentię principalis rationis,eſſe nempe
reuocata priuilegia viuæ vocis oraculo Regularibus conceſſa ad in-
ſtantiam Cardinalium per hanc reuocatoriã conſtitutionem expreſsè,
quia aliter non poteſt ſuum habere effectum. Poteſt etiam impugnari
allata opinio ex his,quæ in quarto notabili adduximus , & ex his quæ
in ſequenti capite dicemus.

---

## CAPVT III.

*Propria opinio probatur.*

1 AD quæſtionem determinãdam igitur deſcendo per ſequentem
concluſionem. Omnia & ſingula priuilegia viuæ vocis oraculo
Regularibus cuiuſcunque Ordinis,cõgregationis,ac inſtituti, necnon
eorum ſuperioribus perſoniſve conceſſa ad Eminentiſſimorum Car-
dinalium contemplationem eſſe cenſeo annullata, caſſata,reuocata, ac
abrogata per hanc reuocatoriam conſtitutionem ſanctiſſimi Domini
Papæ Vrbani VIII.hanc aſſertionem expreſsè verba textus eiuſdem
reuocatoriæ pluribus in locis hîc adducenda,explanandáque demon-
ſtrant,



ſtrant,& primò , *Omnia & ſingula priuilegia , facultates, licentias , &*
*gratias quaſcunque per ſummos Pontifices prædeceſſores noſtros,ac per nos*
*viuæ vocis oraculo, etiam S. R. E. prædictæ Cardinalium quorumcunque*
*manu firmata,quibuſcunque gradibus, inſtituti,& Societatis IESV, aut*
*eius Clericis, ſeu presbyteris aliis perſonis prædictis* , &c. *ad inſtantiam*
*Imperatoris,Regum,& Principum quorumcunque,aut aliàs quomodolibet* 2
*conceſſa* ; ſed nota hanc clauſulam *quorumcunque*, ex vi ſuę naturæ illa
præcedẽtia,*Imperatoris,Regum,& Principum*, nempe quibus adiungi-
tur habere vim extendendi,& amplificãdi vltra ſubſtãtiam rei,*l. qui-*
*cunque,C.de ſeruis fugitiuis* , *& l.* 1. *cum gloſſa fin.* & notat Alterius *de*
*cenſuris eccleſ. tom.* 1. *diſp.*15.*lib.* 5. *cap.* 1. virtute cuius extenditur &
ampliatur *l. Regum,& Principum* , ita vt comprehendant non ſolùm
Cardinales,qui ratione dignitatis cenſentur verè Principes,& Reges, 3
quia in eis reſidet tota majeſtas Chriſtianę Reipublicæ. Clarus §. *fin.*
*quæſt.q.*98. *n.in fine.*Duaren. *de ſacr. eccleſ.mirabi.lib.*1.*cap.*13.Decian.
*conſ.*8. *n.*36.*vol.*1. Iacobat.*de conciliatio. lib.*1. *art.* 1. *n.* 1. Brunor à Sole
*in loc.commun. verbo Cardinalis n.* 4. Surdus *conſil.* 452.*n.*15. Flaminius
Pariſius *lib.*7.*q.*12.*num.*18. Camil.Borrel.*d.tract.*3.*num.*26. Cardinalis
Tuſchus *tom.*1. *in littera C.concl.*100.*num.* 4 Santarell. *var. quæſt.* 2.
*num.*17. Imò Reges ipſi Cardinalium collegio locum cedunt, Lotter. 4
*de re benefic.lib.*1.*quæſt.*8. *num.*75.Romanæ Eccleſiæ Principes, & Re-
ges ſpeciales dicuntur,*cap. ſi quis Epiſcopus* 79.Roman.*conſil.*498.*n.*7.
*verſo dicuntur* , verùm etiam & Patriarchas , & Primates , nec non
& Epiſcopos , qui Regibus, aliíſque Principibus ſuperiorem non
habentibus æquiparantur , cùm eorum inſtar redacti ſint , quod
multarum prouinciarum regimina ſubeant , vt per Caſſad. *conſ.* 9. 5
*verſ. & iſti* , Iacobatius *dicto lib.* 1. *num.* 137. Gambarus *de pote-*
*ſtat. & offic. Legati de latere* , *lib.*2. *de variis ordin.nominibus* , *num.*
15 Læl.Zech *tit.de ſtatu Illuſtr.patr.num.*2.*circa finem* , Sebaſt. Med.
*in tract.de legibus & ſtatut.p.*1.*quæſt.*12.*num.* 9. Gaſpar. Vall. *in rep. l.*
*imperium* , *num.* 100. *ff. de iuriſ. om.iud.* Auguſtinus Barboſ.*lib de cur.*
*Eccl.vniuer.cap* 6.*num.*29.pro Cardinal addi poteſt Hier.Manfred. *de*
*titul.Card.ac de nomin.deciſ.*41. Germonius *lib.* 3.*de ſacr. immu. c.* 6.*n.*
71.de Epiſcopis ſatis probat authoritas S.Hilarij *in Matth. cap.* 26. *in*
*fine* , vbi hæc habet ; *ſpecialem tamen populi Principibus , id eſt , Epi-* 6
*ſcopis ex expectatione , aduentúque ſuo ſollicitudinem mandat* ; dum
igitur hîc beatiſſimus,ſanctiſſimúſq; Pater omnia priuilegia viuę vo-
cis oraculo conceſſa ad inſtantiam Regum,Principúmque,Regulari-

 bus,

bus, & eorum Superioribus, ac perſonis reuocet, caſſet, & annullet, videtur etiam ea oracula caſſare, & annullare, quæ eiſdem Regularibus intuitu Cardinalium, Patriarcharum, Primatum, ac Epiſcoporum ſunt conceſſa: ex quibus aliter in ſyllogiſtica forma poteſt formari ratio. Summus Pontifex hîc omnia & ſingula viuæ vocis oracula ad inſtantiam, intuitum, & contemplationem Imperatoris, Regum, & Principum quorumcunque reuocat, annullat, abrogat, & caſſat, ſed virtute illius clauſulæ, *Quorumcunque*, ſub Regum, Principúmque nomine, non ſolùm Cardinales, verùm & Primates, Patriarchæ, & Epiſcopi comprehenduntur; igitur caſſata, ac annullata cenſentur priuilegia viuæ vocis oraculo ad eorundem inſtantiam Mendicantibus, ac non Mendicantibus Ordinibus per ſummos Pontifices, ac per Sanctitatem ſuam conceſſa.

7 Sed ad aduerſariorum mentē reſpondebis, verum eſſe ſub Regum nomine, ac Principum Cardinales comprehendi in his gratiis priuilegiíſque, quæ ab Apoſtolica ſede in Regum, Principúmque fauorē largiuntur: at verò ſub generali odioſa diſpoſitione nō includuntur. Roman. *conſ.* 498. *num.* 4. *verſ. & nullus negare poteſt*, Ioann. Monach. & Ioannes Andreas *in cap.* 1. *de ſchiſm. lib.* 6. Iaſon. *conſ.* 117. *in cauſa & lite, col.* 3. *lib.* 4. Barbat. *conſ.* 23. *ſcripſit Propheta, dubio* 5. *num.* 7. Bell. *de charit. ſubſid. quæſt.* 66. Gigas *de penſ. quæſt.* 9. *num.* 7. *&* 8. *& quæſt.* 59. *num.* 13. *&* 14. Gomeſius *ad regulam de valore, quæſt.* 1. *in princip.* Sanctarel. *quæſt.* 2. *num.* 22. Mandoſ. *reg.* 19. *de infirm. quæſt.* 2. Anchar. *conſ.* 292. *verſ. pro clariori, num.* 5. *&* 6. vbi ſubdit conſtitutiones canonicas pœnales non comprehendere Cardinales, niſi expreſsè exprimantur, neque ſub reuocationibus generalibus includi, niſi fiat de eis mentio ſpecialis, docet Tuſchus *conſ.* 100. *num.* 29. *&* 30. ac proinde ſub nomine Regum, & Principum iſta reuocatoria conſtitutio non extenditur ad eminentiſſimos Cardinales, vnde neganda eſt Minor, & Conſequentia.

8 At hæc reſponſio argumentum non ſoluit: nam diſpoſitiones Pontificiæ tam poſitiuæ, quàm reuocatiuæ, etiam odioſæ quocunque modo edantur à Pontificibus ſummis, Regum Principúmque perſonas, non cōprehendunt, niſi exprimātur ſpecialiter, qua appoſita expreſſione ſicut Reges, Principéſque includunt, ita & Cardinales: nam Cardinales ob id ſub generali odioſa non comprehenduntur conſtitutione, ſed reſeruantur Papæ, quia Senatores pœnales ac odioſæ leges non includunt, ſed Imperatori reſeruantur, ita docet Aug.

Bar



Barboſa *cap.* 4. *de dignitate, priuilegiis ac officio Cardinalium, lib.* 1. *de iure vniuerſo Eccleſ. num.* 60. Igitur ex oppoſito, quia Reges, Imperatores, & Principes ſub hac generali reuocatoria conſtitutione comprehenduntur, ob extenſionē Regū nominis includuntur Cardinales.

Nec authores in contrarium allegati, abſolutè loquendo, ſunt 9
audiendi, ex eo quia conſtitutiones Pontificiæ, poſitiuæ, reuocatiuæq; Cardinalium includunt perſonas, ſi de eorum conſilio & aſſenſu condiuntur à ſummis Pontificibus: vt Paulus V. ſtatuit, teſte Gotter. *de rebus benefic. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 84. apud Barboſam *loco quo ſuprà num.* 54. ſed conſtitutio hæc reuocatoria vniuerſalis eſt huiuſmodi, vt ex textu eiuſdem patet ibi, *de conſilio nonnullorum venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, quibus negotium huiuſmodi*, &c. vt nos in præcedenti cap. *notabili* 4. obſeruauimus; igitur ſicut Reges, Imperatores Principéſque ſub hac comprehenduntur, ita etiam & Cardinales. Notanter dixi *abſolutè loquendo non ſunt audiēdi*, quia ſi eorum dictum limitetur, hac, & alia exceptione; ſecundùm ea, quæ præcedentis capitis vltimo notabili diximus, verum eſſe, exiſtimamus, neque ab ipſis recedimus.

Ex eodem textu probatur ſecundò principaliter concluſio, *& S.* 10
*R. E. prædicta Cardinalium quorumcunque manu firmata*, hîc ſanctiſſimus Pater reuocat omnia, & ſingula, priuilegia, gratias, licentias, facultatéſque quaſcunque cuiuſuis Cardinalis manu firmata; igitur reuocantur prædicta prout Ordinibus Regularium, eorúmque Superioribus, intuitu eorundem Cardinalium ſunt conceſſa. Conſequen- 11
tia probatur: nam Cardinalium manus appoſitio, extrinſecè, & eſſentialiter, & quaſi in actu exercito priuilegium viuæ vocis oraculo, intuitu illius Cardinalis eſſe conceſſum prædictis Regularibus, cuius eſt ſubſcriptio, ac confirmatio, ſicut praxis, Curiæq; ſtylus docet, ratióque demonſtrat: nam appoſitio manus Cardinalis non competit ei ratione officij, quia priuilegiorum inſtrumenta ſolùm à Breuium Secretario firmantur. Neque ex ſummi Pontificis mandato, quia tunc eſſent litteræ Apoſtolicæ, conſequenter tale priuilegium eſſet Bullatum, & non viuæ vocis oraculo conceſſum, ſiue impetratum; igitur neceſſariò caſſata, & reuocata per hanc conſtitutionem priuilegia viuæ vocis oraculo manu Cardinalium firmata, reuocantur, prout ad ipſorum contemplationem cenſentur eſſe eiſdem Regularibus conceſſa.

Præterea non minùs probatur ex alio eiuſdem reuocatoriæ con- 12

textu

textu noſtra concluſio: ibi, *cùm autem experientia rerum magiſtra*
*compertum ſit, conceſſiones & gratias viuæ vocis oraculo, etiam à S.*
*R.E. Cardinalibus obtentas, & ipſorum manu firmatas, ſæpe ab his in*
*quorum fauorem emanarũt minus Canonica interpretatione extendi, &*
*perperam in diſciplinæ Eccleſiaſticæ detrimentum executioni demanda-*
*ri*, quibus verbis apertè ſub cauſa finali, motiuáque huius conſtitutio-
nis ſummus Pontifex decernit eſſe comprehenſas omnes gratias,
conceſſiones, licentiáſque viuæ vocis oraculo obtentas à S.R.E.
Cardinalibus in aliorum fauorem; igitur ſub effectu formali eiuſdem
conſtitutionis includuntur, ac per conſequens formaliter reuocantur
ea priuilegia, quæ ad ipſorum inſtantiam Regularibus conceſſa ſunt
13 viuæ vocis oraculo. Conſequentia eſt euidens, quia ideò ſub cauſa fi-
nali, ac motiua viuæ vocis oracula includuntur, vt cenſeantur for-
maliter ſub effectu reuocari: nam incredibile eſt, Papam velle ex-
primere gratias, & conceſſiones à Cardinalibus in aliorum fauorem
obtentas ſub cauſa finali huius reuocatoriæ, ſi non vellet illas reuo-
care effectiuè, & realiter.

14 Quartò euidentiùs probatur ex eiuſdẽ conſtitutionis reuocatoriæ
generalibus clauſulis; ibi, *non obſtantibus, priuilegiis, quoque indultis,*
*ac litteris Apoſtolicis eiſdem Cardinalibus ſub quibuſcunque verborum*
*formis, & tenoribus, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum deroga-*
*toriis aliis efficacioribus, ac inſolitis, ac irritantibus, & aliis decretis in*
*genere, vel in ſpecie, aut aliàs quomodolibet conceſſis, confirmatis &*
*innouatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti*
*derogatione, de illis, eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & ex-*
*preſſa, ac de verbo ad verbum, &c. illorum omnium tenores præſentibus*
*pro plenè & ſufficiẽter expreſſis habẽtes ſpecialiter expreſſè derogamus*;
præter ea quæ in ſuperioribus pro huius textus explicatione diluci-
dauimus, necnon ea, quæ infrà dicenda erunt; aliqua nunc notanda
15 veniunt. Obſerua quæſo primò verba illa, *priuilegiis, quoque indul-*
*tis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Cardinalibus*, &c. vbi Papa non ad-
dit, *Imperatoribus, Regibus, Principibúſque*, ad demonſtrandum eo-
dem ferè modo ſub hac retrocatoria conſtitutione comprehenſos eſſe
Cardinales reſpectiuè; quo Imperatores, Reges, ac Principes com-
prehenduntur, minimè decreto irritante, ac annullante in eorum
indultis oppoſito obſtante, reuocatur enim per clauſulam ſubſequen-
16 tem, nempè *inſolitis, ac irritantibus aliis decretis*, &c. Et notanter
dixi *reſpectiuè*, ad notandum hîc non reuocari priuilegia, indulta,
con



conceſſiones, &c. ipſis Dominis Cardinalibus viuæ vocis oraculo ad
eorum fauorem conceſſa; ſed ea, quæ ipſis poſtulantibus, ac interce-
dentibus Regularibus, eorúmque Superioribus, ac perſonis viuæ
vocis oraculo ſunt conceſſa. Quæ tribus modis contigit fieri, aut enim 17
Cardinalium intuitu Regularibus viuæ vocis oraculo priuilegia con-
ceduntur, ſed eorum manu non firmatur priuilegiorum huiuſmodi
conceſſio, aũt è conuerſo eſt illorum manu firmata, & ad aliorum
contemplationem facta (vt ſuppono) præſcindendo conceſſionem pri-
uilegiorum viuæ vocis oraculo Regularibus factam à manus firmatio-
ne, vt realiter diſtinctam, concipiendo, & vnam aliam eſſentialiter
non includere, (vt magis aduerſariorum dicta vincamus, vel tandem
ab eiſdem Cardinalibus in Regularium fauorem obtenta, illorúm-
que manu firmata. Hiſce tribus modis Cardinalium indulta reuocato-
riæ huic conſtitutioni aduerſari poſſunt, eiúſque effectum impedi-
re, tum ob decretum irritans, tum reſpectu clauſularum in illis ap-
poſitarum derogatoriarum, videlicet derogatoriis, & fortioribus,
efficacioribus, &c. nihilominus iſtis nihil obſtantibus per illa verba,
*illorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficiẽter expreſſis ha-*
*bentes, ſpecialiter expreſſè derogamus*, indultis Cardinalium Papa hîc
expreſſè, ſpecificè ac ſpecialiter derogat, ac ſi illorum tenores hîc de
verbo ad verbum cum illorum etiam clauſulis inſolitis, & irritanti-
bus exprimerentur, inquantum huius diſpoſitionis effectui quocun-
que modo aduerſantur.

Vnde circa illa verba *quomodolibet conceſſis*, &c. Secundò notare 18
oportet per ea derogari priuilegiis, ac indultis Cardinalium, ſiue ſint
conceſſa ad eorum ſupplicationem, ſiue motu proprio, vel alio quo-
cunque modo, Gonzales *ad reg. Canc. gloſſa* 38. Garſias *de beneficiis,*
*quinta parte cap.* 1. *à* 680. *in fine* §. 11. Euidenter igitur ex his apparet
omnia, & ſingula viuæ vocis oraculo priuilegia Cardinalium intuitu
Regularibus, eorum ſuperioribus & perſonis conceſſa per hanc re-
uocatoriam Apoſtolicam conſtitutionem reuocari: nam ſuperuaca-
neum, & inutile omnino eſſe, eorum indultis, priuilegiis, litteris Apo-
ſtolicis ſub quibuſuis verborum formis, clauſulíſque inſolitis, etiã ir-
ritantibus conceſſis expreſſè, & ſpecificè Papam derogare, ſi non vel-
let viuæ vocis oracula ad ipſorum contemplationem aliis conceſſa re- 19
uocare: non enim reuocatoria iſta conſtitutio Dominos Cardinales
comprehendit, prout indulta & priuilegia eorum reſpiciunt perſonas;
ſed in quantum contraria, ac obſtantia ſuæ diſpoſitionis effectui cen-
Y ſentur,

ſentur, vt verba illa eiuſdẽ diſpoſitionis indicant, videlicet, *aut aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis*, &c. at certum & indubitatum eſſe exiſtimo tribus ſuprà narratis modis Cardinalium indulta impedire effectum formalem huiuſmodi reuocatoriæ conſtitutionis oraculorum poſſe; igitur illis modis attentis indiuidualiter, dictis Cardinalium indultis hîc derogat ſummus Pontifex. Conſequenter nihil obſtant quin reuocata maneant oracula Regularibus conceſſa; faciunt quammaximè pro noſtra hac concluſione omnia argumenta, & iura præcedentis capitis.

20 Solùm ſupereſt, vt fundamenta pro aduerſariorum ſententia adducta formaliter diluantur. Ad primum ergo reſpondeo negando antecedens, & ad probationem diſtinguo; decretum irritans abſolutè omnes Papæ diſpoſitiones afficere; nego, nam diſpoſitiones Papæ per modum legis, ſiue ſtatuti reſcribentis non afficiuntur à clauſulis oppoſitis, ſub quauis forma indultis, ſiue priuilegiis Cardinalium; iure verò ordinario afficere ſummi Pontificis diſpoſitiones, per viã reſcripti, ſiue priuilegij reſcribentis, quando abſolutè proferunt abſque alia derogatione, concedo; ſed nego hanc reuocatoriam eſſe vacuam omni effectu reſpectu indulti Cardinalium propter clauſulam irritãtem, quæ non ſolùm non afficit illam, ſed cùm ſit lex vniuerſalis, tollit omne illud, quod impedire poteſt ſuum effectum, ac proinde potiùs per hanc reuocatoriam derogetur indultis Cardinalium, ac decretis irritantibus, quàm iſta aliquid operari valeant contra illam.

21 Ad confirmationem reſpondeo, quòd Papa obligatur ſtare promiſſis, regulariter, dum continent videlicet iuſtitiam, & æquitatem, non facta aliqua rerum notabili varietate: nam ſicut promiſſio de ratione ſua intrinſeca continet tacitam quandam conditionem, non obligare ſcilicet promittentem, niſi ſit acceptata, ita aliã includit reſpectu promittentis, nempe rebus ſic ſtantibus ob id aliqua ſuperueniente notabili mutatione Papa ſuis non tenetur ſtare promiſſis, vt latè docuimus in ſuperioribus, paulò infrà dicemus. Neque ex eo quòd Deus Opti-
22 mus Maximus conſueuit ſuis ſtare promiſſis, aliquid contra nos colligitur, nam omnia quæ Deus promiſit in decreto ſuæ voluntatis, vel vt aliis placet, ex vi decreti ſuas promiſſiones cognoſcit eſſe infallibiles, nec poſſe aliqua rerum euentarum varietate mutari, paritérque eſſe diffinitiones æternas, prout reſpiciunt actus diuinæ voluntatis; ſecus ſi trãſeunt ſupra obiecta ſecundaria (ſed de hoc alibi, nec eſt præſentis inſtituti) neq; ex eo quòd Deus Optimus Maximus ſtare decreuit ſuis

pro



promiſſis, ſequitur promiſſionẽ obligare Papam de iure diuino ſolùm enim prout vim contractus habet iure naturali (quẽadmodum & alia pacta nuda) obligationem parere: vnde nego conſequentiam; & ad probationem tranſeat maior, nego minorem. Nam Papa poteſt quãdo 23
ſibi placuerit reuocare Cardinalium indulta, etiam nulla exſtãte cauſa, ſicut enim poteſt derogare priuilegiis eiſdem datis ad beneficia conferendum, cum cauſa & ſine cauſa, ex eo quia tale priuilegium Principis ex ſua natura, & qualitate habet tacitam cõditionem, vt valeat, & habeat effectum quandiu Princeps voluerit, ac in eadem voluntate durauerit. Anchar. *conſ. 2. num.* 4. Paulus *conſ. 46. num. 4. vol. 2.* Abbas *in cap. nouit. n. 25. & 26. de iudic.* Palacius Rub. *in rubr. de donat. inter virum, &* §. 96. *n.* 16. Antonius Gom. *in l. 24. Tauri num.* 2. Gram. *deciſ. 14. num.* 5. eo magis ſi ſunt iuriſdictionis, & iuris conferendi, nam iuriſdictionalia ad ſui libitum Princeps reuocat, & tollit quãdo vult, 24
Gram. *deciſ. 49. à num.* 2. dato etiam quòd Papæ promiſſio Cardinalibus facta de non tollẽdo priuilegia Regularibus facta viuæ vocis oraculo, & eorum inſtantiam transiret in contractum, non obligaret Papam in caſu noſtro dum per viam legis reſcribit: poteſt nulla aſſignata cauſa talia priuilegia reuocare, ſed de hac re ſuo loco.

Ex his ad ſecundum principale argumentum reſpondemus, decre- 25
tum irritans nullo modo ligare Papam, dum reſcribit per modum legis, vt eſt huiuſmodi reuocatoria oraculorum Apoſtolica conſtitutio, ob id antecedens abſolutè eſt negandum, licet iure ordinario voluit Papa ſeipſum ligare, dum ſecundùm legem ordinariam priuilegia concedendo, vel conferendo beneficia, procedit. Conſequentia etiam nihil valet, quia ſi verum eſſe concedamus, Papam ſibi ratione decreti irritantis legem imponere, illam quadam congruentia ob- 26
ſeruare tenetur, ſeu dictaminis ratione à quo poteſt recedere, imò debet quoties opus eſſe iudicauerit, non ſolùm quando talis lex incipit eſſe iniuſta, ſed etiam aliquod incommodum alicuius momenti ex illa cenſetur ſequendum, vide quæ notata ſunt in præcedenti capite.

# DISPVTATIO QVARTA.

## *De priuilegiorum viuæ vocis oraculo per modum contractus Regularibus conceſſorum, reuocatione.*

DISPVTATVRI de viuæ vocis oraculo priuilegiorum, quæ in contrarium tranſierunt, reuocatione; agemus primò de reuocatione eorum, quę per modum contractus cõmenſuratiui, deinde de eorũ quę per modum cõtractus lucratiui Regularib. conceſſa fuêre tractabimus.

## QVÆSTIO PRIMA.

### *An aliqua cauſa ex parte Papæ requiratur ad iuſtè, & licitè concedendum priuilegia viuæ vocis oraculo Regularibus.*

### CAPVT I.

*Prima Doctorum opinio explanatur, probatúrque.*

1 NVllam docet prima DD. ſententia neceſſariam eſſe cauſam, vt validè poſſit Papa quæcunque priuilegia concedere, eo fundamento, quia priuilegium de ſua intrinſeca ratione formali diſpenſationem ſpecialem iuris communis dicit. Abbas Panorm. *in cap. olim de verborum ſignificatione num.* 7. Bart. *in l. ſi finita,* §. *ex hoc edicto, ff. de damn. infect. n.* 5. & ſequitur Sebaſtian Medicis *in tract. de definitio.* 2. *P.* §. 17. Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 1. *num.* 1. eſſe cõmunem opinionem affirmat, P. Suarius *lib.* 4. *de legibus, c.* 14. *n.* 2. at cenſendum eſt in propriis legibus, iuréque communi poſſe ſummum Põtificem ad libi-
2 tum diſpenſare; ſolámque ſuam voluntatem eſſe ſufficientem diſpẽſandi rationem, ſimiliter quæcunque concedendi priuilegia: nam eſſe dicitur verè priuilegium, quia iuris cõmunis eſt diſpenſatiuum; aliàs eſſet tantùm Pontificis beneficiũ, non verò priuilegium ex eodẽ Abbate



*bate dicto cap. olim.* Probatur minor, quia ſicut ſola Papæ voluntas fuit 3
cauſa inducendæ obligationis, & ea ſola obligationis tollẽdæ erit ſufficiens cauſa. Condentis enim ius eſt illud deſtruere, nec Princeps ſuis legibus aſtringetur, *l. digna vox, C. de legibus.* & res facilè ad priſtinam
ſuam naturam redit, *l. ſi vnius,* §. *pacta, ff. de pactis,* & confirmatur, quia 4
Dominus rem ſuam liberè expendere poteſt. Cùm ergo Princeps ſuę voluntatis Dominus, habet quaſi dominium legis ab ipſa profectæ; nulla igitur alia cauſa requiritur, vt in ea, concedendo priuilegia, diſ-
penſet. Confirmatur ſecundò, quia poteſt Princeps nutu ſuo, vel ex 5
toto, vel ex parte diſſoluere legem, igitur multò fortiùs per priuilegium poteſt quem eximere à legis obligatione. Conſequentia eſt euidens ex ſe.

Præterea ſecundò principaliter ſic concedere priuilegia abſque 6
cauſa non eſt intrinſecè malum, nec malum, quia prohibitum reſpectu legiſlatoris; ergo nullo modo malum. Maior patet, quia Papa ſæ-
pe ſine cauſa diſpenſat, quod idem eſt quod priuilegia concedere: 7
nam ius Canonicũ lædit, idque ſcienter, & expreſsè, non eſt autem præſumendum malè facere; ergo ſignum eſt illud non eſſe intrinſe-
cè malum; tum etiam, quia nulla poteſt aſſignari virtus cui intrin- 8
ſecè talis conceſſionis actus repugnet, non eſt enim contra iuſtitiam, vel contra charitatem, quia priuilegiario prodeſt, & nemini nocet.
Altera verò pars patet, quia vel hoc eſt prohibitum per eandem le- 9
gem cui derogat conceſſum priuilegium; & hoc non, quia tantùm obligat circa ſuum actum, quem prohibet, vel præcipit, quocirca dici non poteſt legiſlator tranſgredi legem cui per conceſſum priuilegium derogat ſine cauſa, quia non agit contra obligationem eius, ſed tollit illam; vel hoc prohibitum eſt per aliam legem poſitiuam, & hoc dici non poteſt, quia nulla talis eſt aſſignabilis, præſertim reſpectu Principis legiſlatoris.

Tertiò Papa validè in ſuis legibus ſine cauſa diſpenſare poteſt; er- 10
go poteſt concedere abſque cauſa regularibus, & quibuſuis aliis perſonis priuilegia. Conſequentia tenet: nam idem importat diſpenſatio ac priuilegium, & econtrà. Antecedens probatur ex *gloſſa vlt. in* 11
*l. relegati, ff. de pœnis*: nam cùm lex dicat neminem poſſe diſpenſare in pœna exulis, niſi Imperatorem ex aliqua cauſa, addit gloſſa, *magna, & iuſta cauſa eſt eius voluntas*, quam *ibi* Bart. approbat *num.* 4. eandem opinionem videtur tenere Innocent. *in cap. cùm ad monaſterium, de ſtatu Monachor. num.* 3. & 4. quem plures alij ſequuntur,

Panor.*in cap.diuerſis , de cleric. coniug.num.*4.*& in cap. de ſchiſmat.* 2.
*num.*4.Decius *in cap.quæ in Eccleſiarum , de conſtitutionibus, num.* 29.
Speculat.*tit. de legato ,* §.*nunc oſtendendum eſt, n.*25.*& melius , tit. de*
*diſpenſatione ,* §. *nunc breuiter dicendum eſt , verſ. & nota ,* Ioannes
Andreas *num. vlt.* Anton.*num.finali ,* Hoſtien. *num.*31.*fin.* Anchar. *n.*
5. Henricus *num.* 16. Cardinal. *ibi* §. *vlt.* Idem Ioannes Andreas *in*
*cap.magnæ , num.*5.*de voto , & ibi* Henricus *num.*3. Imola *in cap.* 1.*de*
*conſtitutionibus,num.*3.*verſ.ex dictis patet,* Felinus *eodem cap.*1.*de con-*
*ſtitutionibus , fallentia* 4.*ampliat.*1.*num.*25.*& cap. ad audientiam el* 2.
*num.*4.*de reſcriptis ,* Baldus *in l.reſcriptum num.*12.*C.de precibus Impe-*
*ratoris offerendis ,* Gigas *de penſionibus , quæſt.*6.*num.* 13. Turrecrem.
*cap.ſingula à num.*4 Bermondus *de publicis concubinariis ,* §. *ſtatuimus,*
*num.*28. Antonius de Butrio *in cap.*2. *de conſtitutionibus .* vbi affirmat
12 ſolam Papæ liberalitatem ſufficere pro cauſa diſpenſationis, ex Sum-
miſtis Roſella *verbo diſpenſatio , num.*6. Angelus *eodem verbo , num.*3.
Sylueſt.*quæſt.*3.*num.*5.*eodem verbo ,* Armilla *num.* 14. Royas alios refe-
rens *epitome ſucceſſionum , cap.*23.*num.* 12. *ex Theologis* Paludanus *in*
4.*deſ.*38.*quæſt.*4.*art.*4.*concl.*3.*num.*40. Aluarus Pelagius *lib.* 1. *de plan-*
*ctu Eccleſiæ , art.*46.*lit. G.* Stunica *de voto . quæſt.* 6. *num.* 110. *&* 130.
Scotus *in* 63.*ſentent.diſt.* 37. Alexander Alenſis *in* 3.*part.* Franc.de
Mailone *in ſecund.ſentent.*& alij apud Sanchez *lib.* 8. *de matrim.diſp.*
13 18.*num.* 2. *in fine.* Specialiter verò probatur Antecedens ex *cap. cùm*
*noſtris , verſic.nos verò,de conceſſionibus præben.*ibi , *Mandamus quate-*
*nus niſi prædictus Epiſcopus ſufficienter oſtenderit quòd vel ex indulgen-*
*tia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, vel ex alia iuſta cauſa præpoſitura ſibi con-*
*ceſſa fuerit , ipſum ad reſignationem ipſius compellatis ,* vbi indulgen-
tia Pontificis comparatur iuſtæ cauſæ,dictio enim diſiunctiua *vel* po-
nitur neceſſariò inter diuerſa, vt notant DD. *in l. ſi qui,in princ.ff. de*
14 *rebus dubiis ,* & probatur ex *l.hæc verba ,* ille, *aut* ille , *ff.de verborum*
*ſignificatione.* Ex quibus iuribus euidenter patet ſolam Papæ volunta-
tem pro ſufficienti cauſa ſufficere ad validè diſpenſandum.

15 Secunda DD.ſententia , eſt eorum, qui diſtinguunt de priuilegio
latè , & propriè ſumpto : nam propriè ſumptum eſſe , inquiunt, con-
tra ius, ſiue iuris diſpenſatiuũ; latè verò vltra , vel præter ius, ſic Syl-
ueſt.*verbo priuilegium, quæſt.*3. atque hinc Sanchez *lib.* 8.*de matrim.*
*diſp.*1.*num.* 1. *in medio ,* ſentire videtur ad concedendum priuilegia
priori modo accepta neceſſariam eſſe cauſam ex parte Principis con-
cedentis; nam priuilegium propriè ſumptum, cùm dicatur quaſi lex
priua



priuata , eſt conceſſio contra ius , ac proinde idem quod diſpenſatio,
quæ ad ſui conceſſionem ſemper cauſam deſiderat , ſic Rebuffus *in*
*concordatis in forma mandati Apoſtolici , verbo diſpenſationum , verſ.*
*iuſtæ diſpenſationis ,* Mandoſius *in praxi ſignaturæ, verbo diſpenſatio-*
*nis , verſ.hîc quæri poſſet ,* Manuel.*quæſt.regul.tom.*2. *quæſt.*46.*art.*12.
Conſequenter idem de priuilegio eſt affirmandum ; ſi verò poſteriori 16
modo conſideratur , tunc differt à diſpenſatione,quia ſine cauſa con-
cedi poteſt , vt ſi Princeps concedat aliqua ex his , quæ ſibi compe-
tunt, vt poteſtatem diſpenſandi , legitimandi , & huiuſmodi, non
erit propriè contra ius, ſed præter ius , ac ideò id priuilegium ad ſui
conceſſionem non exigere cauſam , ſicut diſpoſitio , quæ ſemper eſt
contra ius , ita DD.ſuprà citati : hæc opinio non placet Suario *lib.* 8.
*de legibus , cap.* 1.*num.*5.*in fine ,* & eam impugnat *in cap.* 21. *eiuſdem*
*libri , num.*5.*verſ.vnde obiter ,* & nos inferiùs *in cap.ſequenti.*

## CAPVT II.

*Papam non poſſe abſque iuſta honeſtáque cauſa quæcunque priuilegia concedere Regularibus oſtenditur , allatáque opinio impugnatur.*

PRopter ea quæ in ſuperiori cap. dicta ſunt , opinari poſſet ali- 1
quis non eſſe peccatum , per ſe loquendo , concedere contra ius
commune priuilegia quæcunque illa ſint, ſine cauſa , in propriáque
lege diſpenſare ; ſed ad ſummum ex accidenti , quando id generaret
ſcandalum , vel perturbationem in republica , aut aliis ſubditis occa-
ſionem daret , aut ſi ob talem conceſſionẽ grauamen iniuſtum in aliis
redundaret, quæ omnia valdè extrinſeca ſunt actui, ſepararíque poſ-
ſunt ab eo , & hoc modo cenſendus videtur ille actus per ſe non ma-
lus , ſed indifferens , ac ſubinde honeſtari poſſe ex quocunque alio fi- 2
ne ſine iuſta cauſa , quæ ſpecialem rationem præbeat derogandi iuri
communi , diſpenſandíque legibus propriis ex conceſſione priuile-
giorum. Sic ſupponere videntur moderniores Theologi aſſerentes
validam eſſe diſpenſationem conceſſam à legiſlatore ſine iuſta, & ho-
neſta cauſa. Sanchez *lib* 8. *de matrimonio , diſp.*8.*num.*3. Rodriquez *in*
*ſum.cap.*24.*concl.*2. Azorius 1.*part. lib.*5.*cap.*15.*quæſito* 2. Valentia *in* 1.
2.*diſp.*20.*ſect.*45.*num.*50.58.59. Vaſquez 1. 2. *diſp.*17.*cap.* 3. Filiucius
*tract.*

*tract.*10.*part.*2.*cap.*11.*tract.*12.*cap.*11. *num.* 314. Paulus Layman *lib.*1.
*tract.*4.*cap.*22.*num.*13.Bonacina *de legibus diſp.*1.*quæſt.*2.*punct.* 3. *pro-*
*poſitione* 1.*num.*1. *verſ. dixi in propoſitione* , & alij quamplures , quos
refert , & ſequitur Sanchez *dicta diſputatione* , *num.*7.

3 Verùm opinio horum DD. mihi non probatur , eámque reiicien-
dam eſſe exiſtimo , neque eorum rationes conuincunt , vt *cap.*4.
*huius quæſt.* erit dicendum , potéſtque facili negotio impugnari , ſic
retorquendo proprias rationes priuilegij rigorosè accepti ſine iuſta, ac
honeſta cauſa , conceſſio eſt actio intrinſecè mala ; igitur Papa non
poteſt licitè , ac iuſtè Regularibus priuilegia iuris communis, diſpen-
ſatiua cauſa iuſta non exiſtente , concedere. Conſequentia clara eſt.
4 Antecedens probatur , cuiuſcunque legis violatio ex genere ſuo , &
intrinſecè eſt peccatum ex communi ſententia , ſed concedere priui-
legia ſine iuſta cauſa , eſt violatio legis , ac iuris communis quod te-
netur ex iuſtitia ſeruare ; & non derogare , ſeu per conceſſionem læ-
dere ; igitur conceſſio priuilegiorum ſine iuſta cauſa eſt ex ſuo ge-
nere , & intrinſecè actio mala. Secunda Minoris pars , quòd ſcilicet
5 Princeps, ſeu Summus Pontifex ex iuſtitia teneatur ſeruare ius com-
mune , ſuáſque leges , & non diſpenſare in eis per priuilegiorum con-
ceſſionem , ex eo patet , quia triplicis iuſtitiæ obligatio in præſenti
6 videtur concurrere. Primò commutatiuæ, quia Princeps ex officio te-
netur talem conceſſionem non dare : obligatio autẽ ex officio maxi-
mè pertinet ad iuſtitiam commutatiuam. Secundò iuſtitiæ legalis , ex
qua tenetur Princeps nihil agere contra commune bonũ : talis autem
conceſſio multum nocet communi bono, ex eo quòd communi iuri
aduerſatur , éſtque illi contraria. Tertiò diſtributiuæ , & hæc videtur
7 eſſe proxima, & contra illam videtur eſſe propriè ſpecifica malitia ta-
lis actus : nam directè eſt perſonarum acceptatio , vt rectè docuerunt
Abulen. *in Matth. cap.*22.*quæſt.*117. & Sot. *de iuſtitia & iure* , *quæſt.*
6.*art.*5.*ad* 3. Anton. 2.*part. tit* 1.*cap.*20 §.2.*in fine* Suarius *lib.*6.*de legi-*
8 *bus* , *cap.*28. *num.* 10. Acceptio autem perſonarum opponitur iuſtitiæ
diſtributiuæ, vt patet ex D. Thoma 2.2. quæſt.63. vnde ex genere ſuo
includit malitiam ; maximè quando fundatur in officij obligatione,
ita verò eſt in præſenti ; & explanatur : nam à principio ferre legem
non ſimpliciter pro tota communitate, ſed excipiendo aliquos ad li-
bitum ſine cauſa contra iuſtitiam diſtributiuam eſt , & de ſe malum
contra totam illam communitatem ; hoc autem fit virtute talis ex-
emptionis ; ergo. Confirmatur primò , quia offendit æqualitatem,





quam iuſtitia circa omnes ſeruari petit *cap. iuſtum eſt d.* 9. Confirma- 10
tur ſecundò , quia vna ex conditionibus ad legis iuſtitiam petitis eſt,
vt ſit æqualis omnibus, quæ deficit quando cæteris lege oppreſſis, aliis
ſine iuſta cauſa eximitur.

Inſuper priuilegium eſt quædam lex priuata ; igitur ſicut lex ad 11
commune bonum indici debet *cap. erit autem lex d.*4. ita & priuile-
gium. Princeps non poteſt ſine iuſta, honeſtáque cauſa ſecum diſpen-
ſare in propria lege ; igitur multo minus aliis priuilegia concedere 12
ſine cauſa. Conſequentia eſt euidens. Antecedens probatur : nã com-
munis & conſtans ſententia eſt, teneri Principem , ſeu legiſlatorem,
tam Ciuilem, quàm Eccleſiaſticum ad ſeruandas ſuas leges quando
materia communis & eiuſdem rationis eſt in ipſo, & in aliis (ſecun- 13
dùm noſtram limitationem in ſuperioribus poſitam intellige) docet
D. Thom. 1.2. *q.*96. *art.*5.*ad* 3. *& lib.* 3. Polit. *lectione* 9.*in fin.* Corad.
Caetan. & cæteri expoſitores *d. art.*5. Soto *lib. de iuſtitia & iure* , *quæſt.*
6.*art.*7. Victor. *relect. de poteſtate ciuili* , *num.*21. *& de poteſtate Papæ &*
*Concilij* , *num.*7. Sanct. Anton. 2.*part. tit.*17.*num.* 5. Sylueſt. *verbo lex*,
*quæſt.*14. *Couar. in cap. alma mater* , *num.*1. §. 1. *num.* 5. Nauar. *in cap. ſi*
*quando* , *de reſcriptis*, *exceptio* 1. *& in Apolog. de redditibus Eccleſiaſt. q.*
1. *num.*32. *& conſ.*18. *de pænit. & remiſſ.* Abulen. *in Matth. cap.* 23.
*quæſt.*4. Dominic. Turrec. & alij *in cap. iuſtum eſt* , *d.*9. & alij Canoniſtæ
*in cap. cùm omnes* , *de conſtitut.* gloſſ. etiam & DD. *in l. Princeps*, ita ha-
betur , *in cap. non licèt Papæ*, 12. *q.*2. Pontifex ipſe legem fert , quæ
verbis etiam expreſſis ipſum Pontificem comprehendat , & *in l. digna*
*vox* , *C. de legibus* , dicitur , *digna vox maieſtate regnantis legibus al-*
*legatum Principem ſe profiteri* , idem ſumitur ex *l. imperfecto* , *C. de*
*teſtamentis* & ex §. *vltimo* , *inſtit. quibus modis teſtamenta infirmentur*.
Si Princeps poſſet ad libitum , & ſine cauſa ſecum diſpenſare , eſſet
inutilis , & ridicula talis obligatio , imò nunquam reus eſſet culpæ,
ſi ſua voluntate , & ſine cauſa poſſet auferre à ſe obligationem illam,
vt communiter docent DD. Theologi , ita Soto , Nauar. Caet. apud
Suar. *lib.*6.*de legibus* .*cap.* 18.

Confirmatur , quia nullius momenti eſt obligatio , quam quis po- 14
teſt à ſe auferre ſuo arbitrio , & ſine cauſa; ergo vt prius illud dogma
quòd Princeps obligatur ſuis legibus iuxta earum grauitatem , fir-
mum, & ſolidum ſit, neceſſariò erit dicendum Principem non poſſe
ſecum diſpenſare ſua propria voluntate ſine graui cauſa , auferendo à
ſe talem legis obligationem.

15 Ex eo quammaximè oppoſita DD. ſententia conuincitur, qui af-
firmant poſſe abſque cauſa iuſta Principem cōcedere priuilegia, quæ-
cunque illa ſint contra ius commune, quia ſicut ſola ſua voluntate
ponitur lex, ita per eandem nudam ac puram auferri poteſt. At hæc
cauſalis eſt apertè falſa; igitur falſum quoque eſt Principem poſſe
priuilegia contra ius concedere ſine cauſa. Falſitas prioris partis Mi-
noris ex eo oſtenditur, quia de intrinſeca ratione legis eſt iuſtitia,
quæ petit formaliter, vt cum iuſta ac honeſta cauſa feratur, qua ab-
lata tollitur lex, quia amittit formalem rationem ſuam, quæ in iuſti-
tia conſiſtit (vt ſtatim dicam) vt probat Angelicus *doct. 1. 2. q. 96. art.*..
Soto, Medina, & alij *ibidem*, Caſtro *lib. 1. de lege pœnali, cap. 5.* Vict.
*in relect. de poteſtate Papæ, & Concilij*, Abbas Panor. *in cap. cùm Ec-
cleſ. num.* 14. Felin. *ibidem num.* 140. *&* 141. *lex 1. ff. de iuſtitia, & iure,
ibi* DD. Suarez *de legibus lib. 1. cap. 9. per totum.* Secunda probatur: nam
vt lex humana ex parte, vel ex toto tollatur, neceſſariũ eſt ex iuſta
& honeſta cauſa propter commune bonum auferri, ita S. Thomas
*quæſt. 97. art.* 1. 1. 2. & *ibi* omnes eius ſectatores, Sylueſt. *verbo lex,
quæſt.* 25. Couar. *in cap. alma mater part. 2. in principio*, Plato *Dialog. 7.
de legibus, parum à principio*; & ſumitur ex *cap. non debet, de conſang.
& affinit. & ex cap. alma mater, de ſent. excommun. in 6. & ex l. 2. ff. de
conſtit. Princip.* vbi ſic habetur, *Vbi vrgens neceſsitas, vel magna vti-
litas poſtulatur.* Et ratio eſt, quia ſicut lex non debet poni niſi pro-
pter commune bonum, ita nec auferri: nam vterque eſt actus pu-
blicæ poteſtatis, & iuriſdictionis, quæ ad cõmune bonũ ordinatur.

16 Dicendum igitur eſt ex his, Summum Pontificem licitè ac iuſtè
diſpenſare non poſſe, ſeu derogari legibus iuríque communi per pri-
uilegiorum conceſſionem abſque iuſta, & honeſta cauſa, ita colligen-
dũ eſt ex DD. de legũ diſpẽſationibus loquẽtibus: nã eadem eſt ratio
de iſtis, ac de illis, S. Thomas 1. 2. *q. 97. art.* 5. Caetanus *quæſt. 96. art. 4.*
Soto *lib. 1. de iuſtitia & iure quæſt. 7. art. 3. in fine corporis*, & *in 4. ſen-
tent. diſtinct. 39. quæſt. vnic. art. 2. in fine*, Canus *relect. de pœnit. part. 5.*
Ledeſ. 2. *part. 4. q. 56. art. 4. col. penul. præterea dubium*, Cordub. *in quæ-
ſtionario, lib. 4. q. 8.* Valentia 2. 2. *diſput. 3. quæſt. 7. punct. 2. verſ. vbi aut
illud ius, & 1. 2. diſput. 7. quæſt. 3. punct. 9. ad finem* Rodriquez 1. *tom.
ſummæ in ſecunda adiectione, cap. 24. concluſ. 2. & cap. 196. in fin.* Sanchez
*lib. 8. de matrim. diſput. 18. num.* 3. Suarez *de legibus, lib. 6. cap* 18. & alij
quamplures Theologi apud Sanchez *eodem num.* ex Iuriſtis Hoſtien.
*in ſumma, titul. de filiis Presbyt. in fine, verbo non omitto*, Panorm. *in
cap.*



*cap. quæ in Eccleſias, de conſtitutionibus, num.* 17. *& cap. extirpandæ, §.
qui verò, de præbendis, in repet. num.* 44. *& in cap. per venerabilem, qui
fil. ſint legit. num.* 4. vbi ita ponit ſententiam Innocen. & dicta DD.
qui illum ſequuntur, Rebuffus *in concordatis titulo forma mandati
Apoſtolici, verbo diſpenſationes; & in prax. titulo de diſpenſat. in pluribus
benefic. num.* 55. vbi *num.* 56. dicit hanc eſſe communem ſententiam
Theologorum, idem tenet Nauar. *in cap. ſi quando, de reſcriptis ex-
ceptio. 8. num.* 13.

Et facit ad hoc pulchrè ſatis *cap. Neceſſaria*, 1. *quæſt. 7. & ſequenti-* 17
*bus*, vbi ſolùm tunc à PP. permittitur diſpenſatio contra ius per
priuilegiorum conceſſionem, quando iuſta cauſa intercedit, & dici-
tur illa ceſſante debere etiam indulgentiam ceſſare, ibi *in cap. quod
pro remedio*, multùm etiam iuuat Trident. *ſeſſ. 25. cap. 18. de reform.*
vbi indicat diſpenſare ſine cauſa *nil aliud eſſe quàm vnicuique ad le-* 18
*ges tranſgrediendas aditum aperire*, & ob id *ſeſſ. 24. cap. 5. de reform.*
ſtatuit vt in contrahendis matrimoniis diſpenſationes non dentur ni-
ſi ex cauſa.

Ratione verò probatur, præcipuè ex naturali iure, quòd ſanctus
Thomas loco quo ſuprà colligit ex verbis Chriſti Lucæ 12. *Quis pu-
tas eſt fidelis diſpenſator, & prudens*, nam Princeps ſupremus, vel ſum- 19
mus Pontifex, prout eſt etiam author legum, & canonum, non eſt Do-
minus, ſed diſpenſator illarum; ergo etiam quando contra illas con-
cedit priuilegia, ſeu diſpenſationes, ſe gerere debet, vt fidelis diſpen-
ſator, & prudens, non vt abſolutus Dominus, at ſi abſque cauſa vnum,
vel alium liberet à legis obligatione, nec prudenter, nec fideliter diſ-
penſat; ergo abutitur ſuo munere, & peccat, ita Panormitanus *in cap.
quæ in Eccleſiarum de conſtitut. num.* 17. Primum antecedens probatur,
quia Pontifex, vel etiam Rex, non eſt abſolutus Dominus communi- 20
tatis ſibi ſubditæ, ſed Paſtor, & rector, & ideo non poteſt ponere legem
in ſuam priuatam vtilitatem, ſed pro communi ciuium vtilitate, pro-
ptereàque legiſlatores à Paulo vocantur miniſtri, & diſpẽſatores Dei; 21
ergo ipſa legis latio eſt quædam fidelis adminiſtratio, ſeu diſtribu-
tio obligationis, quæ per legem imponitur. Prima verò Conſequen-
tia probatur, quia eiuſdem poteſtatis eſt in legiſlatore actus diſpen- 22
ſandi in lege, per priuilegiorum conceſſionem quomodocunque fiat;
cuius eſt actus ferendi legem; ergo eſt actus non dominij abſoluti, 23
ſed adminiſtrationis, & actus diſpenſatoris vt ſic; ergo etiam debet
eſſe fidelis, & prudens, quod aut diſpenſatio iuris communis, ſiue

legis propriæ per priuilegiorum conceſſionem ſine cauſa facta non ſit prudens, notum per ſe videtur; quia non eſt conſentanea rectæ rationi, neque fini poteſtatis, à qua procedit: nam illa per ſe eſt pro-
24 pter bonum commune; hæc verò eſt tantùm propter bonum priuatum, vel affectum, & ita eſt abuſus poteſtatis. Item quia lex eſt commune bonum, & illa vulneratur ſine cauſa.

25 Confirmatur, quia vniformitas, & proportio inter membra corporis per ſe ſpectat ad totius corporis bonum, per conceſſionem priuilegiorum læditur, & deformatur. Denique, vt hæ rationes probant etiam illum actum non eſſe fidelitatis debitæ à diſpenſatore, quia tenetur ex vi fidelitatis debitæ ratione ſui muneris conuenienter, ac iuſtè vti ſua poteſtate ad finem eius, & conſeruare, ac promouere commune bonum. Nam vt Paulus ait 2. *Corinth. cap.* 10. poteſtas non eſt data in deſtructionem, ſed in ædificationem.

26 Atque hinc Conciliũ Colonienſe III. *p.* 1. *c.* 33. perpulchrè demonſtrat noſtræ concluſionis ſenſum, ibi, *quàm imprudentiſſimè plerique diplomatis, ac diſpenſationibus apud Sedem Apoſtolicam exorti præter Summi Pontificis mentem, qui & vult, vt debet, poteſtate ſibi conceſſa non ad deſtructionem, ſed ad conſeruationem abutantur*, & tandem ius ciuile hoc etiam innuit *in l. relegati, in fine, ff. de pœnis* ibi, *Nemo poteſt commeatum remeatùmue dare exuli niſi Imperator ex aliqua cauſa, & in l.* 4. *in principio, ff. de damn. infect.* quatenus dicit Prætorem poſſe definitum terminum ex cauſa dare; igitur ſine cauſa non poteſt Imperator in legibus diſpenſare.

## CAPVT III.

*Proponitur propria ſententia. Præcedénſque doctrina magis dilucidatur, & aliqua ex ea inducuntur corollaria.*

1 APud omnes conſtans, ac indubitatum eſſe cenſeo priuilegium ſcriptum, vel non ſcriptum (quodcũque illud ſit, eadem ratio eſt de vno, ac de altero) duas habere formalitates, totam ſuam entitatem integrantes, ſecundùm quas conſiderari poteſt priuilegium duobus etiam modis; vel vt eſt exceptio à lege, ſiue eiuſdem diſpenſatio; vel vt eſt quædam priuata lex aliquid ſpeciale cõcedens, vt tradunt DD. *in rubricis de priuilegiis*, Abbas Panor. Decius, & alij, & Summiſtæ

*verbo*



*verbo priuilegium*, S. Ant. *part.* 1. *tit.* 19. Suarius *lib.* 8. *de legibus, cap.* 21. *num.* 1. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 1. *num.* 1. ſpecificantur iſtæ duæ 2
formalitates obiectiuè (& quaſi à poſteriori, vt ita dicam) per effectus, quos operantur: nam priuilegium ſub primi acceptione tantùm, ſeu ſub prima formalitate conſideratum, eſt iuri communi, vel legibus propriis Principis illud cõcedentis derogatiuum. In ſecunda verò 3
inquantum vt priuata lex, particulari perſonæ ſpeciale ius concedit, obligationem inducit reſpectu communitatis, quam reſpicit, non ſolùm quoad obligationem, verùm etiam & quoad bonum, & finem, quem ſaltem vltimatè intendit. Atque hinc conſtat priuilegium ſic 4
conſideratum formaliter comprehendere omnem gratiam, & facultatem vltra, vel præter ius conceſſam, ſiue (vt alij loquuntur) priuilegium latè acceptum; tum quia de intrinſeca ratione formali priui- 5
legij eſt, vt concedat aliquid ſpeciale, ex *cap. Abbate, de verborum ſignificatione, & cap. his, de priuilegiis*, quia in dicto cap. ad rationem priuilegij non poſtulatur, vt aliquid contra ius concedat, ſed ſimpliciter, vt aliquid ſpeciale concedat, etiam in dicto cap. *His*, vocatur indulgentia, licentia, & gratia, & ſolùm requiritur, vt aliquid huiuſmodi concedat, & tamen cap. illud conſtituitur ſub titulo *de priuilegiis*; ſignum igitur eſt quòd ad hoc vt gratia & licentia dicatur verè priuilegium, non expoſcitur vt ſit contra ius, ſed ſufficit aliquid ſpeciale concedere; tum quia per conceſſionem etiam, ſiue gratiam præter ius poteſt conſtitui lex priuata, à qua dictum eſt priuilegium, nec poteſt ſub alia ſpecie comprehendi, ita docet Suarez *de legibus, lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 5. *in fine*.

Circa primam priuilegij formalitatem, quatenus videlicet eſt iuris 6
diſpenſatio, in ſuperiore cap diſputauimus; ſupereſt vt in præſenti de ſecunda iuxta propriam ſententiam, difficultatẽ determinemus, ad cuius intelligentiam ſuperiorem prælibauimus doctrinam. Sit igitur prima concluſio, vt priuilegij rigoroſè accepti conceſſio licitè, ac iuſtè fiat, neceſſaria eſt iuſta, honeſtáque cauſa, quæ animum ſummi Pontificis ad illam concedendam inducat. Probatur, ac ſimul declaratur: nam priuilegium modo poſteriori ſpectatum, ita requirit cauſam iuſtam, ſicut quælibet alia lex, quia iuſtitia, & honeſtas ex parte cauſæ communis eſt omni legi, tamen honeſtas, & iuſtitia priuilegij ſub hac legis formalitate, pendet ex iuſtitia eiuſdem ſub poſteriori ratione: nam tunc priuilegium alicui conceſſum ab aliis obſeruari iuſtè præcipitur, quando eius conceſſio rationabilem, &

 honeſtam.

7 honeſtam habet cauſam, qua deficiente talis priuilegij conceſſio, ſiue ſpeciale ius, nec iuſtè, nec honeſtè confertur. Probatur ex generali ratione actus humani; quia vt iuſtus, ac honeſtus debet fieri ex cauſa rationabili, quæ rationem iuſtitiæ includat, aliàs prudenter non fiet, & conſequenter neque honeſtè.

8 Secundò ſic de ratione eſſentiali omnis legis eſt, vt rationi ſit conſentanea, ſicut docet S. Thomas 1.2. *quæſt.* 96. & habetur *in cap. conſuetudo*, *d.*1. ibi, *lex erit omne quod rationi conſtiterit*, quod nihil aliud eſt, quàm debere non ſolùm eſſe iuſtam, verùm omnem, & totam iuſtitiā legis includere, quia non poteſt lex eſſe rationi conformis abſolutè, niſi vndique iuſta ſit, tam ex parte actus, quàm ex parte modi, ſiue ex parte materiæ, & formæ. Conceſſio priuilegiorum eſt quidem priuata lex, vt oſtenſum eſt, & patet ex *cap. erit autem lex*, *diſtinct.* 4. & ex gloſſa *in cap. priuilegium*, *diſtinct.* 3. Igitur debet eſſe rationi conſona; at ſi fiat ſine iuſta, & honeſta cauſa, non continebit omnem, & totam legis iuſtitiam modo explicato: igitur vt iuſtè, & licitè fiat priuilegiorum conceſſio, requiritur neceſſariò cauſa honeſta ex parte actus, & iuſta ex parte modi. Conſequentiæ de ſe ſunt claræ. Maiore explicata, quæ in hunc modum explanari poteſt. Primùmque ar-
9 gumentum magis dilucidatur: nam vt lex conſona ſit rationi, oportet vt iuſta ſit ex parte actus, hoc eſt, illud quod præcipit, tale eſſe debet, vt iuſtè, & honeſtè, ac ſtudioſè fieri poſſit, quod tunc fit, quando res illa, de qua fertur lex hoc tempore, hoc loco, & in hac gente, in hac communitate ſit vtilis, & conueniens, ad bonum commune illius, at deficiente cauſa, priuilegiorum conceſſio ex parte actus non erit iuſta, nec honeſta, quia ad bonum commune non ordinatur: nec ſatis eſt vt habeat materiam iuſtam, & honeſtam modo iam declarato: ſed neceſſe eſt etiam, vt formam iuſtam, & rationabilem ſeruet, hoc eſt, vt iuſtè feratur, aliàs non erit vera lex, teſte D. Auguſtino *lib.* 1. *de libero arbitrio*, *cap.* 5. ibi, *Lex eſſe non videtur quæ iuſta non fuerit*; & pulchrius *lib.* 19. *de Ciuitate Dei*, *cap.* 21. ibi, *quod iure fit, iuſtè fit, quod autem fit iniuſtè, nec iure fieri poteſt, non enim iura putanda ſunt, vel dicenda iniqua hominum conſtituta, cùm illud ipſi ius eſſe dicant, quod de iuſtitiæ fonte manauerit*, tunc verò dicitur lex iuſtè ferri, quando in ea ſeruatur forma totius iuſtitiæ, vt Angelicus Doctor *d. art.* 4. *& q.* 95. *art.* 3. eleganter explanat; igitur ſi priuilegiorum conceſſio ſine cauſa iuſta feratur communitati obſeruanda, ex parte modi non erit lex iuſta: nam vt iuſtè feratur, tres virtutes iuſtitiæ



iuſtitiæ in illius forma cerni debent.

Prima ſumitur ex parte finis, iuſtitiæ enim legalis eſt commune 10
bonum intendere, & conſequenter iura communitati debita ſeruare.

Secunda ex parte agentis conſideratur, ait D. Thomas loco quo ſuprà, quæ ad iuſtitiam commutatiuam ſpectat, vt videlicet legiſlator non plus præcipiat, quàm poſſit, quæ iuſtitia eſt quammaximè neceſſaria ad valorem legis.

Tertia attenditur ex parte formæ, quæ ad iuſtitiam diſtributiuam 11
pertinet, quæ etiam in lege requiritur, quia præcipiendo multitudini quaſi diſtribuit onus inter partes reipublicæ in ordine ad bonum eius, & ideo neceſſe eſt, vt in diſtribuendo ſeruet æqualitatem proportionis, quæ eſt proprium iuſtitiæ diſtributiuæ munus, ideóque iniuſta erit ſi inæqualiter onera diſpenſat; at priuilegiorum conceſſio ſi ſine cauſa fiet, compertum eſt hanc iuſtitiam ex parte modi non habere, quia communitati obſeruanda fertur, non ob bonum illius, & publicam vtilitatem, ſed ad bonum priuatum, quod legi iuſtæ repugnat, neque legiſlator habet poteſtatem abſolutè, exemptionem ab obligatione legis concedendi, quia plus præciperet, quàm poſſet, ob id nonnullis placuit diſpenſationes contra ius commune, priui-
legiorum conceſſiones, indulgentias ſine iuſta cauſa factas, eſſe inua- 12
lidas ac nullas, ita Fortunius Gar. *in l. Gallus*, §. *quid ſit tantum*, *ff. de lib. & poſthum.* Mandoſ. *de pactis*, *lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 35. Monicha *lib.* 1. *quæſtionum illuſtrium*, *cap.* 25. *num.* 16. *cap.* 26. *num.* 26. & alij, quos citat Vaſquez 1.2. *diſp.* 178. *cap.* 4. in quam ſententiam ipſe inclinare videtur Denique nec modum iuſtitiæ diſtributiuæ continet; quia lex quibuſdam imponitur, & non aliis ad quas pertinet materia legis.
Liquidò igitur ex his infertur priuilegiorum conceſſionem ſine iuſta 13
honeſtáque cauſa datam rationi non eſſe conſonam, nec omnem totámque legis habere iuſtitiam; ac proinde vt iuſta, honeſta, ac conſona rationi cenſeatur, cauſa iuſta, & honeſta ex parte Summi Pontificis deſideratur; aliàs non erit lex priuata, quia deficit totalis ratio eſſentialis legis, tum ex parte materiæ, tum ex parte modi, & formæ.

Sed contra hanc doctrinam obiicies, quia de eſſentiali legis ra- 14
tione eſt, vt ſaltem ex parte modi ob publicam vtilitatem bonúmque commune feratur: at priuilegiorum conceſſio ad priuatum bonum ordinatur; igitur priuilegium non eſt lex, & conſequenter ad eius cōceſſionem iuſta honeſtáque cauſa non requiritur. Conſequentia

tia eſt nota ex dictis in principio huius capitis : nam ad hoc vt verè
priuilegium dici poſſit lex, formaliter reſpicere debet commune bo-
num, argumento cap.*requiritur*, *&* §.*niſi rigor*, *&* *cap.diſpenſationes*,
1.*quæſt*.7.& S.Thomas 1.2. *quæſt*. 97. *art*. 4. *ad primum*, Minor verò
habetur expreſsè *in l.1.ff.de iuſtit.& iure*, *&* §. *huius ſtudij*. Reſpon-
deo negando Minorem:nam priuilegiorum conceſſio licèt immedia-
tè in fauorem particularium perſonarum feratur, vt ſunt priuilegia
pupillorum, minorum, militum etiam, nihilominus cadunt etiam
in bonum commune vltimatè, *inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni*
15 *iuris*, §.*ſed hoc tempore*, quia ad commodum partis dirigitur, & or-
dinatur ad totum, ita Vaſquez *part*.2. *diſput*.191. *cap*. 2. Valentia *tom*.
2.*diſput*.7.*quæſt*.1.*punct*.2.§.4. Suarez *lib*.1.*de legibus*, *cap*.6. *n*. 8. *& ſe-
quentibus*, Salas *de legibus*, *diſput*.1. *ſect*.8.*num*.47. *&* 48. Sanchez *in
opere morali*, *lib*.3.*cap*.2. *num*.31. Couar. *C.de pactis*, 2. *part*.§.1.*num*.6.
Rebellus *de obligationibus iuſtitiæ*, *part*.2. *lib*.1.*quæſt*.9. *num*. 9. Bonac.
*de legibus*, *diſp*.1.*quæſt*.1.*punct*.1.*propoſ.vnic.num*.1. Vel aliter reſpon-
dere poteſt ad maiorem propoſitionem : nam de ratione legis eſt per
ſe primò, & principaliter bonum commune reſpicere quoad inten-
tionem, quoad executionem non curat lex : nam aliquando reſpicit
principaliter bonum priuatum, & ſecundariò publicum, aliquando
16 verò principaliter, & per ſe primò publicum, & ſecundariò priua-
tum, ac proinde priuilegiorum conceſſio ſemper ad bonum com-
mune ordinari, ſiue formaliter & per ſe primò, ſiue ſecundariò &
vltimatè; vnde ſub diſtinctione negata Minore, Conſequentiæ non
valent; neque iura aliquid probant, ſolùm enim differentiam inter
legem priuatam, & publicam oſtendunt, vt Suarius *lib*.1. *de legibus*,
*cap*.6. docet.

17 Si priuilegium in ſecunda acceptione ſumptum, inquantum ſcili-
cet dicit conceſſionem ſupra, vel citra legem, ſit ſecunda concluſio.
Ad priuilegiorum conceſſionem honeſtam, nonnulla proportionata
cauſa ex parte concedentis eſt neceſſaria, dixi *nonnulla cauſa*, quia
in hoc priuilegiorum genere non eſt tanta inordinatio, ſi abſque cauſa
concedatur, quia plus habet de gratia, quàm de iuſtitia. Requiritur
nihilominus aliqualis cauſa, vt actus non ſit prodigalitatis, ſed pru-
dentis liberalitatis, eo magis, quia priuilegia aliter conceſſa, multi-
plicantur nimis, & contemnuntur, & in aliis generant inuidiam, pa-
cémque perturbant, quia non fiunt ſine aliqua perſonarum acceptio-
tione, ac in proportionem inter membra, eiuſdem corporis politici;
igitur



igitur in omni priuilegiorum genere eſt ſemper aliqua cauſa neceſ-
ſaria ex parte Principis concedentis, aliàs imprudens diſpenſator cen-
ſendus erit.

Ex his infertur primò eſſe peccatum mortale ex genere ſuo in ſu- 18
premo Principe ſine cauſa concedere priuilegia diſpenſatiua iuris cō-
munis, vel propriæ legis. ita ſentit Caëtanus *in ſumma verbo diſpen-
ſatio*, dum ait eſſe hoc peccatum veniale in paruis, vnde videtur ſup-
ponere in magnis eſſe mortale, ac ſubinde ex genere ſuo. Armilla
*eodem verbo num*.13. Valentia *ſecunda parte diſput*.7. *quæſt*.5.*punct*.9.
qui ad hoc probandum adducit Caëtanum 1.2. *quæſt*. 96. *art*. 5. Co-
uarruuias in 42. *part*. *cap*.6. §.9. *num*.7. Soto inclinat *in quarto diſt*.
39. *art*. 2. *in fine corporis*, ibi *fas non eſt*. Suarez *lib*.6. *de legibus cap*.18.
*num*.9. Granado *controu*. 7.*tract*. 3. *parte* 2. *diſput*. 7. *ſect*. 3. *num*. 24.
Petrus de Ledeſma *ſum. ſacram*. vbi de matrimonio, *cap*.27.*poſt quar-
tam concluſionem dubio primo*. Manuël *primo tomo ſumm. cap*. 196. *in* 2.
*editione*, probabilem ſatis putat eſſe Sanchez *de matrimonio lib*. 8. *cap*.
18. *num*. . . . *in fine*, & probatur, nam illud eſt peccatum mortale ex
genere ſuo quod inter propriā ſpeciem poteſt eſſe mortale ex materię
grauitate; igitur Princeps concedens priuilegia abſque iuſta & neceſ-
ſaria cauſa, peccabit mortaliter ex genere. Antecedens patet ex ad-
uerſariorum doctrina, concedentium poſſe Principem peccare letha-
liter ex grauitate materiæ concedendo talia priuilegia abſque iuſta,
honeſtáque cauſa. At indubitatum eſt peccatum veniale ex genere
ſuo intra latitudinem ſuæ propriæ ſpeciei non fieri mortale ex multi-
plicatione materiæ, vt apparet in mendacio officioſo. Conſequentia 19
verò probatur : nam priuilegium de non obſeruando Quadrageſimæ
præceptum ſine cauſa conceſſum, vel Sacerdoti de non recitando of-
ficium diuinum, & ſimilia, talem in ſe deformitatem continet, vt ſta-
tim actus apparet adeò grauis, & rectæ rationi diſſonus, vt mortale iu-
dicetur. Inſuper licèt ſcandalum non ſequatur ex tali cōceſſione, quia
occultè fit, vel ex aliqua alia circunſtantia, nihilominus tale priuile-
gium de ſe eſt ſcandaloſum, & offendit Eccleſiam, ſeu rempublicam. 2
quod indicium eſt de ſe, ac in ſe eſſe rem grauem, ita Valentia, & Sua-
rez *locis citatis*.

Secundò, ſubditus petens priuilegium iuris communis diſpenſati- 21
uum ſine cauſa, peccat mortaliter ex genere, tum quia petit rem
irrationabilem, & communi bono contrariam, tum quia vult diſcre-
pare à toto corpore ſine cauſa, tum quia cooperatur peccato mortali,

éſtque illius cauſa;indiuidualiter peccato eodem,quo ſuperior peccat, quem ad peccandum inducit, peccabit, ita Couarruuias 2. *variar. part.* 4. *cap.* 6.§.9.*num.* 7. Petrus de Ledeſm. *loco præallegato num.* 6. Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *cap.* 18.*num.*8. Suarez *de legibus*, *lib.*8. *cap* 18.*num.*12. Bonacina *de legibus diſput.* 1. *quæſt.* 2. *puncto tertio propoſitione ſecunda*, *num.*16. Valent. 1. 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *puncto* 9. Nauarrus *præludio* 9. *num.* 12. *& cap.* 12.*num.*57. Viualdus *in append. ad candelabrum,num.*29. Layman. *lib.*1.*tract.*14. *cap.* 22. *num.* 12. Filliucius *tract.* 10.*num.* 317. *& tract.* 22. *num.* 439. & Salas *diſput.* 20. *ſect.*6. *num.* 58.

22 Tertiò infertur lethaliter peccare ſubditum inducentem Principem ad concedendum priuilegium iuris communis diſpenſatiuum ſine cauſa,etiamſi excuſetur ob bonam fidem credens ſufficientem habere cauſam talis conceſſionis præſtandæ, quia non licet alterum ad peccandum etiam materialiter ſumptum inducere, quia eſt malum ſimpliciter, ita Salas *loco citato num.* 57.*verſ.credo*, idem etiam videtur ſentire Bonacina *eodem loco quo ſuprà.*

---

## CAPVT IV.

*Contrariæ opinionis argumenta diluuntur.*

1 PRo argumentorum ſolutione aduertẽdum eſſe hîc primò quammaximè doceo, quòd de Papæ poteſtate ſub duplici cõſideratione tractare poſſumus, prout præſens expoſcit difficultas, velut eſt ſupremus abſolutúſque Princeps, Chriſtique Domini Vicarius, abſolutum habens imperium ſupra omnia iura: vel de poteſtate ordinata, quæ relationem dicit ad legem iuſtam, hoc eſt, operari debet, iuſtè, honeſtè, ac rectè, prout diſponit ipſa lex, & dictamen rationis perſuadet ſub priori modo de poteſtate Papæ non diſputamus: non enim quærimus an Papa concedere poſſit priuilegia iuri communi, ſiue ſuis legibus aduerſantia etiam ſine cauſa; indubitatum hoc eſſe, ac conſtans cenſeo: vt docet Abbas in *cap. quæ in Eccleſ.num.*17. ſed de Papæ poteſtate ſub poſteriori conſideratione accepta, videlicet, an poſſit ſine cauſa iuſtè, honeſtè, & licitè ſimilia priuilegia concedere. Authores contrariæ ſententiæ non tractant punctum huius quæſtionis in propriis terminis, ſolummodo de abſoluta Papæ poteſtate in propriis





legibus diſpenſantis, affirmant poſſe validè ſine vlla cauſa diſpenſare, quod nos non negamus, imò libenter admittimus, videndi ſunt Syl-ueſt. *verbo diſpenſatio, quæſt.* 3. Angelus *ibidem num.* 3. Paludanus *in quarto ſent. diſtinct.*38. *quæſt.*4.*art.*4. Felinus *in cap.ad audientiam*, ex Modernioribus Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. diſput.* 18. Valentia 1. 2. *diſput.* 7. *quæſt.*9. Sayrus *de cenſuris lib.*3. *cap.*10. *num.* 11. Azorius *prima parte lib.*5.*cap.*15. *ad finem* Henriquez *lib.*12. *cap.* 3. *num.* 6. Salas *diſput.*30. *ſectio.*4.*num.* 32. Clauis regia *lib.*3. vbi de legibus,*n.*4.Layman. *lib.*1.*cap.*22. *num.*15. *tract.*4. Molfeſius *tract.*9. *cap.*13. *num.*40. Bonacina *de legibus diſput.*1. *quæſt.*2.*puncto* 3.*propoſitione prima*, *n.* 1. & quamplures alij apud Salam contra Vaſquez. In poſteriori igitur puncto exiſtimo vel nullos, vel certè paucos authores dictam tenuiſſe ſententiam in ſenſu etiam explicato, quod maxime aduertendum eſt, ne alicui propter authoritatem tot DD. probabilis videatur oppoſita ſententia, vt bene notat Pater Suarius.

Eſt autem ſecundò aduertendum, quòd lex diſſoluitur per eaſdem 2
cauſas, per quas naſcitur: voluntas, & legiſlatoris poteſtas, ſunt vera
principia, à quibus lex in fieri, & in conſeruari pendet, per eadem igi-
tur, aut in totum, aut ex parte reſolui debet. Principis poteſtatem ad
legem condendam neceſſariam eſſe ſupponimus, ſolùm de voluntate;
quomodo concurrat agimus; bifariam igitur contigit conſiderari, vel
nuda, ſoláque nullo ſcilicet præcedente rationis actu à quo moueatur
ad ferendas leges; vel informata actu rationis, qui eſt circa conclu-
ſionem eiuſdem dictaminis, quæ cùm in principiis tanquam in cauſa
virtualiter includatur, neceſſariò huiuſmodi actus non ſolùm eſt con-
cluſionis, ſed principiorum. Ideóque Principis voluntas in ferendis le-
gibus ſupponit ſemper directiuum rationis, à quo mouetur dictans,
iuſtè, ac honeſtè eſſe legem ferendam, hoc eſt, cum debita, iuſtáque 3
cauſa, ſi voluntas priori modo attendatur, non poteſt eſſe legis cauſa,
quia tunc irrationabilis iudicatur, & conſequenter non lex, tum quia
de ratione eſſentiali legis eſt, vt conſona ſit rationi; tum quia certum
eſt, legem vel ex actu rationis, & voluntatis conſtare, vel certè non eſ- 4
ſe ſine vtroque; ita vt ſi alter illorum tantùm ab altero nihilominus
pendet, ita colligendum videtur ex Scoto *in ſecundo ſentent. diſt.*6.
*quæſt.*1.*& diſt.*38.*quæſt.*1. *ad vltimum ſcilicet*, Bonauen. *in* 3. *diſt.* 17.
*art.* 1. *quæſt.* 1. *ad penult.* Ochan. *in* 3.*quæſt.* 22. *art.* 4. Gabriel *in ſe-
cundo diſt.* 37. *quæſt.*1.*art.*1.*nota* 3. Maior *in* 3.*diſt.*33. *quæſt.*7.*med.c.de
oratione quæſt.* 2. Caſtro *de lege pænali cap.*1.& alij, nec diſſentire puto

S.Thomam ab hac noſtra opinione hoc modo explicata 2. 2. *quæſt.* 90.
*art.* 1. ſequuntur Thomiſtæ, Caëtanus, Corad. & alij, & *in* 1. 2. *quæſt.*
17. *quæſt.* 38 *art.* 4. *quæſt.* 60. *art.* 1. Soto *in primo de iuſtitia & iure*, *q.* 1.
*art.* 1. Alenſis 3. *p. quæſt.* 26. *membro* 1. Ruar. *in* 3. *diſt.* 35. *art.* 2. Cor-
5 duba *quæſt.* 10. *lib.* 2. dum affirmāt legem eſſe actum intellectus, hoc
eſt, incipiatiuè in quantum dirigit voluntatem, dictans quæ facienda
ſunt, prohibens quæ non facienda, cauſamque oſtendens à quo ratio-
nis dictamine mota voluntas præcipit quæ facienda, & prohibet non
6 facienda, eo magis, quia negotium publicum vt iuſtè adminiſtretur,
non tam à voluntate, quàm à ratione gubernari debet. Leges igitur
ferendæ ſunt in regimen, & commune bonum reipublicæ, ideò maxi-
mam iuſtitiam, & honeſtatē includere debent, quæ minimè poſſunt,
niſi voluntas legiſlatoris informata priùs non fuerit actu rationis qui
eſt concluſionis promulgandæ ex præcognitione iuſtæ cauſæ. compa-
ratæ à debita principiorum cognitione; ex quibus deducendum eſt,
quòd ſicut leges iuſtæ, & validæ non poſſunt ſola, nudáque Principis
7 voluntate condi, ita nec abrogari in totum, nec in partem, ſed quem-
admodum cauſa requiritur iuſta ad legem condendā, quod idem eſt,
ad bonum commune ordinādum, ita ad abrogandam, diſpenſandā, &c.
8 Hinc eſt quod quādo iura dicūt ſolā Principis voluntatē eſſe cauſam
legis diſpenſationis, ſiue priuilegiorum conceſſionis, intelligenda ſunt
de voluntate rationabili, ſiue informata actu rationis, non verò de vo-
luntate nuda, quæ doctrina eſt valdè notanda pro ſolutione omnium
argumentorum, quæ in hac difficultate occurrere poſſunt.
9 His ergo notatis ad primum reſpondeo negando Minorem: nam
etſi Papæ voluntatem ſufficientem rationem eſſe concedendi priui-
legia validè dicimus; negamus tamen ſine cauſa eſſe ſufficientem ad
iuſtè, & licitè concedendum, ad probationem verò dico non pro-
bare in tantum, ſolùm enim concludere Summi Pontificis volunta-
tem eſſe cauſam ſufficientem legis diſſoluendæ, vt diſſolutionis fa-
ctum teneat, non tamen vt licita, & iuſta ſit eximendo per priuile-
giorum conceſſionem aliquos, cæteris ligatis permanentibus, quia
non data eſt poteſtas ad deſtructionem, ſed ad ædificationem, imò
10 nec ſola Papæ voluntas nuda, eſt ſufficiens principium legis conden-
dæ, niſi adſit cauſa, vel informata ſit rationis actu.
11 Ad confirmationem verò dico, ſolum probare talem priuilegiorum
conceſſionem, ſiue diſpenſationem ſine iuſta cauſa factam eſſe vali-
dam, non tamen iuſtam, quia non eſt ita dominus ſuæ voluntatis
Prin



Princeps, vt non ſubdatur legi naturali, & propriæ; ſaltem quoad
vim directiuam, vt ſuprà oſtenſum eſt; ob id negandum eſt Princi-
pem habere abſolutum dominium legis ab ipſo conditæ, vt poſſit
omnino ab ea condita aliquos eximere, quia tenetur ex officio ad-
miniſtrare iuſtitiam, & æqualitatem ſeruare.
Ad ſecundam confirmationem reſpondet Sanchez *d. diſp.* 18. lon- 12
gè diuerſam eſſe rationem de abroganda, vel deroganda lege, vel
de eximendo aliquos per diſpenſationem, ſiue per priuilegiorū con-
ceſſionem. Ad prius affirmat ſolam voluntatem ſufficere, qua ab ini-
tio conſtituta eſt. Ad poſterius autem requiritur cauſa; ſed reuerà do-
ctus iſte vir ſibi inconſtans eſt: nam paulò ſuperiùs ad primam re-
ſpondendo rationem, affirmauit non eſſe Principis voluntatem ſuam
ſine cauſa legitima ſufficientem ad legem condendam, modò verò
ſufficere aſſerit; igitur aliter reſpondendum eſt, negando Antece- 13
dens, & Conſequentiam: nam voluntas Principis nudè, & abſolutè
conſiderata, iuſta permanente cauſa, conditæ à principio legis, non
eſt ſufficiens principium auferendi illam, ſicut nec ſufficiens con-
dendi, ob id eadem requiritur cauſa, vt oſtenſum eſt in ſecundo
notabili.
Ad ſecundum argumentum principale diſpenſare in lege per pri- 14
uilegiorū conceſſionem ſine iuſta cauſa, dico non ſolùm eſſe malum,
quia prohibitum, ſed ex ſe & ex natura rei, ac ſubinde ſemper eſſe
malum, contra virtutem iuſtitiæ diſtributiuæ; vnde neganda eſt
Maior, & ad probationem reſpondeo Papam ſemper ex cauſa di-
ſpenſare ſaltem extrinſeca conſiderata ex parte eiuſdem Summi Po-
tificis, ad oſtendendam pietatem, ac miſericordiam S.R.E. in occa-
ſione opportuna; licèt verò in aliquibus diſpenſationibus matrimo-
nialibus cauſa non præcedat ex parte petentis, præcedit tamen ex
parte Papæ diſpenſantis, quia conceditur per modum cōmutationis;
imponitur namque diſpenſantis aliqua ſatisfactio, vel multa in pium
opus, vel in aliam communem Eccleſiæ vtilitatem, vel publicam
pœnitentiam, vt docet ſtylus Romanæ Curiæ, per quod opus con-
ſurgit cauſa iuſta diſpenſandi vt in ſimili patet de indulgentiis, vt
notauit Ledeſma 2. *part.* 4. *quæſt.* 17. *art.* 3. in vltimis verbis.
Ad tertium conceſſo Antecedente, nego Conſequentiam, non 15
enim valet Papa validè diſpenſare; igitur poteſt iuſtè, & honeſtè;
non valet, inquam, quia aliud eſt iuſtè diſpenſare, & aliud validè
diſpenſare, vt in primo notabili diximus. Vel aliter negatur Antece-
Aa 3 dens,

16 dens, & Conſequentia; ad probationem dico, quòd textus ille legis *relegati de pœnis*, non facit pro aduerſariis, imò noſtram probat ſententiam: nam dicens Imperatorem poſſe diſpenſare in pœna iure poſita, addit(ex cauſa aliqua) perperámque addidit gloſſa voluntatem Principis eſſe magnam cauſam: nam manifeſtum erat Imperatorem non diſpenſare niſi ex ſua voluntate; igitur lex illa vltra voluntatem Principis requirit causã, niſi ſit illa gloſſa intelligenda iuxta noſtram doctrinam, de voluntate Principis rationabili, ſeu rationis actu informata, & non de voluntate nuda; neque authoritas tot DD. iuuat, quia iam dictum eſt in quo ſenſu loquuntur.

17 Ad aliam verò probationem dico, in eo textu æquiualere diſpenſationem Pontificiam iuſtæ cauſæ, ne poſſeſſor plurium dignitatum compellatur alteram reſignare; quia oſtenſa Pontificis diſpenſatione præſumitur iuſta cauſa, & releuabitur oſtendens onere probãdæ cauſæ iuſtæ, quam probare tenebatur non exiſtente diſpẽſatione, tunc enim tẽporis (vt notat gloſſa *verbo iuſtæ*) poterat quiſpiam plures habere dignitates ſine diſpenſatione, ex iuſta tamen cauſa; vnde decidit textus poſſeſſorem compellẽdum eſſe alteram reſignare, niſi iuſtam cauſam probet, vel diſpenſationem exhibeat, qua oſtenſa præſumebatur iuſta cauſa, quapropter textus ille facit pro noſtra opinione potius,

18 quàm pro contraria ſententia. Apparet namque quòd indulgentia ſedis Apoſtolicæ æquiualet iuſtæ cauſæ, ex eiſdem textus verbis, quia dictio illa, *vel*, importat idem, licèt diuerſa ſint ea, inter quæ ponitur, Gret. *conſ.* 43. *num.* 17. *& conſ.* 111. *num.* 3. Rom. *conſ.* 88. *num.* 2. Caſſan, *in conſuetud. Burgundiæ, rubr.* 4. §. 23. *in verbo occupatio, num.* 2. *pag.* 781. *& conſ.* 39. *num.* 101. Mandoſ. *quæſt.* 10. *num.* 18. ſi igitur idem dicit, ac importat ratione illius dictionis, *vel*, indulgentia Sedis Apoſtolicæ, quod ex illa alia particula, *ex alia cauſa*, euidenter colligitur æquiualere diſpenſationem Pontificiam iuſtæ cauſæ.

QVÆSTIO



## QVÆSTIO SECVNDA.

### *Cauſa in priuilegiorum confirmatione etiam viuæ vocis oraculo conceſſorum, appoſita, an cenſeatur appoſita motiuè tantum, vel commenſuratiuè?*

### CAPVT I.

*Titulo quæſtionis explicato, deciditur difficultas.*

CAuſam neceſſariam eſſe ad iuſtam, honeſtámque priuilegiorum confirmationem præſtandam, oſtendimus. Supereſt declarandum, quomodo cauſa, quam de ſtylo ſolent Summi Pontifices in priuilegiorum inſtrumentis, eórumque confirmatione apponere (quæ viuæ vocis oracula reuocantur, & de nouo conceduntur) ſe teneat, num commenſuratiuè, vel motiuè tantùm? 1

Pro cuius explicatione notandum eſt primò, priuilegiorum conceſſionis, & confirmationis cauſam duplicem eſſe; impulſiuam, & finalem. Cauſa impulſiua, illa dicitur, quæ ſecundariò, & per occaſionem mouet Principis animum ad priuilegia concedenda. Finalis verò illa eſt, quæ propriè, & principaliter dat ſufficientem rationem concedendi iuſtè priuilegia, atque reddit illa iuſta, & honeſta, vt ſine illa talia non eſſent, ſic communiter docent DD. Panor. *in c. ſuggeſtum, de decimis, num.* 5. *& in cap. recolentes, de ſtatu Monach. num.* 1. *in fine*, Felinus *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. num.* 29. Baldus *in l. generaliter, C. de Epiſcopis, & Clericis, num.* 5. Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa, in principio, num.* 19. *& num.* 210. *vſque ad* 220. Couar. *lib.* 1. *veriar. cap.* 20. Guttier. *lib.* 2. *Canonicarum quæſt. cap.* 15. *num.* 30. Barboſa *in l.* 1. *ff. de ſolut. matrim. p.* 1. *à num.* 83. alter Barboſa *tract. var. axiom.* 40. *num.* 5. Sanchez *lib.* 8. *de matrimonio, diſput.* 30. *num.* 14. Suarius *lib.* 8. *de legibus, cap.* 30. *num.* 1. Bonac. *de contractibus, diſput.* 3. *quæſt.* 1. *punct.* 4. *num.* 1. & habetur *in cap. Abbate, in fine, de verborum ſignificatione*, & gloſſa *in cap. generaliter* 1. 6. 9. *in verbo non denegamus, & cap. tuæ, de Cleric. non reſidentibus, & in l. ex pacto, in principio, ff. de vulgar. & pupil.* De cauſa impulſiua (notanter dixi) per occaſionem mouet, ad demonſtrandum cauſam impulſiuam non eſſe verè 2

cau

cauſam, ſed motiuum quoddam mouens ad modum cauſæ, &
quaſi ſecundariò influens, quia ea ceſſante, verè effectus permanet:
Baldus *conſ.337.verſ.& præmitto, num.2.lib.3.& conſ.433. caſus talis
eſt, num.5.lib.5.* Iaſon *in l.ſi pecuniam, num.18. & 19.ff. de condict.cau-
ſa data*, Cardinalis Tuſchus *tom. 1. litt. C. concl. 137. num. 28. & 41.*
Tiraquel. *vbi ſuprà, limit. 1. num. 2.* Hippol. *in l. ſi quis iudicum, num.
2. & 3. ff. de quæſt.* Rodolphin. *quæſt. 35. num. 10.* Rota *deciſ. 437. num. 3.
& deciſ. 587. num. 6.* apud Farin. *part. 1. recon.* Auguſtinus Barboſa *loco*
3 *quo ſuprà*. Vnde colligitur differentia eſſentialis, qua diſcriminatur
quaſi à principio intrinſeco cauſa finalis ab impulſiua.

4 Notandum eſt ſecundò quòd duplici titulo poteſt Principis ani-
mus moueri ad priuilegia cōcedenda per causā finalē, aut titulo omni-
no gratuito, hoc eſt, nulla diſponente etiā gratitudinis lege, ſola li-
berali ſua benignitate Princeps mouetur aliquo ſuppoſito honeſto ti-
tulo ad præſtanda alicui priuilegia, dixi *aliquo ſuppoſito iuſto titulo*, ad
demonſtrandum ſolam liberalitatem Principis non ſufficere ad vali-
dam priuilegiorum conceſſionem, Gemin. *conſ. 96. num. 9. verſ. licet*
5 Barboſa *axiom. 40. num. 9. folio 27.* vel titulo iuſtitiæ, videlicet cauſa
finali ſuppoſita, Princeps aſtringitur aliqua lege, ſiue poſitiua, ſiue
naturalis ſit, ad alicui præſtanda priuilegia, vt militi, qui ex pacto
in bello ſtrenuè militans inimicum Principem occidit. Cauſa priori
conſiderata dicitur ſimpliciter finalis; poſteriori verò modo com-
menſuratiuè, quia ad menſuram meritorum mouet ad conceden-
dum; titulóque iuſtitiæ, & naturalis legis aſtringitur Princeps, cùm
huiuſmodi priuilegiorū conceſſio ſit militi, v. g. debita ratione con-
tractus in quem tranſit, vt ſtatim dicemus.

6 Atque hinc aduerte in priuilegiorum Regularibus conceſſorum
per ſummos Pontifices inſtrumētis, ipſorúmque cōfirmationibus, pro
motiua, & finali cauſa, ſicut ſtylus Romanæ Curiæ docet, ſemper ſo-
litum eſt Ordinum fructus ſpirituales, ſeruitia Eccleſiæ vniuerſali
facta, & huiuſmodi apponi, quibus Pontificum animus videtur mo-
ueri ad talia Regularibus priuilegia præſtanda, ſiue ſcripta, ſiue non
ſcripta illa ſint. Quærimus modo, súntne huiuſmodi ſeruitia in bul-
lis appoſita merè finalis cauſa motiua, aut cauſa commenſuratiua;

7 Huic quæſtioni quidam reſpondent, Regularium ſeruitia Eccleſiæ
vniuerſali facta, quæ apponere ſolent in priuilegiorum inſtrumentis,
conceſſionum, confirmationúmque ſummi Pontificis, eſſe merito-
riam cauſam, qua eorum mouetur animus ad ſimilia priuilegia Or-
dinibus



dinibus Mendicantium præſtanda, ob id cenſendum eſſe commen-
ſuratiuè illis conceſſa eſſe, quo verò nituntur fundamento neſcio.
Poteſt nihilominus aliqualiter eorum aſſertum fundari; tum ex eo
quòd ratio diſtributiuæ iuſtitiæ expoſcit, conceſſiones, priuilegia,
gratias, diſpenſationes, officia, & dignitates benè meritis potius
præſtanda eſſe à Principibus, quàm immeritis; igitur dum ſummi
Pontifices, Regularium merita, ac ſeruitia in priuilegiorum inſtru-
mentis narrant, vt meritoriam cauſam, commenſuratiuè conce-
dere videntur. Conſequentia probatur, quia aliàs contra iuſtitiam
diſtributiuam peccarent, ſi aliqua priuilegia, ob tanta merita, ac
ſeruitia facta non concederent, vt iuſtitiæ diſtributiuæ munus poſtu-
lat, ſic Suarez *lib. 6. de legibus, cap. 8.* Bonacina *de reſtitutione in gene-
re, diſput. 1. quæſt. 1. punct. 1. num. 9.* tum quia ratione contractus cuiuſ-
dam innominati, nempè, *facio vt des*, celebrati inter Sedem Apo-
ſtolicam, & Regulares, debetur iſtis priuilegiorum conceſſio. Igitur
commenſuratiuè priuilegia, ſiue ſcripta, ſiue viuæ vocis oraculo illa
ſint, Ordinibus Mendicantium conceduntur; ac ſubinde, meritorie
eſſe appoſita eorum ſeruitia in priuilegiorum inſtrumentis, ſiue in
Confirmationibus.

Si verò quæratur vbinam fundatur contractus iſte? reſpondere de- 8
bent neceſſariò; vel in aliqua conſuetudine, approbata à S. Sede Apo-
ſtolica, vel in Ordinum approbatione, in qua Regulares nouam vi-
tam profitentes cum Papa, eam approbante, contractum celebrare
videntur.

His tamen non obſtantibus, dico, Regularium ſeruitia, quæ de 9
ſtylo in eorum priuilegiorum bullis apponuntur, eſſe poſita tantùm
motiue, & non meritorie commenſuratiue.

Vt meliùs hanc aſſertionem percipias, aduerte, merita, ſiue ſer- 10
uitia præcedentia vt Principis animum moueant ad priuilegia com-
menſuratiuè concedenda, duo neceſſariò requiri. Primò, vt talia
merita & ſeruitia non ſint aliquo titulo Principi debita. Secundò, vt
pactum aliquo modo intercedat implicite ſaltem; iſtorum altero non
exiſtente, non dicitur Princeps commenſuratiue concedere priuile-
gia, ob merita præcedentia, ſi aliqua alicui concedat v. g. ſi Rex mi-
liti, qui in bello fortiter ſe geſſit, inimicúmque Principem occidit,
aliqua concedat priuilegia, actus ille quo inimicum Principem occi-
dit, non eſt de ſe meritorius, vt Rex titulo iuſtitiæ, abſolute loquen-
do, talia illi concedat priuilegia, quia talis actus debitus eſt Regi ti-

tulo iuſtitiæ, propter ſtipendia, quæ tot annis miles ille accepit à Re-
ge. Cæterùm ſi Rex illi in præmium largitur priuilegia, non mouetur
à tali occiſionis actu primariò, ſed ab alia rationabili cauſa, in bonum
commune tendens, nempè præmij, vt omnes inpoſterum contra ini-
micos viriliter, & fortiter milites ad defenſionem Reipublicæ belli-
gerentur, ob id actus ille non eſt de ſe, & quaſi primariò talis præ-
mij meritorius, cùm alia cauſa motus ſua liberali benignitate conceſ-
ſerit: at verò ſi talis occiſionis actus eſſet deditus Regi ratione con-
tractus innominati celebrati inter ipſum, & militē, vel ratione pa-
cti nudi ſaltem impliciti, tunc mouet Principis animum ad conce-
dendum illi præmia, quæ actum conſequuntur virtute conuentionis,
& pacti, quia tunc Princeps tenetur titulo iuſtitiæ cōmutatiuæ pro-
miſſa præmia dare, quæ dicuntur commenſuratiuè concedi, Abbas
*in cap.* 1. *de probationibus in princ.* Cyn. *in l. digna vox, C. de legib.* Bald. *l.*
*ex imperfecto. C. de teſtam* Bart. *in l. prohibere, § planè, ff. quod vi, ac clam.*
Bald. *in c.* 1. *de nat. feud.* Felin. *in c.* 1. *de probation. n.* 1. *col.* 318 Abbas *in c.*
*nouit, de iudiciis*, 8. *col. verſ. nono*, imò Baldus addit quòd non ſolùm
obligatur Princeps talia præmia concedere iure naturali, ſed ciuili, *in*
*d. l. Princeps*, Fel. *in d. cap.* 1. *de probat. verſ. modò aduerte, quia prædi-*
*cta debent, num.* 3. *col.* 320. *& in cap. quæ in Eccleſ. de conſtitut. verſ. li-*
*mita ſecundò* Bart. *in l. donationes, C. de don. inter vxorem, & virum*, &
eſt communis DD. ſententia prout docet Antonius Gabriel *de iure*
*quæſito non tollendo, concl.* 5. *in principio*, actúſque ille eſſet meritorius,
quo obligatus exiſtit Princeps ad præſtandum priuilegia, diceretúr-
que formalis cauſa commenſuratiuè mouens.

11 Atque hinc Regularium ſeruitia duplici titulo ſunt vniuerſali Ec-
cleſiæ debita, filiationis nempe, & iuſtitiæ: nam priori titulo omnes
Chriſti fideles debemus omne obſequium, & ſeruitium præſtare
Eccleſiæ ſicut filij matri (ſed de hoc alibi) poſteriori verò titulo, quia
certum eſt ſanctam Romanā Sedem Regularium Mendicantiū, ſiue
non Mendicantium, nō ſolùm approbare Ordines, eorúmque regu-
las confirmare, concedere priuilegia exemptionis, eorum etiam Su-
perioribus ordinariam iuriſdictionem, cum omnimoda exemptione
à poteſtate ſeculari, & ordinariorum, quæ priuilegia præſtantur eis
cum pacto imbibito, vt magis ſcilicet incumbant totius Vniuerſalis
Eccleſię ſeruitio; ex eo videtur colligendum, quia coadiutores facti
ſunt Epiſcoporum, vt docet Rodriquez 3. *tom. quæſt. regul. quæſt.* 8.
virtute horum priuilegiorum, ex quibus ſequitur, quòd merita, quę
de



de ſtylo in bullis priuilegiorum apponuntur, eſſe appoſita, vel ad de-
monſtrandum Summos Pontifices ex honeſta, rationabili, iuſtáque
cauſa priuilegia concedere; vel quia talia ſeruitia vt Eccleſiæ debita
ſupponunt, nihilominus benignitate, & clementia ſanctæ Apoſtolicæ
Sedis mouentur ad præſtanda illis priuilegia, vt feruentiùs, & effi-
caciùs inpoſterum, prædicationibus, lectionibus, confeſſionibus, cæ-
teríſque bonis incumbant pro animarum ſalute.

Licet igitur ex his liquidò probationem noſtræ concluſionis col- 12
ligere, ex eo ſcilicet, quòd ſeruitia à Regularibus facta Eccleſiæ
ſanctæ Dei ſunt debita, nullo modo eſſe motiuam commenſurati-
uè cauſam, animum ſummorum Pontificum mouentem ad præſtan-
da priuilegia commenſuratiuè, quia cenſendum eſſet tunc ſummos
Pontifices ex vi contractus eſſe ligatos, & conſequenter titulo com-
mutatiuæ iuſtitiæ teneri ad concedenda eis priuilegia, aliàs faciendo
lethaliter peccarent, & ad reſtitutionem tenerentur, quod nullus
adhuc docuit, vt ſtatim fuſiùs dicemus.

Argumenta verò, quibus nitebamur contrariam probare ſenten- 13
tiam, non conuincunt. Ad primum, conceſſo Antecedente, negamus
Conſequentiam: nam licèt verum ſit ex munere iuſtitiæ diſtribu-
tiuæ Principem teneri perſonarum merita reſpicere, iuxtáque per-
ſonarum qualitatē præmia conferre, quamobrem viro nobili maiores
dignitates, ac præmia debentur quàm ignobili; viro docto, quàm indo-
cto, & militi qui ſtrenuè pugnauit, quàm ignauo, & deſidi; vir enim no-
bilis, aut doctus, ſtrenuus, & fortis habet merita maiora per ordinem
ad dignitates, & præmia; non tamen ſequitur ex hoc Principem ob-
ligari ad æqualitatem meritorum priuilegia, & præmia largiendum
commenſuratiuè, quia hoc eſt munus iuſtitiæ commutatiuæ, quæ
propriè non reſpicit merita, ſed tantùm æqualitatem rei, quæ debe- 14
tur ratione laboris præſtiti reſpectu contractus, & conuentionis, v. g.
ſi famulus laborauit per diem, vel menſem, tantum pretij debetur
ei, quantum eius labor exiſtimatur, vel quantum conuenientia ex-
poſcit, prout dominus, & famulus conuenerunt de labore diurno,
& non quantum merita laborantis requirunt. Labores præteriti Re-
gularium, quia Eccleſiæ ſunt debiti, non tenentur Pontifices illis
commenſuratiuè concedere præmia, aut dignitates, vel priuilegia,
licet ex eo cap. in conferendis dignitatibus, & officiis ſint eorum me-
rita conſideranda à Sede Apoſtolica titulo diſtributiuæ iuſtitiæ.

Sed quæres ad quid tenetur Superior ex violatione iuſtitiæ diſtri- 15

butiuæ, vt accidit quando confert officium indigno, relicto digno, vel ſi conferat, & priuilegia concedat dignis, dignioribus relictis, ad reſtitutionem, & compenſationem faciendam, reſpondent Petrus Nauarrus *lib.2.de reſtit.num.*144.Vaſquez *de reſtit.cap.*1. *dub. vnic.num.*6.Salonius 2.2.*quæſt.*62.*art.*3.*contr.*25.*concl.*7.quia qui alterum iniuſte priuat aliquo bono, ad quod alter habet ius, tenetur ad reſtitutionem, vel compenſationem; ſed qui violat iuſtitiam diſtributiuam, iniuſte priuat alterum bono ad quod habet ius; igitur tenetur ad reſtitutionem.

16 Sed reuerà hæc reſponſio non valet, vt optime docent Reballus *lib.*3.*de obligationibus*, *quæſt.*3. Bannes 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 2. *dub.* 12. Nauarrus *in manuali*, *cap.*17.*num.*69. Molina *tom.*1.*diſput.*12. Luiſius Turrianus *diſput.*9.*dub.*1.*n.*5. Bonacina *de reſtitut.diſp.*1.*quæſt.*1.*prop.*1.
17 Cardinalis Toletus *in ſumma*, & alij quamplurimi: nam ex violatione ſolius iuſtitiæ diſtributiuæ non oritur obligatio reſtituendi, ſiue compenſandi, niſi quatenus ſimul violatur aliquod ius ad iuſtitiam
18 commutatiuam pertinens, quia reſtitutio, & compenſatio, ex communi DD.ſententia, eſt actus iuſtitiæ commutatiuę; igitur euidens ſignum eſt non oriri obligationem reſtituendi, & compenſandi ex violatione iuſtitię diſtributiuę precise: nam reſtitutio, & compenſatio eſt actus illius virtutis, quę fuit lęſa, & violata per actum oppoſitum, vel omiſſionem: inſuper per merita pręcedentia nullum aquiritur ius ad rem, ratione cuius oriatur obligatio ad reſtitutionem, & compenſationem faciendam.

19 Et per hoc ſoluitur ratio Nauarri, & Solonij, dicimus namque illum teneri ad reſtitutionem, & compenſationem faciendam, qui alterum iniuſte priuat aliquo bono, ad quod habet ius ſtrictum, ac proximum; per violationem autem iuſtitię diſtributiuę non violatur ſtrictum ius alterius, ſed tantummodo remotum, exiſtimo nihilominus Principem lethaliter peccare violando iuſtitiā diſtributiuam: nam tenetur in conſcientia ſtare iuſtitię legali, & diſtributiuę, vt ſuprà docuimus.

20 Ad ſecundum argumentum principale reſpondeo negando Antecedens: nam contractus ſi eſſet aliquis innominatus ex parte potius ſummi Pontificis eſſet expoſcendus; quia videtur priora priuilegia exemptionis, &c.concedere ipſis Regularibus, vt laborent in vinea Domini Sabaoth, quamobrem labores tam pręteriti, quàm futuri ex vi talis contractus poſſunt expoſci prout negotium ac neceſſitas exegerit ab Eccleſia ab ipſis Regularibus, vt patet in tempore peſtis, in quo poſſunt compelli ad Sacramenta infirmis miniſtranda, videantur Patres Miranda, & Rodriquez, & hoc non ex alio capite, niſi quia ipſi Regulares obligati exiſtunt propter priuilegia priora à Sede Apoſtolica conceſſa.



## QVÆSTIO TERTIA.

*An dentur aliqua priuilegia Regularibus viuæ vocis oraculo commenſuratiuè, ſiue per modum contractus conceſſa.*

### CAPVT I.

NVllum priuilegium viuæ vocis oraculo mendicantibus, & non mendicantibus Ordinibus eſt per modum contractus conceſſum, & forſan etiam bullatum, nec lucratiuè, nec commenſuratiuè: tum quia nulla ſufficiens ratio eſt ab aduerſariis aſſignabilis, tum quia bullatione carent, ex cuius ratione haud difficile erit oſtendere contrarium, tum quia per teſtes probare non poſſunt, Papam prædicta viuæ vocis oraculo priuilegia in remunerationem præteriti laboris conceſſiſſe, ſiue pecunia mediante. Hanc ſententiam habere videtur Bonacina *de legibus diſput.* 1. *quæſt.* 3. *part.* 8. *propoſitione prima, in fine*, vbi hæc habet. Quartò, ſequitur Papam non teneri quicquam reſtituere ob reuocationem priuilegij, quia non concedit priuilegia præuio pretio, ſed gratis, liberaliter, ac abſque vlla compenſatione. Suarius *de legibus lib. 6. loco ſtatim citando.* 1
2

3 Pro huius verò concluſionis dilucidatione notandum eſt, quod quatuor modis ſolet Principes ſubditis concedere priuilegia, vno modo lucratiuè, ſeu per viam contractus lucratiui, quando videlicet concedunt pecunia mediante priuilegia. Alio modo commenſuratiuè, hoc eſt, per modum contractus remuneratiui, quando ſcilicet priuilegia concedunt commenſurata ob aliquod factum præteritum, vel futurum, impletum, vel implendum ex parte eius cui priuilegia præſtantur. Tertiò modo gratis omnino, & hoc dupliciter, vel priuilegia conceſſa conſiſtunt in abſoluta donatione cum vera alicuius rei, ſiue iuris dominij tranſlatione, ſecuta vera, ſiue ficta rei traditione: vt conceditur caſtrum, vel ius vectigalium, aut alterius tributi. Alia vera 4 5 6

vera priuilegia conſiſtunt tantùm in facultate, vel licẽtia aliquid ope-
randi præter ius commune, aut in exemptione, aut immunitate, per
6 quæ nullum acquiritur ius de iure gentium, vel naturæ. Priuilegia
tribus prioribus modis conceſſa non ſunt verè priuilegia, niſi extenſi-
uè, & extrinſecè, quia rigorosè ſapiunt naturam veri contractus: pri-
mum namque genus dicitur contractus, venditionem ſignificans etiã
8 ſi Princeps verbo *indulgemus*, vel ſimili vtatur. Secundum dicitur con-
tractus, ſiue remuneratiua donatio, quia ob præcedentia merita, & in-
tuitu præteriti laboris conceditur. Appellatúrque etiam conuentio-
nis contractus, ſi datur ob aliquam adimplendam conditionem. Ter-
tium dicitur contractus, qui poſtquam eſt conſummatus inducit obli-
gationem iure gentium, vel naturali. Quartum genus dicitur verè &
9 rigorosè priuilegium in ratione pura priuilegij manens, ita docet Bal-
dus *in l. qui ſe patris, quæſt.* 11. *verſ.* vt ſcio, *C. vnde liberi, & in l. vltima,
C. eod. num.* 33. & 34. Felinus *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitutio-
nibus, verſ. ſecundò confirmatur, num.* 51. Idem docere videtur Sua-
rius *lib.* 8. *de legibus cap.* 4. *num.* 9. ſub his verbis, regulariter enim
priuilegia conceduntur, nullo interueniente pacto, ſed per abſolutam
gratiam, & beneficentiam concedentis, licet poſtea affirmet poſſe pa-
ctum conuenire cum priuilegiorum ſubſtantia.

10 Conſtans autem, & euidens eſt, omnia & ſingula Regularium
priuilegia in ſimilibus facultatibus, conceſſionibus, licentiis, exem-
ptionibus, conſiſtere, vt idem Suarius *de legibus, lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 5.
docuit, vbi hæc habet, & talia ſunt in religionibus multa priuilegia,
quæ ſunt merè gratiæ Pontificum, & non ſunt contraria iuri commu-
ni, ſed aliquid vltra illud addunt, vt ſunt priuilegia abſoluendi, di-
ſpenſandi, &c. ex quibus euidenter patet nullum tale priuilegiũ con-
tractus naturam habere, nec conuentionem includere, ſed merè gra-
tiam, & beneficium Papæ ex benignitate Eccleſiæ concedentis eſſe:
at ſi certum de priuilegiis bullatis cenſendum eſt, non trãſiere in con-
tractum, ſed ſapere puram priuilegij naturam, multo fortiùs argu-
mentandum eſt de priuilegiis viuæ vocis oraculo conceſſis; vnde ſen-
ſus noſtræ concluſionis apertè euidens eſt, & nulla alia indiget
probatione.

11 Ex allata doctrina nonnulla inferuntur. Primò, omnia priuilegia,
quæ naturam contractus, & non priuilegij rigoroſi accepti ſapiunt,
non ſunt reuocabilia, niſi ſecundùm eorum eſſentiam, per *l. fundi,
C. de fun. patr.* hoc eſt, non poſſunt reuocari niſi iuſta aliqua interue-
niente



niente cauſa, ita Vaſquez *in opuſculis, cap.* 6. §. 1. *dub.* 1. *num.* 15. *& dub.*
2. *num.* 33. Suarez *de legibus, lib.* 8. *cap.* 37. *per totum*, Reginaldus *lib.*
9. *num.* 38. *ad finem*, Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure, cap.* 33. *dub.* 4. *num.* 35.
Salas *de legibus, diſput.* 17. *ſect.* 14. *num.* 80. *& diſput.* 20. *ſect.* 4. *num.* 42.
*verbo tempore prædicti*, Bonacina *de legibus, diſput.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 8.
§. 3. *propoſit.* 1. *num.* 2. Auguſtinus Barboſa *tract. var. clauſ.* 83. *num.* 8. ex
Iuriſtis Baldus *in l. digna vox, C. de legibus, & l. qui ſe patr. C. vnde
ſcias, & l. ſicut mihi, ff. de dolo*, Barth. *in l. priuilegia, C. de ſacroſanct.
Eccleſ. & in l.* 1. *de his, qui ſponte*, Felinus *in cap. nouit ille, de iudiciis*,
Abbas *in cap. peruenit, de immunit. Eccleſ.* Antonius Gabriel. *de iure
quæſito non tollendo, concl.* 6. & 7. & alij, quos ipſe allegat, & ſequi-
tur, ita etiam habetur *in l. Lucius, §. fin. ff. ad municip. & in l. quo ſe-
mel, de or. ab Ordinibus faciendis.*

Ratio verò eſſe poteſt, tum quia Princeps non poteſt ſuo arbitrio, 12
& voluntate rem à ſubdito tollere, cuius verum habet dominium,
ſeu ius acquiſitum; tum quia non valet ad libitum donationem ſub-
dito factam reuocare, per quam in illum dominium tranſtulit, quia
aliàs non eſſet donatio, ſed conceſſio, vel accommodatio. Certum 13
enim eſt Principem poſſe verè donare, & rei donatæ dominium in
ſubditum transferre; igitur facta donatione, ſuccedit naturalis iuſti-
tiæ obligatio; ergo idem in priuilegio erit dicendum, quando ſapit
naturam contractus, & per illud res conceſſa in verum ſubditi do-
minium tranſiuit.

Secundò Priuilegia ſcripta, vel viuæ vocis oraculo conceſſa, quæ 14
verè rationem priuilegij, ſtricto modo, conſiderati retinent, per ſe,
& ex eorum natura eſſe reuocabilia ſine cauſa, ſaltem cogente, ita
tradunt omnes DD. citati, præter gloſſam *in cap. decet, de regul. iur.
in* 6. vbi nonnulla iura Canonica allegat, quæ in praxi hoc oſtendunt,
& aliam citat gloſſam *in Clement. dudum. de ſepulturis, verbo inſtan-
te*, Abbas Panor. *lib.* 2. *conſ.* 3. *quæſt.* 19. *num.* 10. Paulus de Caſtro *in* 1.
*volum. conſiliorum, conſ.* 229. *num.* 4. Sanchez *lib.* 8. *de matrimonio, diſp.*
3. Salas *loco quo ſuprà*, Azorius *lib.* 5. *inſt. mor. cap.* 22. Paulus Layman
*lib.* 1. *tract.* 23. *n.* 19. & 25. Et ratio eſt, quia ſicut Superior poteſt aliquẽ 15
à legis obligatione eximere, ita poteſt ad eandem obligationem re-
ducere, & reuocare: nam qui aufert præceptum, poteſt illud iterum
ponere, & econtrà, qui ponit præceptum, poteſt illud auferre; igitur
eadem ratione poteſt liberè Princeps huiuſmodi reuocare priuilegia, 1
ex eo, quia hæc reuocatio nihil aliud eſt quàm iterata impoſitio vir-
tualis

tualis præcepti priùs ſublati, ſeu virtualis prohibitio eius quod concedebatur antea.

17 Tertiò Regularium omnium ferè quæcunque priuilegia tam ſcripta, quàm non ſcripta, non ſunt vere, & rigoroſe priuilegia, prout ſcilicet priuilegium iuris communis diſpenſationem importat, ſed tantum extenſiue, vt ſuprà dictum eſt.

---

## QVÆSTIO QVARTA.

*Vtrùm priuilegia viuæ vocis oraculo Ordinibus mendicantibus per vim contractus oneroſi conceſſa, per hanc reuocatoriam constitutionem reuocentur.*

### Capvt I.

*Ponitur negatiua ſententia cum ſuis fundamentis.*

1 FRater Philippus à ſancto Antonio *dub.* 2. *&* 3. in ſuo de hac re tractatu negatiuam ſententiam ſuſtinet, quam per ſequentes declarat concluſiones, quarum prima eſt. Omnia priuilegia viuæ vocis oraculo in meritorum remunerationem Regularibus conceſſa, etiamſi ſola gratitudinis lege remuneratio eſſet debita; per hanc nouam Apoſtolicam conſtitutionem non reuocari. Probatur: priuilegia, quæ in meritorum remunerationem dantur à Principe, ſunt omnino irreuocabilia; igitur priuilegia viuæ vocis oraculo Regularibus ob merita præcedentia conceſſa, non cenſentur caſſata, per nouam iſtam reuocatoriam conſtitutionem Vrbani VIII. Conſequentia eſt euidens. Antecedens probatur; nam priuilegium ob obſequium aliquod exhibitum, vel impoſterum exhibendum ab eo, cui priuilegium
2 conceditur, tranſit in contractum, ex eo quòd non cenſetur dari gratis à Principe, ſed ex iuſtitiæ debito in remunerationem exhibiti laboris. Sed quod tranſit in contractum eſt de ſe irreuocabili; igitur viuæ vocis oracula in remunerationem Regularibus conceſſa, ſunt irreuocabilia. Maior, & Minor huius rationis docetur communiter à Doctoribus: ita Sanchez *lib.* 8. *de matrimonio, diſput.* 33. *num.* 3. Suarez *lib.* 8. *de legibus, loco quo ſuprà.* Ruinus *conſ.* 130. *num.* 19. *vol.* 5. Gramm. *conſ.* 156. *cap.* 1. *vol.* 1. Aretinus *in cap.* 1. *de conſtitutionibus, col.* 2.



*col.* 2. Barboſa *conſ.* 1. *vol.* 3. Syluester *de benefic. part.* 3. *quæſt.* 14. *verſ. pro iſta parte facit,* Alex. *toto conſil.* 101. *num.* 3. *vol.* 1. Burgos de Pax *in proœmio legum Tauri num.* 336. Antonius Cucus *lib.* 1. *inſtitutionum maiorum titulo* 6. *num.* 110. Matienzo *lib.* 3. *recopilatio. titulo* 10. *lege* 9. *gloſſa* 1. *num.* 9. *&* 10. Bolognetus *conſ.* 3. *num.* 16. Nauarrus *in Leuiticum notabili* 28. *num.* 7. Minorem etiam habent Felinus *in cap. nouit ille, de iudiciis, num.* 12. Abbas *lib.* 2. *conſil.* 3. *versùs finem, & in cap. peruenit, de immunitate Eccleſ. num.* 14. Bart. *in l. qui ſemel, ff. de decret. ab ordinibus faciendis.* Alex. *lib.* 2. *conſ.* 216. *in principio,* Oldradus *conſ.* 266. *num.* 7. & latè Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verbo donatione largiatur, num.* 13.

Confirmatur per priuilegiorum generalem reuocationem, non intelliguntur caſſata, & reuocata ea priuilegia, quæ titulo oneroſo conceſſa fuerunt, vel ab ipſo Principe reuocante, vel à prædeceſſoribus; igitur per hanc reuocatoriam non reuocantur priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa Regularibus ob merita præcedentia, ita Afflictus *deciſ.* 228. *num.* 10. Syntagma *primo tomo fol.* 148. *col.* 4. eſt communis ſententia DD. 3

Secunda concluſio viuæ vocis oraculo priuilegia, quæ pretio ſuſcepto, ſiue lucratiuè ſunt Regularibus conceſſa, non reuocantur per hanc reuocatoriam Vrbani VIII. conſtitutionem. Probatur: quando priuilegium tranſit in contractum, nequit abſque iuſta cauſa reuocari per Principem, eiúſve ſucceſſorem; igitur viuæ vocis oraculo priuilegia, quæ in contractum lucratiuum tranſierunt, non intelliguntur reuocata per iſtam conſtitutionem. Antecedens eſt certum apud omnes, & nos in præcedenti capite docuimus. Conſequentia probatur, ad hoc vt priuilegia viuæ vocis oraculo Regularibus per vim contractus lucratiui per iſtam reuocatoriam caſſata intelligantur, neceſſariò duo requiri. Primò, vt iuſta cauſa exiſtat. Secundò, expreſſa mentio ſaltem generalis cuiuſuis indulti conceſſi per modum contractus: at nulla aſſignatur ſufficiens cauſa, neque ſpecialis mentio in conſtitutione iſta reuocatoria indultorum per vim contractus conceſſorum habetur, igitur priuilegia viuæ vocis oraculo per modum contractus lucratiui Regularibus conceſſa non reuocantur per hanc reuocatoriam. Maior eſt Suarez *allegatione* 9. *num.* 9. Acebedo *lib.* 1. *recompilatio. tit.* 3. *l.* 14. *num.* 42. Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. diſput.* 33. *num.* 8. & ratione probari ſic poteſt, quia non præſumitur reuocandi voluntas quando ea tertij ius aufert, vt latè pro- 6

 bat

bat Bolognetus *conſ. 2. num. 37.* Antonius Gabriel *de iure quæſito non tollendo, concluſ. 6. ac 7.* Minorem verò probo, ſi aliqua cauſa poſſit aſſignari quare oracula lucratiuè Regularibus conceſſa reuocantur, maxime illa eſſet, quam ſummus Pontifex annuit in reuocatoria ſua conſtitutione, nempe *ſæpe ab his in quorum fauorem emanarunt, minus canonica interpretatione extendi, & perperam in diſciplinæ eccleſiaſticæ detrimentum executioni demandari*, ſed iſta parum, aut nihil operatur; igitur nulla ſufficiens aſſignatur cauſa, qua Papæ voluntas intelligatur reuocandi priuilegia viuæ vocis oraculo lucratiuè Regularibus conceſſa. Minorem probat ipſemet aduerſarius ſic, Motiua ratio qua animus ſummi Pontificis ad condiendam hanc reuocatoriam legem
7 mouetur, eſt interpretatio, & extenſio oraculorum, ac contra ſacros canones executio; igitur ea oracula, quæ executioni mandantur iuxta ſacrorum Canonum interpretationem non caſſantur; igitur parum, aut nihil operatur illa motiua cauſa, ex eo quia ſemper Regulares canonice, & legitime vtuntur priuilegiis propter eorum ſcrupuloſam conſcientiam minus extendunt, & multocies ſtricto iure ab ipſis interpretantur.

---

## Capvt II.

*Huius reuocatoriæ verba pro vera opinione ſtatuenda adducuntur, ac dilucidantur.*

1 Libet hic antequam ad queſtionis determinationem deueniamus, Sanctiſſimi Domini Papę verba iuxta ſacros Canones adducere, & explanare, & ea, quammaxime, quæ ab aduerſariis adducuntur: *Sæpe ab his, in quorum fauorem emanarunt minus canonica interpretatione extendi, & perperam in diſciplinæ Eccleſiaſticæ detrimentum executioni demandari, idcirco quantum cum Domino poſſumus, his & aliis malis occurrere volentes, motu proprio,* &c. in quibus in primis, illa ſe offert particula declaranda, nempe, *his & aliis malis*, annuit certè multifariam eſſe motiuam finalémque huius reuocatoriæ legis cauſam, qua ſummi Pontificis animus mouetur ad reuocanda omnia priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, vnam explicitam cognoſco, hoc eſt, quia extenduntur minus canonice ab his, in quorum fauo-
2 rem emanarunt, & in detrimẽtum diſciplinæ Eccleſiaſticæ. Aliam, quæ multas includit implicite, nempe, *& aliis malis occurrere volentes*, & ſic Ly, *&*, copulat iſtam implicitam, æqualiter cum explicita, ita vt idem ſit de vna, ac de altera, ſicut habetur *in l. ſi mihi & Titio, ff. de verborum obligat. & in l. reos, §. cùm in tabulis, ff. de duobus reis, & in l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtit.* notant Iaſon *in l. 1. num. 3. & ſequentibus, ff. de iuſtitia & iure.* Decius *conſ. 89. num. 2. & conſ. 417. num. 1.* Natta *conſ. 573. num. 14. tomo 4.* Pariſius *conſ. 95. num. 6. vol. 1.* Theſaur. *deciſ. 189. n. 1.* Guido PP. *deciſ. 527. n. 1. & ſing. n. 1. & 2.* Boch. *de iure patronatus, verbo ipſe, vel is, num. 48. & ſequenti.* Meron. *in tract. de pace, quæſt. 447. num. 1.* Anchar. Phegin. *quæſt. 9. num. 6.* & alij quamplurimi apud Auguſtinum Barboſam *tractatu de dictionibus, dictione* 110. *num. 9.* ob id reſpectu iſtius reuocatoriæ legis multæ cauſæ æqualiter concurrunt mouentes ſummi Pontificis animum ad illam ferendam, licet aliquæ non explicantur.

Ex quo infertur quòd quando lex ob multas cauſas conceditur, ſi 3
vna illarum ceſſet, cæteris remanentibus, ipſa lex non cenſetur ceſſare, vt poſt omnes docuit Bonacina *de legibus diſput. 1. quæſt. 1. puncto vltimo §. 2. & 3. propoſitione 1.* Dixi, *ſi ceſſet vna illarum, non ceſſat ipſa*, quia licet huius reuocatoriæ conſtitutionis reſpectu aliquorum, quibus conceduntur viuæ vocis oraculo priuilegia, ceſſat cauſa explicita, non ceſſat ipſa reuocatoria lex, nec ipſius effectus in ordine ad illas: nam ita reuocantur reſpectu ipſorum, à quibus bene interpretantur, ac reſpectu illorum, à quibus malè extenduntur.

Sequitur, & *ex certa ſcientia & matura deliberatione noſtris, déque* 4
*Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & de conſilio nonnullorum Fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium quibus negotium huiuſmodi maturè diſcutiendum commiſimus omnia, & ſingula priuilegia, facultates, licentias, & gratias quaſcunque per ſummos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac per nos viuæ vocis oraculo,* &c. *aliiſque perſonis prædictis quacunque de cauſa etiam de neceſſitate exprimenda,* &c.

Ex his ſanè verbis non obſcurè patet Papæ intentionem eſſe re- 5
uocandi omnia priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, eo modo, & forma, quibus ſecundùm propriam naturam reuocanda ſunt, vt priuilegia per modum contractus oneroſi, ſiue lucratiui, ſiue commenſuratiui, quæ vt licitè reuocentur, petunt quaſi à principio intrinſeco expreſſionem cauſæ propriæ conceſſionis, ita vt non ſufficiat generalis reuocatio, ad cenſendum reuocata priuilegia huiuſmodi, ſed opus eſt, vt cauſa exprimatur, v. g. *Conceſſa pretio recepto*, vel *obſequium aliquod exhibitum*, vel ſaltem expreſsè dicatur, *etiam per vim*

*contractus*, & ratio eſt, quia ſummus Pontifex id quod vult haberi
6 pro expreſſo fingitur expreſſum, licet expreſſum non ſit; poteſt námque
ad validitatem actus à ſe geſti fingere expreſſum, quod reuera
non eſt expreſſum, ita *in Clemen. 1. de probatio. & cap. 1. de tranſlat.*
*& cap. illa, de elect. Clem. Paſtoralis, de re iudicata, & cap. ſi motu*
*proprio, de præbendis lib. 6.* Antonius de Butrio *conſ.* 55. Germonius
*tract. de indultis Cardinalium §. ac viri tum num. 5. & 6.* Barboſa *de*
*clauſulis, clauſula* 112. *num.* 6. aliàs indirectè priuaretur Papa poteſtate,
ſuammet legem reuocandi, & quodcunque priuilegium, ſi neceſſe
haberet expreſſam facere mentionem cuiuſcunque priuilegij
per viam contractus conceſſi, vel exprimere cauſam conceſſionis, in
tanta oraculorum multitudine bullatione carentium; & illud fortè
non inueniretur, imò ſuiſmet conſtitutionibus non poſſit derogare,
quod eſt abſurdum, Panorm. *in cap. cùm inſtantia col. 2. de cenſibus,*
Federicus de Senis *conſ.* 47. Collector *in cap. cùm dilectus, de reſcriptis
col. 1.* Iaſon *ad l. Prætor n. 8. ff. de no. oper.* Rebuff. *in concordatis titulo*
*forma mandati Apoſtolici, in verbo pro expreſſis, verſ. item ſi dicatur in*
*finem.* Quamobrem, omnis cauſa, & expreſſio neceſſaria exprimenda,
vt ſingula, & omnia viuæ vocis oraculo priuilegia conceſſa per vim
contractus reuocata per hanc conſtitutionem cẽſeantur, habetur pro
expreſſa, acſi ſpecialiter & indiuiduò facta eſſet mentio.

7 Obſeruandum hîc obiter venit pro nobis Fratribus Minoribus,
quòd ſi aliquod eſſet priuilegium conceſſum à Sede Apoſtolica ad
inſtantiam alicuius Principis, Regis, vel Imperatoris pecunia mediante,
aut aliquo huic ſimili commenſuratiuè ob obſequia S. R. E.
exhibita, aut titulo gratuito, quod tranſiuit in contractum, ex quo
dominium conſequuta eſt noſtra Religio, non ſolùm viuæ vocis oraculo
conceſſum, verumetiam plumatum, Summus Pontifex abſque
vlla cauſa neceſſitatem indubitatè, liberè poteſt reuocare; moueor
enim ad ita ſentiendum, quia hoc priuilegiorum genus, vt noſtræ
regulæ communiter expoſitores docent, inducit dominium, & maximam
proprietatem, ob id S. P. Franciſcus aiebat, *Præcipio firmiter*
*per obedientiam Fratribus vniuerſis, quòd vbicunque ſunt, non audeant*
*petere aliquam litteram in Curia Romana pro ſe, neque per interpoſitam
perſonam, neque pro Eccleſia, neque pro loco aliquo, neque ſub ſpecie
prædicationis, neque pro perſecutione ſuorum corporum*; & S. P. N.
Bernardinus Senenſis non eſſe maiorem proprietatem, quàm priuilegiorum,
affirmat; ex quo ſi illorum aliquod eſſet tale; dominium
eius



eius apud ſanctam Apoſtolicam ſedem reſideret, & penes ſummum
Pontificem, cuius intereſt de omnibus pertinentibus ad Fratres Minores,
ex vi regulæ, & Summorum Pontificum expoſitionis. Et licèt
regulariter loquendo verum ſit (ſecundùm opinionem probabilem,
quam infrà referemus) Papam non poſſe priuare quem iure ſuo; 9
poteſt nihilominus in rebus, quarum dominium eſt apud Chriſtum
Dominum, & per conſequens apud ipſum Summum Pontificem,
cuius eſt cum omnimoda in terris poteſtate Vicarius, etiam ſine cau- 10
ſa prolibito ſuæ voluntatis, ita tradit Archidiac. *in tract. de hæreſi,*
*in cap. ſanctiſsimo in Chriſto Patri, verſicul. quia tanta eſt præeminentia,*
vbi aſſerit in talibus Papam eſſe dominum, quãtum ad vſum, quia
eis vti poteſt ſicut placet, & decet ſuam potentiam, ſic *in cap. per*
*principalem 9. quæſt. 3. & cap. nunc verò, ea cauſa, & quæſt. & in cap.* 11
*2. de præbend. in 6 in principio, Clement. 1. ad finem*; vbi dicitur quòd in
talibus habet plenã, & liberam poteſtatem, ita docet Paulus à Caſtro
*conſ.* 281. Innocentius *in cap. cùm ſuper de cauſa poſſeſsionis* vbi allegata
DD. *in cap. conſtitutus eſt, de relig. dom. & in cap. antiqua 1. de priui.*
Socin. *conſ.* 156. *verſ. quibus præmiſsis & conſ.* 164. *verſ. ſecundus caſus,*
ac alij, quos refert Felinus *in cap. quæ in Eccleſiarum.* Cùm igitur de
omnibus ad Fratres Minores pertinentibus dominium ſit S. R. E. liquidò
patet, poſſe liberè Papam reuocare priuilegia per modum contractus
eiſdem Fratribus Minoribus conceſſa.

Supereſt aliam particulam, *Omnia, & ſingula priuilegia*, explana- 12
re; pro intelligentia cuius obſeruandum eſt, quòd dictio *omnia*, eſt
vniuerſalis, cui alia dictio *& ſingula* adiuncta ita omnia comprehendit
viuæ vocis oraculo priuilegia Regularibus conceſſa, vt nullam
patiatur reſtrictionem, neque limitationem, Cardinalis Tuſchus
*pract. concl. tom. 2. concl. 296. num. 8. &* 19. Suarius *allegat. 26. num. 1. ad*
*finem* Mandoſ. *in 2. forma commiſſ. in verbo ſingulos, folio mihi* 18. ac
ſi omnia eſſent ſpecificata, ſub ſpeciali, ac indiuidua expreſſione,
gloſſa *in cap. vt cura, de iure patr. lib. 6.* Hier. Gabriel. *conſ.* 144. *num.* 68.
Soc. *conſ. 3. n. 17. vol. 3.* Petroc. *in tract. de interpret. & reſolut. contract.*
*num.* 470. Surdus *conſ.* 330. *num.* 7. Mar. *de clauſulis, part. 1. clauſ.* 83.
aliàs 87. *num.* 3. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 296. num.* 39. & fuit reſolutum *in*
*Romana Curia Affriutus Caſalis 5. Nouembris* 1605. coram Cardinale
ſacrato, impreſſa per Farin. *deciſ.* 130. *num. 3. p.* 2. ac proinde omnia
oracula quomodocunque conceſſa, etiam per vim contractus ſingu- 13
lariter cenſentur ſub hac reuocatoria diſpoſitione comprehenſa, ex
Cc 3 Baldo

Baldò *conſ.*461.incipit, *Inter Ioannem, num.6.lib.*1.Dec.*conſ.* 512.*n.6.* Oldrad.*conſ.*300.*in cap.factum tale*, Curtius iunior, *conſ.*74.*num.* 6. Decian.*conſ.*64.*num.*36.*lib.*2.Cardinalis Tuſchus *eodem loco, num.* 1. ac ſi ſummus Pontifex diceret, *Reuocamus, & caſſamus, omnia ſimul viuæ vocis, oraculo priuilegia, gratias, licentias Regularibus, & eorum Superioribus, & perſonis, (ac quodlibet eorum de per ſe) quomodolibet conceſſum,* hoc eſt, ſub quocunque modo, per quamcunque formam, vt ſuprà notauimus, importando quamcunque neceſſariam expreſſionem, ita vt includat omnia oracula abſque vlla penitus limitatione, gloſſa *verbo omnia & ſingula in cap. vt circa, de elect. in 6.* Alter *de cenſuris, tom.*1.*diſp.*15.*lib.*5.*cap.*1.*litt.E.* Auguſtinus Barboſa *de clauſulis, clauſula* 96. *num.* 3.*folio* 100. Ex eo igitur quòd hæc clauſula habet vim ſpecialis, ac indiuiduæ expreſſionis, expreſſa intelliguntur priuilegia, quæ ad ſui reuocationem ſpecialē requirunt mentionem, vt colligitur ex DD.ſuprà citatis.

14 Præterea obſeruandum eſt, quòd non diſputamus, nec in dubium vocamus Papæ authoritatem: nam firmum, & conſtans eſt apud omnes vtriuſque facultatis DD.& ſacræ Theologiæ Magiſtros iuſta, & legitima cauſa exiſtente poſſe Papam omnia priuilegia tam viuæ vocis oraculo, quàm ſcripta per modum contractus oneroſi conceſſa reſtringere, limitare, derogare, ac demum caſſare, & annullare, vt etiam aduerſarij concedunt, imò ſine cauſa probabilius dicendum eſt, ſic Alex. *conſ.* 1.*col.* 7.*verſ. intelligas.* Felinus *in cap. ſi Clerici*, §.*de adulteris, tit.de iudiciis*, apud Antonium Gabr.*loco quo ſuprà, folio mihi* 280.*num.*12. Lucas de Pegña *in l.prædia, C.de location.prædi. ciuil.* Aretinus *in c.*1.*de probationibus, col.*2.Rama.*conſ.*352.*verſ. porrò ſi dicatur*, Fulg.*conſ.*143.& alij multi, quos relinquo: ſed dubitamus de
15 ſola Papæ voluntate, quia reuocare, vel nō reuocare priuilegia, non dependet à Papæ poteſtate, ſed à voluntate, vt pulchrè ſatis docuit Germon.*de indultis Cardinalium*, §.*alioquin, num.*32. Igitur conſtito de voluntate Summi Pontificis, voluiſſe nempè per hanc reuocatoriam caſſare priuilegia per modum cōtractus viuæ vocis oraculo conceſſa, non ſunt attendendæ clauſulæ requiſitæ ad eorum reuocationem, quia tunc nihil operantur, ita Felin. *in cap.nonnulli, de reſcriptis,*
16 *num* 6.*verſ ſed in terminis noſtris*, Germonius *vbi ſuprà*, cùm omnis dubitandi ratio ceſſet.

CAPVT



## CAPVT III.

### *Statuitur propria ſententia, aduerſariorúmque argumenta ſoluuntur.*

PRiuilegia viuæ vocis oraculo per modum cōtractus oneroſi, tam 1
commenſuratiuè, quàm lucratiuè Regularibus conceſſa, per hanc reuocatoriam conſtitutionem, à S.D.N. Vrbano VIII. caſſari & annullari (ſuppoſito tamen aliqua talia) firmiter tenendum eſt. Hæc aſſertio patet inprimis ex his, quæ in præcedenti cap. dilucidauimus, poteſtque ſic probari, ex contextu eiuſdem reuocatoriæ ſub num.8. *decernentes præſentes litteras etiam ex eo quòd quicunque in præmiſsis intereſſe habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu aliquopiam defectu notari, impugnari, inualidari, redargui, in ius vel controuerſiam, vocari ad viam, vel terminos iuris reduci, ſiue aduersùs* 2
*illas*, &c. hîc Papa tollit omne ius, cuiuſuis priuilegiarij, in re, & ad rem acquiſitum ratione præſtiti priuilegij; igitur reuocat quæcunque priuilegia per vim contractus oneroſi conceſſa Regularibus. Conſequentia patet: nam ius acquiſitum in re, ad rem, neceſſariò rationem vniuerſalis contractus includit.

Secundò ſi hîc non reuocantur priuilegia viuæ vocis oraculo per 3
modum contractus conceſſa Regularibus, ex eo quàm maximè eſſet, quia cauſa ſufficiens non aſſignatur, & expreſſa mentio, quæ neceſſariò ad eorum reuocationem expoſcitur, in hac reuocatoria non fit; ſed hæc non obſtant; igitur Maior eſt conceſſa ab aduerſariis, imò principale ipſorum fundamentum. Minor probatur, cauſa ſufficiens reſpectu reuocantis priuilegia quomodolibet conceſſa, cenſetur bonum commune, vel regimen, & gubernium bonū reipublicæ, Matienzo *lib.* 5.*recopilat.tit.*10.*l.*9.gloſſa 1.*num.*11.Sanchez *de matrim. lib.* 8.*diſput.*33.*num.*3.Suarez *lib.*6.*loco allegato*: at cauſa, quæ hîc à Papa aſſignatur, eſt huiuſmodi; igitur patet, quia in detrimentū magnum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ex eo quòd abſque bullatione talia priuilegia conceduntur; extenduntur ab his in quorum fauorem emanarunt; igitur eorum caſſatio, & annullatio bonum commune, & publicam totius Eccleſiæ vtilitatem reſpicit; quoad ſecundam verò partē pro- 4
batur:

batur : nam ideò requiritur expreſſio, & mentio , vt priuilegiũ viuæ vocis oraculo conceſſum per modum contractus reuocatum cẽſeatur, vt de Papæ voluntate reuocantis conſtet, aut vbi habetur clauſula, *pro expreſsis habentes* , vel alia æquiualens , clara,& expreſſa habetur voluntas Pontificis , argumento *in l.Baliſta,ff.ad S. C. Trebel.* ex quo alia non requiritur expreſſa mentio , Felinus *in cap.nonnulli , de reſcript.num.2.& 3.in principio*,vbi allegat *cap.eam te,de ætate , & qual. & cap.fin.de reſcript.in 6.& in l.1.C.ſi nuptiæ ex reſcripto.* At hæc reuocatoria non ſolùm habet prædictam clauſulã ampliſſimã,ſed aliam, *ex cauſa quæcunque de neceſſitate exprimenda* , quæ ſatis apertè intentionẽ Papæ oſtendit reuocandi priuilegia viuæ vocis oraculo per modum contractus conceſſa ; igitur non requiritur alia expreſſa mentio: hæc vltima Conſequentia patet ex ſuprà dictis *in cap. præcedenti.*

5 Confirmatur primò :nam verbum *caſſamus,reuocamus,tollimus*, cadens ſupra clauſulam , *Omnia , & ſingula*, omnia priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa nullo dempto ſic comprehendit , ac ſi vnumquodque ſingulariter expreſsando annullaret abſque vlla reſtrictione , & limitatione, vt ex Baldo, & aliis ſuprà probauimus ;igitur nulla alia eſt neceſsaria expreſſio , vt priuilegia huiuſmodi reuocata intelligantur per hanc reuocatoriam ; patet Conſequentia , quia vnumquodque ſingulariter , & indiuidualiter tentum annullatur.

6 Confirmatur ſecundò, vt reſcriptum valeat contra priuilegia inſerta in corpore iuris, non neceſsariò requiritur ſpecialis mentio priuilegij habentís vim legis virtute talis incorporationis , ſi aliàs ex coniecturis , ſiue ex narratis in reſcripto conſtet de intèntione Principis, ſic Abbas *in cap.nonnulli , de reſcriptis* , Paulus de Caſtro *conſ. 53. in princ.* Domi. *in cap. Quoniam 28. diſt.* Petrus de Anchar. *conſ.255.ſal. in l.hac conſultiſsima,§.1.in l.Sancimus,C.de teſtam.* idem colligendum videtur ex Bart. *in l.ſi quis in principio teſtamenti deleg.* 111. idẽ *in extrauag.ad reprimend.verſ.non obſt.* Paulo de Caſtro *conſ.53. verſ.paſſus iſte.* Imola *conſ.103.n.4.parte* ; igitur multò minus requiritur expreſſa mentio , vt per hanc reuocatoriam caſsata cenſeantur viuæ vocis oracula per modum contractus conceſsa , ex eo quòd manifeſta apparet Papæ voluntas reuocandi , vt patet *in cap. præcedente.*

7 Reſtat vt argumenta contrariæ ſententiæ ſoluamus. Ad primum dico non probare intentum; nam priuilegia quæ per modum contractus lucratiui , & commenſuratiui conceduntur, habent duplicem formalitatem contractus ſcilicet , & priuilegij ; vt ſunt contractus,





non ſunt reuocabilia , niſi ſecundùm propriam naturam : vt verò priuilegia , reuocabilia ſunt per ſe ; vnde nego antecedens abſolutè loquendo. Nam primo modo conſiderata poſſunt licitè,& iuſtè à Principe reuocari, quoties interuenit cauſa,bonum commune reſpiciens, vt omnis ſententia docet, ac proinde falſa eſt conſequentia, vel aliter ſecundùm aliam ſentẽtiam probabilem poſſe Principem reuocare priuilegia per vim contractus cõceſſa,ſine cauſa, docentem; neganda eſt
cõſequentia,& ſimul etiam antecedẽs,& eo fortiùs quando per viam 8
legis procedit, ita Antonius de Butrio *in cap.quæ in Eccleſiarum col.5. verſ.ſi quæratur an poſsit ſtatuere de conſtitutionibus* , & *ibi* Innocentius, & Ioannes Andreas *col. 1.in fine.* Baldus *in l.reſcripta col.4.verſ. 3.quærunt DD. C. de precibus Imper. off.* & alij ſuprà citati.

Dixi , *Non probare intentum*, quia ſi concedamus Papam non poſ- 9
ſe priuilegia per vim contractus viuæ vocis oraculò Regularibus conceſſa caſſare ſine legitima cauſa;non ſequitur conſequentia, quia cauſa aſſignatur à ſummo Pontifice , & de plenitudine poteſtatis , & per vim legis procedente , etiam ſecundùm propriam eſſentiam,ac naturam talia priuilegia ſunt reuocabilia,vt ſuprà docuimus.

Ex quibus infertur , poſſe Papam ſine cauſa Clericum ſuo benefi- 10
cio priuare, & Epiſcopum ſuo Epiſcopatu , ſic Domin. *in cap.ſi gratioſè , col. 3. in fine , verſ. nota iſtam gloſſam de reſcriptis in 6.* Iaſon *conſil.19. verſ. vnde Papa poteſt vol. 3.* Bald. *in cap. 1. §. ad hæc, verſ. & eſt argumentum, de pact.iur. firman.* quem ita intelligit Felinus *in cap. quæ in Eccleſiarum vol. 1. verſ. hanc dubitationem , de conſtitutionibus.* Archidiac. *in tract.ſuo de hæreſi. verſ. quia tanta eſt præeminentia.* Decius *in cap.fin. de confir. vtili, vel inutili,* Soc. *conſil. 156.col.2. & in conſ. 164. col. 7. lib. 2.* Cardinalis *in Clemen. 1. num. 10. Vt lite pend.* gloſſa *in cap. per principalem , diſt. 9.quæſt. 3.* Dom. *in cap.1.col. 4.10. diſtinct. verſ.ad primam dicit , & in conſ. 8.col. 3.* & alibi pluribus in locis. Feder. de Senis *conſ.200. col. 1.* Callet. *conſ.7.* Decius *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. & conſ. 157. col. 2. & conſ.141. col. fin.* Cardinalis *conſ.84.* ſentit etiam gloſſa *in cap. omnis, in gloſſa 2. 7. q. 1.* & gloſſa *in cap. conſtitutus, in verbo à quocunque, in fine , de relig. domib.* gloſſa *prag.ſanct.folio 45. col. 1.* ſequitur Syluester *in tract. de benefic. in vltima parte , in vltima quæſt. argumento 12.* Iaſon *in l.quoties in finem, verſ.not. tamen contra hoc , C. de rei vendicat. in dubio 5.* Corn. *9. col. fin. vol.4.* Iaſon *in l.Barbarius , verſ. confirmo per id quod dicit , & in l. fin. ff.de pact. verſ. tamen hæc vltima.* Baldus *in l.reſcri-*

*pta, col. 3. in principio. C. de prec. Imper. off.* Ripa *lib. 2. reſp. 19. num. 5. & 6.* Aymon. *de antiq. temp. p. 1. verbo non omitto, num.* 33. Gig. *de penſionibus quæſt. 10. num. 6. & 7.* Simonet. *de reſeruat. quæſt. 2. num. 6.* latè Antonius Gabriel *titulo de iure quæſito non tollendo, concl. 1. num. 9. & tomo ſecundo communium opin. lib. 3.* Paulus Borgaſius *lib. de irregularitate part. 6. titulo de inſtit. num.* 11. Ioannes Flaccus *lib. de beneficiis* §. 1. Hored. *de incompetibilit. benef. cap. 13. num.* 58. Mohed. *deciſ. 4. de reſtitut. ſpoliat.* Rota *deciſ.* 136. *num. 1. p. 1. deciſ.* Auguſtinus Barboſa *de clauſulis clauſ. 40. num.* 31. & alij plures, quos re-
11 fert, & ſequitur Garſias *de benef. part. 3. cap. 1. num. 2.* Et ratio eſt, quia dominium rerum eccleſiaſticarum, propriè loquendo, non eſt apud aliquem, ſed apud Chriſtum Dominum, ſecundùm Innocent. *in cap. cùm ſuper, de cauſa poſſ. & propriet.* cuius Vicarius eſt Papá cum omnimoda poteſtate; ac proinde erit etiam tale dominium apud Papam cùm ſit Chriſti: vel apud ipſam Eccleſiam Catholicam, quæ
12 eſt vnica, *cap. loquentem*, 24. *quæſt.* 1. cuius eſt ipſe Princeps. Quapropter quando Papa aliquem Clericum ſuo priuat beneficio, potius
13 dicitur auferre adminiſtrationem, quàm dominium. Videndus eſt Felinus *in cap. cùm in Eccleſiarum de conſtitutionibus col. 128. verſ. prima eſt num. 40. litt. B.*

14 Neque aliquid valet quod adducit Barboſa *loco citato*, ex Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo electio: different. 3.* Sixtum V. cuidam nobili Doctori Cæſarauguſtano dignitatem aliã contuliſſe in recompenſationem, & ſatisfactionem alterius oblatæ, precibus Oratoris Regis Catholici, quam priùs illi contulerat, quia hoc fecit ſummus Pontifex non iuris rigore, ſed ex æquitate, & honeſtate. Sic interpretandi ſunt Doctores contrariæ opinionis ſecundùm Aym. *loco citato.*

15 Minus valet, quod Sanchez *lib. 2. conſilio. moral. cap. 2. dub. 35. num. 3. & ſequentibus*, adducit, quia ſummus Pontifex eſt ſimul beneficiorum abſolutè Dominus, & diſpenſator: nam Dominus beneficiorum, cùm apud Chriſtum Dominum, vel penes Eccleſiam reſideat, verè & realiter penes Papam reſidere dicitur, & in quantum beneficia diſtribuit, quando & ſicut oportet, dicitur diſpenſator, & hoc modo ſunt ſacræ Scripturæ teſtimonia, quæ à Sanchez adducuntur exponenda. Ita quoque interpretari poſſunt Diuus Thomas, Corduba, Sotus, Gabriel, & alij Theologi docentes Papam eſſe beneficiorum diſpenſatorem cumulatiuè, nimirum reſpectu





diſtributionis à beneficij dominio ortæ.

Ad ſecundum. Falſum eſt antecedens, nam attendenda eſt om- 16
nino Principis intentio, quæ ſi ex narratis, vel per æquiualentia, ſiue ex coniecturis conſtiterit, in generali reuocatione priuilegium, velle annullare omnia priuilegia (nullo dempto quocunque modo, formáque, vel ex quacunque cauſa conceſſa, tunc tolluntur, non ſolùm ea, quæ in contractum tranſierunt, verùm etiam ea, quæ ſunt in corpore iuris clauſa, vt ex ſuprà notatis ex DD. docuimus; eo magis ſi Princeps procedat per viam legis aut ſtatuti. Conſequentia quoque eſt neganda, nec DD. quos allegat, contrarium docent, nam omnes conſtãter tenent iuſta exiſtẽte cauſa, omnia priuilegia cõſtito de Principis voluntate eſſe reuocabilia, etiã ea, quę in contractum tranſierunt.

Tertium argumentum tangit illam grauiſſimam difficultatem, in 17
ſequenti diſputatione examinandam, an ſcilicet ceſſet lex generalis cauſa finali in particulari ceſſante; ibi erit reſpondendum, ne verò hîc in ſolutum remaneat, aliqualiter reſpondemus, diſtinguendo maiorem, ſi Princeps procedit per modum reſcripti, concedo maiorem, & nego minorem; ſi verò Princeps per viam legis vniuerſalis diſponat, & de plenitudine poteſtatis, nego maiorem, & primam conſequentiam: nam hæc reuocatoria conſtitutio habet vim legis vniuerſalis, etiamſi nullam explicitam aſſignatam haberet cauſam, adhuc eſsent priuilegia viuæ vocis oraculo per modum cõtractus conceſſa, reuocata, quia vt habet Baldus *in l. reſcripta, C. de precibus Imper. offer.*
quælibet motiua ratio ſufficit ad tollendum ius quæſitum, & conſe- 18
quenter ad reuocandum omnia priuilegia vim contractus habentia. Minor verò eſt pluſquam falſa: ad probationem dico reuocatoriam iſtam conſtitutionem continere multas finales cauſas, ac ſubinde ſi vna ceſsaret, aliæ remanerent, quod ſufficit, vt eius effectus cenſeatur validus.

Poteſt etiam aliter ſecundò reſponderi admiſſa maiore, nego mi- 19
norem; ad probationem verò dico totum illum diſcurſum eſse falſum, quia non ceſsat huius Pontificia reuocatoria lex, ex eo quòd ceſsare videatur in vno, aut in altero actu, ſiue reſpectu alicuius particularis religionis (vt ſtatim dicemus) quia legis ceſſatio ex alia formali ratione pendet: licet ergo concedamus aliqua eſſe viuæ vocis oraculo priuilegia conceſſa Regularibus, quæ iuxta ſacros Canones ſunt executioni demandata; non ſequitur ex hoc, non eſſe caſsata, annullata, quia comprehenduntur à lege.

## QVÆSTIO QVINTA.

### *Vtrùm Papa, ſi priuilegia per modum contractus Regularibus conceſſa viuæ vocis oraculo per hanc conſtitutionem annullauerit, teneatur ipſis aliam facere recompenſationem.*

### CAPVT I.

*Prima Doctorum opinio refertur.*

1 TEneri Papam ex iuſta cauſa reuocantem priuilegia viuæ vocis oraculo Regularibus conceſsa, quæ in contractum transierunt, recompenſationem facere dato æquiualenti; ita Sanchez *libro* 8. *de matrimonio diſput.* 33. *num.* 9. Suarez *lib.* 8. *de legibus cap.* 37. *num.* 5. Bonacina *de legibus diſput.* 1. *quaſt.* 3. *punct.* 7. §. 3. *propoſit.* 1. *num.* 10. licet non de omni priuilegio per modum contractus cum Suario loquatur Bolognetus *conſ.* 3. *num.* 16. Matienzo *lib.* 5. *recopil. titulo* 10. *gloſſa prima l.* 6. *num.* 15. Gregorius Lopez *verbo Buon Cambio.* Paulus de Caſtro *lib.* 1. *conſ.* 129. & alij quamplures apud Bolognetum, ita ſentit Frater Philippus *dubio ſecundo concluſione* 3. & probare ni-
2 titur ex fundamento Sanchez deſumpto ex bulla Cruciatæ. Sic bulla Cruciata non ſuſpenditur anno Iubilei, quod conceditur in vigeſimo quolibet quinto anno, quia Pontifex in reuocatione mentionem non facit facultatum per modum contractus conceſſarum, nec eleemoſynam contributam reddi iubet; igitur neceſſaria videtur recompenſatio facienda, vt priuilegium per modum contractus conceſſum validè reuocetur.

Probatur præterea à Suario ſic, quia licet Papa poſſit ex cauſa iuſta publicum bonum concernente, vel propter vrgentem neceſſitatem publicam, reſcindere contractum priorem, non tamen poteſt iuſtè omnino ſubditum priuare ſua ſiue vlla recompenſatione, cùm hoc non ſit neceſſarium ad bonum commune, & ſubditus non teneatur gratis cedere iuri ſuo, quando poteſt ei recompenſatio fieri; igitur Papa annullando priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa per modum contractus oneroſi Regularibus, tenetur dare illis æquiualens

in



in recompenſationem; patet quia non eſt abſolutus dominus, ſic colligendum videtur ex Bart. *in l. fin.* §. 1. *ff. de pign. act.* & *ibi* Bald. Angelus *in conſ.* 139. *col. pen. in fine*, Bald. *in cap. cùm inferior, de maior. & obed.* Iaſon *in l. Barbarius, ff. de officio Prætoris, col.* 8. *& conſ.* 9. *vol.* 1. *& conſ.* 46. *col.* 4. *vol.* 3. Fulgoſ. *in l. ſi*, §. 1. *ff. de pign. act.* Alex *in conſ.* 190. *col.* 1. *vol.* 2. Aretin. *in l. ſi, col.* 2. *ff. de appell. recip.* Bald. *in l. ſerui, pro quibus cauſ. ſeruit.* Bart. *in l. Acatius*, §. 1 *verſ.* 2. *caſu, ff. de aqua plu. arcend.* Felinus *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitutionibus, col.* 11. Abbas *ibidem*, Arch. *in cap. principalem* 9. *quæſt.* 3. Alex *conſ.* 151. *num.* 3. *vol.* 6. ſentit Ioann. Andr. *in addit. ad ſpec. ſuper rubrica de execut. rei iud. in fin.* Soc. *conſ.* 120. *col.* 7. *vol.* 3. Pariſ. *conſ.* 1. *vol.* 1. *col.* 17. Bald. *in l. venditor*, §. *ſi conſtat, ff. communia prædiorum*, Dec. *conſ.* 357. *num.* 6. Andreas de Iſer. *in cap.* 1. §. *condemnatorum, verſ. & plauſtrorum, num.* 7. *titulo quæ ſint regalia*, Paulus de Caſtro *in l. digna vox, C. de legib.*

### CAPVT II.

*Aliqua notabilia ſcitu digna.*

PRo huius difficultatis reſolutione, aliarúmque multarum, quæ in 1
re hac occurrere poſſunt, aliqua notanda veniunt, &

Primò notandum eſt, Papam ſuam ampliſſimam poteſtatem, ac iuriſdictionem à Chriſto Domino immediatè habere, qui eſt naturalis omnium rerum ſupremus Dominus, vt Sacræ Scripturæ teſtimonia probant, præſertim illo Pſalm. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius*, & Zachariæ 9. *Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluator*, Iſà. 9. *Factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis Conſiliarius, Deus fortis, Princeps pacis*, Daniel 7. *Dedit ei poteſtatem, & honorem, & Regnum*, Matth. 28. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra*, Ioann. 18. *Tu dicis quia Rex ſum ego*, Apoſtolus ad Corinthios 1. cap. 15. *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius*, & ad Timotheum 6. *Beatus, & ſolùm potens Rex Regum, & Dominus dominantium*, Ioan. Apocalypſis 1. *Princeps Regum terræ*, & cap. 17. *Rex Regum, & Dominus dominantium*, ob id vt eius Vicarius beatiſſimíque Petri verus ſuc- 2
ceſſor multa poteſt in contractibus de iure naturali obligationem inducentibus, gloſſa *verbo exemptus in cap. à nobis, de decimis* vbi Abbas

 *num.* 4.

*num.*4.& DD.*in cap.propoſuit , de conceſſionibus præbendarum in* 6.Be-
ro *in cap.quæ in Eccleſiarum, num.*37.*&* 38. *de conſtitutionibus* . & *ibi*
Felinus *num.*19.Myl.*in repertorio , litt.D.num.*23. *& in verbo , poteſt*
*diſpenſare Papa* , Pincll.*in rubrica de reſcind.vendit.*1.*part.cap.*1.*n.* 6.
Sanchez *de matrimonio , lib.*8.*diſput.*6.*num.*5. Menoch. *illuſtr. cap.* 25.
*num.*15 & alij quamplurimi apud Sanchez ſaltem per modum decla-
rationis , vt docuit Suares *lib.*3.*de primatu Summi Pontificis , cap.* 29.
*num.*10.Syluest.*verbo Papa quæſt.*16.*in fine* , Sotus *de iuſt. & iur.lib.* 2.
*quæſt.*7.*art.vlt.*Marta *de iuriſdict.part.* 2.*cap.*37.*num.*2.S.Antonius de
Florentia *part.*2.*tit.*17.§.20. Albertin.*de agnoſcend.aſſertion. quæſt.* 21.
3 *num.*38.quæ ſeculares Principes non valent qui ſuam poteſtatem ha-
bent à republica, quæ ſingulorũ eſt naturalis Superior, in quos ſuam
ipſa authoritatem tranſtulit , vt docet Leſſius *lib.*2.*de iuſtitia,& iure,*
*cap.*17.*dubio* 3.*num.*2 ac proinde priuilegia quæcunque illa ſint , ſiue
ſcripta,ſiue viuæ vocis oraculo per vim cõtractus tam lucratiui,quàm
4 commenſuratiui conceſſa ſubdito à Papa , non ſolùm habent illam
tacitam conditionem , rebus in eodem ſtatu manentibus ; verum-
etiam includunt pactum quoddam imbibitum , quaſi ex natura rei in
ipſis contractibus , ſcilicet,vt priuilegium datum in detrimentum no-
tabile diſciplinæ Eccleſiaſticæ non cadat, vel in Clauiũ præiudicium;
5 nec ipſe priuilegiarius priuilegio malè vtatur , in quibus caſibus pri-
uilegium, & pecunia ſimul cẽſentur deperdita.Ratio eſſe poteſt,quia
ſicut duo homines priuati omni iure poſitiuo ſepoſito,poſſunt inter ſe
ſtatuere certas formulas , & conditiones, ſine quibus in poſterum
eorum contractus inualidi intelligantur , & obligationem naturalem
non valerẽt inducere;aliquando verò ſtatuunt aliquas formales, con-
ditionéſque , quòd contractus talem obligationem pariant,vt rem,&
pretium perdant , vt eſt contractus pignoris , ita Summus Pontifex
propter ſuam quaſi infinitam poteſtatem in ſuis contractibus , hoc
implicitum pactum voluit indicere, quod à cum ipſo contrahentibus
non ignoratur.

6 Ex hoc infert Bonacina , Papàm qui alicui Regi priuilegium con-
ceſſerat per concordiam , aut alia occaſione , poſſe huiuſmodi priuile-
gium licitè , & validè reuocare , iuſta exiſtente reuocandi cauſa,ſi ve-
rò non adeſt legitima cauſa reuocandi , validè quidem reuocat : ſed
non licitè , quòd validè reuocat , patet , quia ſemper gaudet Ponti-
ficia authoritate , quam immediatè à Chriſto obtinet , nec illam à ſe
abdicare poteſt , ita ipſe Bonac.*de legibus diſp.*1.*quæſt.*3.*puncto* 8.§. 3.
*num.*10.*in fine , verſ.ſequitur.* Hinc



Hinc verò inferent alij DD. approbati à Bonacina, eſſe maximam 7
differentiam inter Papam , & Principem ſecularem , cui priuilegium
per contractum , vel concordiam conceſſum fuit , quòd Princeps re-
trocedere non poteſt à concordatis , Summo Pontifice diſſentiente,
cùm teneatur ſtare contractui : at Papa validè , & licitè retrocedit, 8
dummodo tamen iuſta ,& honeſta ſubſit cauſa retrocedendi ; ex ſu-
prà tacta ratione , quia videlicet authoritatem à Chriſto obtinuit , ſé-
que illa priuare non potuit , ſic nonnulli DD.quos ſub tacito nomi-
ne citat , & ſequitur Bonacina *loco citato.*

Vnde ſequitur,Papam ſemper licitè , & validè poſſe reuocare pri- 9
uilegia per modũ contractus, vel ſcripto,vel viuæ vocis oraculo con-
ceſſa , quibuſuis Ordinibus ; à fortiori , quia ſemper præſumitur ha-
bere iuſtam , & honeſtam cauſam reuocandi ex pacto implicito in
priuilegiis imbibito , & eo fortiùs, ſi per viam legis reſcribendo pro-
cedit , ſeu ſtatuti generalis.

Notandum eſt ſecundò , quòd priuilegia,quæ à Papa,vel à Princi- 10
pe ſeculari titulo oneroſo conceduntur , vt per viam contractus lu-
cratiui , hoc eſt , pretio mediante , vel commenſuratiui,id eſt,in præ-
mium exhibiti obſequij cenſeantur conceſſa ; opus eſt perpetuam
habere commenſurationem cum ea re, pro qua priuilegia huiuſmodi
dantur , ita Baldus *in l.qui ſe patris,C.vnde liberi* , videlicet merita,
quorum intuitu conceditur alicui priuilegium,ita debent æquipolle-
re rei conceſſæ,vt hæc nullo modo præpõderet notabiliter,ſicut pre-
tium,quod datur pro re conceſſa,& æquipollere debet conceſſioni;
Natta *conſ.*188.*num.*2.*& conſ.*511.*n.*8.*& conſ.*680. *num.* 37. Rimin. iu-
nior *conſ.*289.*num.*20.*vol.*3.Peregr. *de iur.fiſci , lib.*1.*tit* 3.*num.*29. Ro
land.*conſ.*14.*n.*12.*vol.*3.Menoch.*conſ.*981.*num.*1. Hinc fit quòd quan-
do conceſſio præponderat , tunc priuilegium non tranſit in contra-
ctum oneroſum,ſed eſt mera gratia ,& purum priuilegium, quia actus
iudicatur ſecundùm illud de quo magis participat,argumento *l. quæ-* 11
*ritur , ff.de ſtatu hominum,l.fundi partem,ff.de contrahen. empt.* & pro-
bari poteſt à ſimili in materiis cõponẽdis, pro quibus ex eo quod ſol-
uitur magna compoſitio , tranſiuit in contractum oneroſum:nam ſi il-
lud , quod ſoluitur,non æquiualet ei,quod conceditur, remanent hu- 12
iuſmodi compoſitiones gratioſæ, & in contractum non tranſeunt , &
illas obtinens nõ dicitur eas habere ex cauſa oneroſa, Rota *deciſ.*457.
*num.*17.*part.*1.*diuerſarum*, Garſias *de benef.part.*6.*cap.* 2.*num.*194. igi-
tur ſi merita,vel pretium non æquiualent priuilegiis quæ concedun-
tur,

tur, remanent iſta gratiæ merè, & in contractus non tranſeunt.
13 Præterea ad hoc vt ius patronatus ſit ex cauſa onerosa, ſpectari
debet quòd expenſum fuerit, an ſcilicet æquiualeat conceſſioni, quia
vbi non æquiualet conceſſio, ipſa cenſetur potius gratioſa, quàm one-
roſa, Rota *deciſ. 58. num. 8. & deciſ. 88. num. 4. p. 1. recon.* & dictum fuit *in
Cæſarauguſt. de Mela* 31. *Ianuarij* coram domino Couino, vbi expreſ-
sè habetur quòd quando augmentum non eſt ad conceſſionem iuris
patronatus, non deſinit eſſe ex priuilegio, nec nomen priuilegij amit-
tit; igitur priuilegia conceſſa per vim contractus, non cenſentur ve-
rè contractus, ſi conceſſio excedit pretium, & merita non æquiualent
rei conceſſæ.

14 Notandum eſt quòd Bulla Cruciata per modum contractus lucra-
tiui, vt conſtat ex his verbis quæ habentur in ſummario Hiſp. *Por que
dais tanta limoſina os concedo*, ita Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 33. num.*
10. ſingularibus perſonis, & non com munitati conceditur, vt bene do-
cet Manuel *quæſt. Regular. tom. 1. quæſt. 61. art. 4. verſ. 3.* qui contra-
ctus conſumatur cum qualibet perſona indiuidualiter tenta eleemo-
ſynam largiente, pro bello faciendo contra infideles, videtur pre-
15 tium non æquiualere conceſſioni prædictæ, imò nec vllam commen-
ſurationem habere cum ea, quapropter priuilegium gratioſum cen-
ſetur, quàm onerosum, ita ſentit Nauarrus §. *in Leuit. notabili 33. n.
3. verſ. perſonis* Ludouicus Lopez *tom. 2. inſtructorij, in expoſitione bul-
16 læ Cruciatæ, cap.* 10. vbi de diſpenſatione irregularitatis *fol. 850. col. 2.
ver. 2.* Adde etiam, dum ſuſpendi in anno Iubilei affirmant, non eſſe
rigorosè contractum: nam ſi in rigoroſum contractum tranſiret, non
17 eſſet reuocabilis, niſi aliqua facta compenſatione ſecundùm eorum
opinionem: nec aliquid valet quod reſpondet Sanchez *allegato loco*
eleemoſyna nempè quæ quotannis pro Bullæ eleemoſyna contribui-
19 tur excedere octoginta aureorum millia, quia Bulla commenſuratiuè
non conceditur pro tota illa aureorum quantitate, ſed tantùm pro
illa minima eleemoſyna, quia contractus intelligitur conſummatus
cum illa perſona, cui eſſet reſtitutio facienda ex Bullæ Cruciatæ re-
20 uocatione; neque poteſt dici ex tot ſingularibus contractibus vnum
coaleſcere, qui commenſuratam proportionem habeat reſpectu totius
pecuniæ, quæ à tot tantiſque perſonis contribuitur cum conceſſione
bullæ, vt patet in contractu emptionis, & venditionis: nam res quæ
pluribus venditur perſonis pro certo, & determinato pretio non eſt
commenſurabilis toti ſummæ, quæ coaleſcit ex tot venditioni-
bus,



bus, ſed tantùm pretio, quod commenſuratiuè pro re accepta tri-
buitur.

Ex quo infero primò, Papam non teneri quicquam ob reuoca- 21
tionem bullæ Cruciatæ reſtituere, quia priuilegium gratioſum cenſe-
tur; nam non æquiualet pretium quod ſoluitur rei per tale priuile-
gium conceſſæ, tum etiam, quia Princeps ſecularis poteſt aliquem
priuare iure ſuo ſine cauſa ex contractu acquiſito, ſi modica tamen læ-
ſione lædat: igitur multo magis poteſt Papa reuocando bullam Cru-
ciatam ſine aliqua pretij reſtitutione, argumento *in l. quoties, C. de
precibus Imper. offeren.* ita Abbas *in cap. quæ in Eccleſiarum.* Im. An-
ton. apud Felinum *eodem cap. de conſtitutionibus num.* 47. & in praxi
videtur obſeruari. nam Papa in bullę Cœnæ Domini publicatione om-
nibus priuilegiis, etiam per modum contractus oneroſi conceſſis qui- 22
buſuis perſonis etiam Regibus & Imperatoribus derogat: in qua de-
rogatione bulla Cruciata comprehenditur, declarauere, ita Clemens
VIII. & Paulus V. teſte Nicolao Garſia & Azo. & tenet Reuerend.
Dominus Merlinus, ſacræ Domini Papæ Rotæ Romanæ Auditor, &
tamen non iubet tunc reddi eleemoſynam pro bulla Cruciata contri-
butam, non ex alio, inquam capite, niſi ex ſuprà tacta ratione.

Infero ſecundò, omnia priuilegia, quæ per modum contractus one- 23
roſi conceduntur; ſi merita, vel pretium ſolutum pro re conceſſa no-
tabiliter excedantur ab ea, eſſe reuocabilia à Principe, etiam nulla
exiſtente iuſta, & legitima cauſa, quia merè gratuita priuilegia ſunt:
dixi *notabiliter excedantur*, nam ſi exceſſus eſſet modicus, & honeſtus,
ſecus res ſe haberet, iuxta tradita in præcedentibus.

## CAPVT III.

*Determinatur quæſtio, & argumenta pro contraria opinione adducta diluuntur.*

DIco primò igitur, Papam, ad nullam recompenſationem ab pri- 1
uilegiorum reuocatione teneri, in meritorum remunerationem
Regularibus viuæ vocis oraculo conceſſorum, ſola gratitudinis lege
debitam, per hanc reuocatoriam factam. Hæc concluſio habetur à
Suario *lib. 8. de legibus, cap. 38. num. 6. & 9. in fine*, à Layman. *lib. 1.
tract. 4. cap. 23. num. 25.* Bonacina *de legibus diſput. 1. quæſt. 1. punct. 8.*

*propoſitione* 1. §. 3. *num.* 3. Decio *in cap. nouit, verſ. quartò fallit.* probatur, nam Papa concedens huiuſmodi priuilegia Regularibus, non eſt veriſimile ſe voluiſſe obligare ad non reuocandum etiam ex legitima cauſa ſine recompenſatione; igitur ad nullã tenetur ob illorum reuocationem per hanc conſtitutionem factam. Conſequentia tenet. Antecedens probatur, quia ſi talis cauſa in principio extitiſſet, nec priuilegium concederet, nec rem loco eius aliam donaſſet; nam non eſt hoc intrinſecum liberali & gratuitæ conceſſioni à Papa factæ: nam ſemper quicquid Papa concedit per modum priuilegij liberaliter & gratis concedere cenſetur. ſic Bonacina *loco quo ſuprà*, *numero* 10. *in fine.*

2 Dico ſecundò ob reuocationem priuilegiorum Regularibus, eorúmque perſonis, & ſuperioribus viuæ vocis oraculo per modum contractus lucratiui; ſiue commenſuratiui conceſſorum, per hanc noſtram Apoſtolicam conſtitutionem factam (ex ſuppoſitione prout loquimur) Papam ad nullam reſtitutionem teneri; nec ad aliquam faciendam compenſationem. Hanc concluſionem tenet Alex. *conſ.* 180. *col.* 3. *in fine, verſ. ad tertium argumentum vol.* 3. *& conſ.* 190. *col.* 4. *verſ. ad tertium argumentum reſpondeo.* Decius *in cap. quæ in Eccleſiarum num.* 21. Gozad. *conſ.* 5. *num.* 21. Bart. *in l. Antiochenſium, ff. de reb. auth. iud. poßid.*

3 & probatur: nam quandò priuilegia quocunque modo conceſſa tolluntur per viam diſpoſitionis, & legis vniuerſalis bonum commune reſpicientis nulla reſtitutio eſt facienda, neque recompenſatio ei, qui priuatur priuilegio, vel propria re, ex ſuprà citatis DD. at Papa per viam generalis legis bonum regimen totius Eccleſiæ vniuerſalis concernentis per hanc conſtitutionem reuocat priuilegia viuæ vocis oraculo per modum contractus oneroſi conceſſa; igitur Papa ad nullam recompenſationem faciendam tenetur ob talem reuocationem.

4 Probatur ſecundò, Princeps ſecularis ob grauem neceſſitatem boni communis poteſt priuatorum bona ſubtrahere; igitur iuſta cauſa exiſtente Papam ob reuocationem priuilegiorum per vim contractus oneroſi ad quicquam reſtituendum tenebitur. Antecedens concedunt communiter DD. vt Bonacina *de cenſuris in Bulla Cœnæ contentis*, *diſput.* 1. *quæſt.* 22. *puncto* 6. *ſecunda propoſitione num.* 4. Antonius Gabriel, & alij quamplures, quos ipſe citat, & ſequitur, *de iure quæſito non tollendo concluſ.* 1. *per totum.* Conſequentia etiam eſt euidens. nam ſi ob tantam priuilegiorum multitudinem relaxaretur eccleſia-





ſtica diſciplina, poſſet tunc Papa reuocare illa priuilegia, quæ in detrimentum illius cenſentur, etiamſi per vim contractus eſſent conceſſa abſque vlla recompenſatione. Patet, nam Papa validè reuocat priuilegia per modum contractus oneroſi quibuſuis perſonis quauis dignitate, Pontificali, Imperiali, Regali præfulgentibus, virtute bullæ Cœnæ Domini abſque vlla reſtitutione, ſeu cõpenſatione; ſignum euidens igitur eſt Papam ex eo quod pecuniam receptam in pretium non iubeat reſtitui, non teneri ad quicquam reſtituendum, vel recompenſandum ob illorum reuocationem. Antecedens probatur ex contextu eiuſdem bullæ Cœnæ, *Non obſtantibus priuilegiis, indulgentiis, indultis, & litteris Apoſtolicis*, &c. *ex quauis cauſa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & ſub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibuſuis clauſulis*, &c. *quæ omnia quoad hoc eorum omnium tenores*, ac *ſi de verbo ad verbum nihilo penitùs omiſſo inſererentur, præſentibus pro expreſsis habentes, penitùs tollimus, & omnino reuocamus*; ex quibus verbis apparet Papam omnia priuilegia per vim contractus conceſſa reuocare, & annullare, ſic Alterius *de cenſuris diſput.* 22. *cap.* 5. *in finem, verſiculo ex his*, Duardo *in bulla Cœnæ* §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 1. Suoſa *diſput.* 102. *num*... Bonacina *loco allegato*, abſque vlla pretij recepti reſtitutione, nec compenſatione.

Probatur tertiò, ſi Papa ob reuocationem priuilegiorum viuæ vocis oraculo Regularibus per modum contractus oneroſi cõceſſorum per hanc reuocatoriam conſtitutionem generalem factam ad aliquam reſtitutionem, vel compenſationem reddendam teneretur, quammaximè eſſet, quia contractus de iure naturali obligationem inducit: at hæc Papam non afficit; igitur ob priuilegiorum reuocationem, vim contractus oneroſi habentium non tenetur ad quicquam reſtituendum. Maior patet per *l. primam, ff. de pactis.* Conſequentia tenet; Minor verò probatur. Contractus ſecundùm conditiones à contrahentibus appoſitas obligationem inducit; iure etiam naturæ attento; at priuilegia à Papa Regularibus per modum contractus oneroſi viuæ vocis oraculo conceſſa, ex vi pacti in ipſis inbibiti habet tacitam conditionem, ex qua Papa eximitur ob eorum reuocationem ad aliquid reſtituendum, vel compenſandum quoties opus fuerit annullandi illa; igitur obligatio, quam inducit contractus, vt ſic non afficit Papam priuilegia per viam contractus oneroſi conceſſa reuocantem. 5

Quod ſic intelligo, contractus non eſt à Principe reuocandus ſine 6

aliquà facta vel reſtitutione, vel compenſatione, quamdiu ius natu-
rale dictat eſſe ſeruandum, ius enim naturale non ſemper obligat,
7 nam mutatis circunſtantiis deſinit obligare. Quamuis igitur Papa,
regulariter loquendo, nequeat priuilegia per viam contractus quo-
modolibet conceſſa Regularibus, vel aliis, reuocare abſque vlla re-
compenſatione, aut reſtitutione facta, nihilominus iuſta concurrente
8 cauſa, non ſolum poteſt, verum etiam tenetur, nulla reddita recom-
penſatione, quando in conſcientia bono cõmuni conſulere tenetur,
obligatur etiam ea, quæ boni communis conſequutionem impediunt,
auferre, vel in detrimentum magnum diſciplinę Eccleſiaſticæ ſunt,
tollere; igitur videtur Papa poſſe ex cauſa non ſolùm reuocare ea,
quę per modum contractus conceſſerat, verùm etiam quę reſtituen-
9 da erant auferre, cùm ius naturale dictat aliter faciendum, rebus, &
circunſtantiis mutatis, ita colligendum videtur ex Gloſſa *in cap. con-
ſtitutus, in verbo quæcunque, de religioſ. domib.* Iaſon *in l. Barbarius
verſ. 9. facit. ff. de off. Prætoris.* Cardinalis *in conſ. 83. col. 2. in principio:
verſ. at ſuperior alicuius.* Alex. *conſ. 101. col. 5. in finem verſ. etiam hoc
permittitur, vol. 1. & conſ. 217. col. 4. verſ. accedit quartò vol. 2.* Paulus
de Caſtro *conſ. 34. col. penult. vol. 2.* Bald. *in l. fin. ff. de ſent. in principio,*
Bart. *in l. quicunque C. de fide inſtrument. lib. 10.* Bart. *in l. ſi Dominus,
verſ. ſimilis diſtinet. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.* Alex. *in* Apo-
ſtill. *ad Bar. in l. qui ſemel. ff. de decret. ab ordin. fac.* eſt communi ſen-
tentia vt docet Bonacina *de cenſuris in bulla cœnæ contentis*, Antonius
Gabriel *de iure quæſito non tollendo, concluſ. 2. n. 1.*

10 Argumenta in contrarium non conuincunt. Ad Primum reſpon-
deo falſum eſſe, quod Bolognetus, Sanchez, Suarius, & alij aſſerunt,
Principem, & etiam Papam teneri ad reſtituendum, vel compenſan-
dum æquiualens pro reuocatione priuilegiorum per viam contra-
ctus oneroſi conceſſorum, facienda, tùm quia non quicquam reſti-
tuendum tenetur, cùm per viam legis procedit, tum quia ſpeciale
hoc eſt in contractibus inter Papam, & ſubditos celebratis ex con-
ditione, & pacto implicito in illis exiſtentibus.

11 Ad illud Bullæ Cruciatę dico nihil valere: nam ſuſpenditur per
publicationem Iubilei, vt ſuprà ex Nauarro docuimus contra non-
nullos; ac proinde nego Antecedens, ſimul & Conſequentiam. Et ra-
tio eſt, quia Cruciatæ priuilegium (ex dictis) eſt merè gratioſum, idcir-
co ad eius derogationem non eſt eleemoſyna reſtituenda, neque clau-
ſula etiam per viam contractus neceſſaria.





Aliam verò ſequendo viam, reſponderi poteſt: nam ex eo, quia re- 12
ſtitutio eleemoſynæ pro conceſſione Cruciatæ acceptæ non ſit, non
ſequitur priuilegium huiuſmodi nõ eſſe derogatum per publicatio-
nem Iubilei, quia, abſolutè loquendo, non tenetur Papa ob derogatio-
nem Bullæ Cruciatæ ad quicquam reſtituendum, & ratio eſt, quia
priuilegium quod conceditur pretio mediante; in totum, & ſecun-
dùm totum ceſſare debet, ad hoc vt Princeps ob eius derogationem
ad aliquid reſtituendum aſtrictus cenſeatur: nam ſi priuilegium per
modum contractus oneroſi non reuocatur totaliter, ſed tantùm limi-
tatur ſecundùm aliquam partem, priuilegiarius non eſt priuatus re
ſua, & eo magis, quando limitatio eſt pro aliquo determinato tempo-
re: licèt ergo Papa per Bullæ Iubilei publicationem, Cruciatæ Bullæ
deroget ſecundùm aliquam partem, non ob id caſſatur priuilegiũ cùm
remaneat integrum in reliquis; ſecundùm nempè facultatem reſerua-
torum Papæ abſolutionem obtinendam, vſum ouorum, ieiunij, &c.
idcirco ex indulgentiarum ſuſpenſione pro illo Iubilei anno non te-
netur aliquid reſtituere, neque apponere illam clauſulam, quam ne-
ceſſariam putant aduerſarij.

Ad ſecundum verò argumentum nego Antecedens: nam Papa 13
facta recompenſatione licitè, & validè ſine cauſa poteſt retrocedere à
ſuo contractu. Iuſta cauſa verò exiſtente, ob publicam Eccleſiæ vni-
uerſalis vtilitatem poteſt retrocedere abſque compenſatione, & id
parti placere debet; conformiter ad textum *in l. Lucius, ff. de euict, &
in l. item verberatum, §. 1. ff. de rei vendic. & in l. quod ſemel, ff. de decret.
ab ord. fact.* nam titulo filiationis, vnuſquiſque Chriſtianus gratis te-
netur cedere iuri ſuo. Conſequentia eſt falſa; DD. autem allegati in-
terpretandi veniunt, ſcilicet quod loquuntur de ſecularibus Princi-
pibus tantam authoritatem in contractibus non habentibus ſicut Pa-
pa, vel de Principibus per viam reſcripti procedentibus.

# DISPVTATIO QVINTA.

## *De priuilegiis viuæ vocis oraculo conceſſis, quæ canonicè, ac ritè abſque vlla interpretatione executioni demandata ſunt.*

## QVÆSTIO PRIMA.

*An intelligantur annullata, & caſſata virtute huius conſtitutionis ea viuæ vocis oraculo priuilegia Regularibus conceſſa quæ prout conceſſa fuère abſque vlla extentione ſuum ſortita ſunt effectum.*

### CAPVT I.

*Quæſtionis titulo dilucidato, prima Doctorum ſententia cum ſuis fundamentis refertur.*

1 HANC difficillimam difficultatem tertium ex argumentis aduerſariorum in primo cap. quæſtionis quartæ præcedentis diſputationis, propoſitis expoſcit, an videlicet viuæ vocis oraculo priuilegia cōceſſa ſub hac reuocatoria conſtitutione, quæ nullam admiſerunt interpretationem, ſiue extenſionem, ſed prout à ſummis Pontificibus emanarunt, executioni demandata inueniuntur, comprehēdatur, quæ quæſtio cum illa coincidit, quam ſub alio titulo proponunt DD. in materia de legibus; an ſcilicet quando ceſſat finis adæquatus legis in aliquo particulari caſu, ipſa lex ceſſet? ſiue an obligatio vniuerſalis legis ceſſet in aliquo ſpeciali caſu, ſi ratio legis negatiuè ceſſet? Certum eſt enim cauſam motiuam, & finalem reuocatoriæ huius conſtitutionis, eſſe malam priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum contra ſacros canones extenſionem, ac interpretationem, in detrimētúmque diſciplinæ Eccleſiaſticæ executionem, prout indicant eiuſdē conſtitutionis, verba illa ſub numero 6. *ſæpe ab his, in quorum fauorē emanarunt*, minus canonicè interpretatione extendi, & perperam in diſciplinæ Eccleſiaſticæ detrimētum executioni demandari, ſenſus igitur quęſtionis eſt, an ceſſante adęquatè motiua, & finalis cauſa huius reuocatoriæ conſtitutionis cauſa, in aliquo ſpeciali caſu, ſeu comparatione alicuius religionis, vel perſonæ, eiúſque Superioris, & temporis, reſpectu aliquorum priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum, cenſeātur ea per hanc reuocatoriam legem caſſata, & annullata? Non reuocari, nec annullari, ex doctrina S. Thomæ 2.2.*quæſt.*147. *art.* 1. & 2. Caëtan. *tom.* 1. *opuſculor, tract.* 1. *quæſt.* 2. Nauarr. *in ſumma, cap.* 16. *n.* 37. *& tom.* 4. *comment. in rubric. de iudiciis, num.* 74. Mexia *in pragm. taxæ panis, concl.* 2. *à num.* 29 *vſque* 36. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 7. *num.* 2. *in gloſſa litt.* O. *& lib.* 10. *cap.* 15. *num.* 8. Granado *in* 1.2. *controu.* 17. *tract.* 3. *part.* 1. *diſput.* 15. *ſect.* 2. Megala *in* 2.2. *lib.* 2. *cap.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 55. Comitolus *in reſponſ. moralium, lib.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 10. noſter Soſa expoſitione Bullæ Clementis VIII. *de largit. munerum, fundamento* 3. Sa *verbo lex, num.* 1. *& verbo ludus, num.* 1. Antoninus Diana *tract. de leg. reſolut.* 28. ex antiquioribus Abbas *in cap. quia in inſulis, de regular.* Angel. *verb. lex, num.* 4. *caſu* 7. idem tenere videtur Sylueſt. *verb. lex, q.* 8. *& quæſt.* 9. *verb. octauo*, Adrian. *quolibet.* 6. *poſt ſecundam concluſionem*, Archidiac. *in cap. vtinam.*

Fundari ſolet hæc ſententia *ex cap. cùm ceſſante, de appellationibus* 2
vbi habetur quòd cauſa ceſſante ceſſat effectus, quæ ita poteſt applicari: nam ratio legis adæquata (& qualis dicto capite explicata eſt) eſt in ſuo genere cauſa adæquata obligationis legis; ergo ſicut illa ceſſante, in quocunque ſpeciali caſu ceſſat obligatio legis, ita ceſſante huius reuocatoriæ legis adæquata cauſſa reſpectu alicuius religionis ceſſabit oraculorum reuocatio. Conſequentia eſt nota, nam ſicut ſe habet ad ſuum effectum lex poſitiua, ita reuocatiua. Antecedens probatur tum quia ratio legis, eſt anima legis; ergo non minus eſt adæquata cauſſa obligationis, quàm ipſa lex, quia ſicut corpus ſine anima mouere aliud non poteſt, ita nec lex ſine ratione poteſt ſubditum obligare. tum maxime, quia iuſtitia legis pendet ex ratione, & ita deficiente ratione deficit iuſtitia, & conſequenter ius obligandi, tum denique quia lex ordinari debet ad bonum commune; ergo non deſcendit ad particulares caſus, niſi mediante influxu communis boni ſed vbi ceſſat ratio legis non influit commune bonum, quia ibi non participatur, nec lex obligat ibi, quæ deficiente influxu cauſſæ primæ,

mæ, ſeu vniuerſalis, ſecunda, ſeu particularis, non operatur.

3 Granadus vero aliter argumentatur pro hac ſententia, & redit in idem, cùm ratio adæquata legis ceſſat in generali, ſeu comparatiuè reſpectu omnium perſonarum, & temporum, ceſſat in generali obligatio legis; ergo cùm obligatio legis ceſſat in aliquo caſu ſpeciali, ceſſabit obligatio legis in particulari, ac proinde ceſſante adæquatè cauſa reuocatoriæ huius conſtitutionis, ceſſabit eius effectus reſpectu aliquorum priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum in caſu quo non extenduntur, neque malè interpretantur ab illis perſonis, in quorum fauorem emanarunt. Hæc conſequentia vltima eſt euidens, prima probata, quam ſic conatur oſtendere Granadus, quia ita ſe habet lex in vniuerſali, ſicut lex in particulari ad rationem acceptam in caſu ſpeciali, ſed quando ratio legis ceſſat comparatione omnium, ceſſat obligatio legis reſpectu omnium, ergo quando ceſſat comparatione vnius, ceſſabit obligatio legis comparatione illius.

4 Confirmatur, quia lex non ſolum obligat omnes in generali, ſed ſingulos in ſpeciali, ergo ſicut deficiente ratione apud omnes, manent omnes deobligati; ita deficiente apud vnum, manebit ille vnus deobligatus.

---

## CAPVT II.

*Allata ſententia impugnatur.*

1 VErùm hæc ſententia ſicut debili innititur fundamento, ita communiter impugnatur ab omnibus DD. præcipuè Theologis; ſed antequam ad illam impugnandam aggrediamur, notari oportet diſtinctionem traditam à Doctoribus de duplici ceſſatione rationis, vel finis legis, ſcilicet contraria, & negatiua, quam hîc aduertendum valde neceſſariam eſſe doceo, vt falſitas contrariæ ſententię aperiatur: tunc ergo dicitur mutari contrariè obiectum legis, quando propter mutationem materię, vel rerum, ſeu circunſtantiarum fit, vt ſit iniuſtum, vel quocunque modo turpe ſeruare legem, vel ſi fiat impoſſibile, aut ſaltem ita difficile, aut arduum, vt moraliter iudicatur impoſſibile reſpectu totius communitatis, vel denique ſi fiat prorſus inutile, & vanum reſpectu boni communis. Mutatio aut negatiua erit, ſi in tota materia legis iam non inueniatur ratio, ob quam lex poſita fuit,

ta fuit,



ta fuit, licet ea ſublata adhuc materia per ſe mala non ſit, nec impoſſibilis, nec inutilis, nec iniuſta.

2 Hac ſuppoſita diſtinctione, prædicta ſententia ſi ſano modo explicetur, non erit improbabilis. Dicendúm igitur eſt, vt obligatio generalis legis in aliquo ſpeciali caſu ceſſet, non ſatis eſt, quòd ratio legis, negatiuè deficiat, ſed neceſſarium eſſe, vt deficiat contrariè aliquo modo: ſub hac formalitate conſiderata opinio aduerſariorum defendi poteſt, ita tradit Caëtanus 2. 2. *quæſt.* 120. & ſequitur Soto *quæſt.* 7. *art.* 3. *verſ. ſed argues, lib.* 1. *de iuſt. & iure, & quæſt.* 6. *art.* 8. *& lib.* 3. *quæſt.* 4. *art.* 5. *in fine.* Ledeſm. 2. *part. quæſt.* 17. *art.* 2. *dub.* 3. *in fine, & quæſt.* 18. *art.* 2. *dub.* 12. *&* 14. Couar. *in* 4. 2. §. 9. *n* 8. Medin. *de contract. quæſt.* 14. At verò ſi ad ceſsandam legem vniuerſalem in aliquo ſpeciali caſu ſufficere affirmant rationem adæquate ceſsare negatiuè, vt lex & eius obligatio ceſset, eſt improbabilis omnino, ita Layman. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 21. *num.* 3. Vaſquez *in prima ſecundæ tomo* 2. *diſput.* 163. *cap.* 3. *num.* 19. *& opuſc. de teſtament. cap.* 1. *dubio* 1. *num.* 4. Suarez *de legibus lib.* 6. *cap.* 7. Salas *de legibus tract.* 14. *diſput.* 10. *lect.* 4. *num.* 19. *& diſput.* 5. *ſect.* 7. *num.* 14. Molina *tomo* 1. *diſput.* 81. *ad tertium argum. ſecundæ ſententiæ in finem,* Reginaldus *tomo* 1. *lib.* 13. *cap.* 18. *quæſt.* 3. *num.* 180. Sanchez *in ſumma tomo* 1. *lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 37. *& de matrim. tomo* 1. *lib.* 3. *diſput.* 3. *num.* 7. Miranda *in manuali Prælator. tomo* 2. *quæſt.* 25. *art.* 23. *concl.* 2. Villalebas *in ſumma tomo* 1. *tract.* 2. *dubio* 36. *num.* 6. Rebellius *parte* 2. *lib.* 11. *quæſt.* 13. *num.* 3. Conneinch. *de Sacram. diſput.* 7. *dubio* 9. *num.* 86. *& diſput.* 14. *num.* 14. Lorca *in* 2. *tomo* 2. *diſput.* 26. *de legibus* Aragonus *in* 2. *quæſt.* 62. *art.* 4. *de dominio.* Medina *in* 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 6. Agnianus *de legibus lib.* 1. *controuerſ.* 3. Solonius *in* 2. 2. *tomo* 1. *quæſt.* 3. *art.* 4. *concluſ.* 5. *ad primum argumentum de dominio.* Felicianus *de cenſibus tomo* 2. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 6. Sarmento *in ſelectis lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 8. Malderus *in* 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 5. *&* 6. Sairus *in claui regia lib.* 13. *cap.* 1. *n.* 6. *& cap.* 7. *n.* 11. *in fine*, Couar. *in ſecunda parte decret. cap.* 6. §. 6. *n.* 9. Bonacina *de legibus diſp.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 8. §. *incidens n.* 13. *& de reſtitut. diſput.* 3. *quæſt.* 1. *puncto* 3. *num.* 2. Pontius *tract. de imp. mart. cauſa* 31. *quæſt.* 2. §. 5. Pitigianus noſter *in quarto ſentent. tomo* 2. *diſput.* 15. *quæſt.* 2. *art.* 3. Portel. *in additio. ad dubia. regul. verbo lex num.* 4. Moneta *de commut. vltim. volunt. cap.* 4. *quæſt.* 5. *concluſ.* 2. *n.* 150. *& alij.*

3 Et probatur, nam ratio, quare non omnia viuę vocis oracula per hanc reuocatoriam reuocata non cenſentur ſecundum aduerſarios,

 eſt,

eſt, quia ratio finalis eius ſpecialiter reſpectu alicuius religionis, vel aliquarum perſonarum ceſſat adæquatè; ad hæc non iuuat pro eis, igitur, &c. Minor probatur, quia non ſufficit iuxta allegatos DD. finis adæquatæ legis vniuerſalis ceſſatio, vt obligatio ceſſet in aliquo ſpeciali caſu; igitur neque ſufficit aliqualis ceſſatio adæquatæ cauſæ finalis, & motiuæ huius reuocatoriæ reſpectu aliquorum oraculorum ad hoc vt cenſeantur reuocata. Antecedens probat Pater Suarez in hunc modum, contraria ratione, quia ſi ſolùm negatiuè ratio legis ceſſet, non erit malum ſeruare legem, nec etiam erit iniuſtum, vel inhumanum ad eam ſeruandam obligare; ergo non eſt cur ceſſet eius obligatio. Conſequentia eſt certa ex doctrina Philoſophi 5. *Ethicorum cap.* 10. dicente tunc epiichiam habere locum, quando lex peccat, id eſt, peccaret, & iniuſta eſſet ſi in tali caſu obligaret, & ob id, etiam dicit Epiichiam eſſe directionem legis, vtique ne à recto deficiat, vnde ſic argumentatur, ſicut ſe habet Epiichia, ita etiam ceſsatio obligationis; ſed Epiichia ſolùm habet locum, vbi obligatio ipſa eſſet contra rationem iuſtitiæ, vel debitam legis lationem, ſi ad talem caſum extenderetur, ac obligando in caſu vbi tantùm negatiuè deficit legis ratio, non peccaret lex, quia nec malum aliquod, nec quidpiam inhumanum præciperet; ergo. Minor autem, & primum antecedens patet, quia poteſt actus eſſe de ſe bonus, etiam ſi ratio legis in eo ceſſet, vt ieiunium erit bonum, & ſi non ſit neceſſarium alicui ad macerandam carnem vel pro peccatis ſatisfaciendum; & carentia actus poterit eſſe bona, & ſi finis legis prohibentis illum ceſſet, vt abſtinere à clandeſtina diſpenſatione, & idem eſt in ſimilibus.

4 Præterea ex hac poſitione aduerſariorum multa abſurda ſequuntur, cùm tanta licentia datur non ſeruandi leges in caſibus particu-
laribus, ſolùm quia ex eis negatiuè ceſſat ratio legis: ſic enim in præ-
5 ceptis Eccleſiæ poſſent viri perfecti excuſari à ieiunio, quia non ſen-
tiunt illius neceſſitatem ad fines ab Eccleſia inuentos, imò fornicatio
6 poſſet cenſeri, non prohibita, in caſu, in quo euidenter ceſſet ratio
talis prohibitionis, vt ſi nullum eſſet periculum malæ educationis
7 prolis præter quam vitandam concubitus vagus prohibitus eſt, & in
materia obedientiæ poſſunt facilè ſimilia exempla multiplicari. Vnde
colligitur optima ratio quaſi à priori, quia licet ratio legis in particu-
8 lari ceſset negatiuè, ſemper mouet aliqua vniuerſalior ratio, ob quam
expedit etiam tunc ſeruare legem, tum quia eſset validè contrarium
bono communi; ſi ob illam ſolam cauſam poſsent leges non ſeruari;
tum



tum quia per ſe eſt honeſta ratio ſeruandi legem, vniformitas partium cum toto, vbi ſine incommodo ſeruari poteſt.

Atque hinc retorquetur ratio contrariæ ſententiæ, quia licet ratio 9
legis ceſset in hac perſona quoad particularem neceſſitatem, vel vtilitatem extinctam per legem, non tamen ceſsat quoad vim obligandi illam per legem, quia licèt illa ratio tantùm, vt plurimum locum habeat, eſt ſufficiens vt lex iuſtè feratur pro omnibus, qui illam ſeruare poſsunt, etiamſi in eis illa ratio ceſset. Quod ſic declarari poteſt, nam licet legiſlator aduertat, & iudicet rationem aliquibus defuturam, vel diſtinctis, vel tantùm confuſè cogitatis, nihilominus poteſt iuſtè velle, vt indiſtinctè obliget omnes, dum contrarium impedimentum æquitati repugnans non obſtiterit; igitur ita interpretanda voluntas eſt legis latoris, ergo ex vi illius obligabit.

Antecedens probatur, quia voluntas in illa vniuerſalitate ſua niti- 10
tur in alia ratione generaliori, quia ita expedit communi bono, & priuato non nocet, quia ſemper eſt illi vtile obedire, & iuſtitiam quam in tali obſeruatione legis intueri poteſt. Prima verò conſequentia eſt etiam euidens, tum quia verba generalia legis hanc voluntatem inducent, & nulla videtur ſufficiens exceptionis ratio; tum quia illa voluntas eſt rationabilior, & prudentior; ergo illa præſumenda eſt. Denique ſecunda conſequentia conſtat, quia voluntas legiſlatoris iuſta, eſt legis anima, & quia lex obligat ad materiam præceptam, non ad finem præcepti. Aliis etiam rationibus adducendis in cap. ſequenti poteſt allata opinio faciliter impugnari.

## CAPVT III.

*Vera opinio ſtatuitur; fundamentáque contrariæ ſententiæ diluuntur.*

PRo dicendorum faciliori notitia aliqua obſeruanda veniunt, & 1
primò legem non ceſsare, etiam in aliquo ſpeciali caſu niſi motiua, & finalis cauſa adæquatè ceſset in totum, & reſpectu totius; & ratio eſt, quia lex ſimpliciter, & primariò non reſpicit ſingulares perſonas, neque ſingulares caſus, ſeu aliquam communitatis partem, ſed ipſam totam cōmunitatem, & eius bonum; igitur vt lex ceſset, etiam reſpectu alicuius particularis perſonæ debet, in totum, & reſpectu il-

lius totius communitatis ceſſare, quia legiſlator bonum commune, etiam reſpectu illius particularis perſonæ intendit (vt ſtatim explicabo) *l. ea quæ rarò, ff. de regulis iuris*, ita noſter Alphonſus Caſtro *lib.* 1. *de poteſtate legis pœnalis cap.* 5. Syluester *verbo lex, quæſito* 9. *cap.* 18. *num.* 7. Couarruuias *cap. cùm eſſes, de teſtamentis, num.* 9. Rodriquez *in ſumma tomo* 1. *cap.* 196. Vaſquez *de redditibus cap.* 2. §. 2. *dubio* 14. *num.* 51. Menochius *lib.* 1. *de præſumptionibus quæſt.* 80. *num.* 14. Suarius *lib.* 6. *de legibus, cap.* 7. *num.* 6. Sayrus *in ſua claui Reg. lib* 3. *cap.* 1. *num.* 6. *& cap.* 7. *num.* 10. *& cap.* 10. *num.* 4. Valentia, & alij apud Bonacin. *de legibus diſput.* 1. *quæſt.* 1. *puncto vlt.* §. 2. *propoſitione* 1. *n.* 2.

2 Obſeruandum eſt ſecundò, quòd lex non ceſſat, nec eius obligatio in aliquo ſpeciali caſu, ſeu comparatiuè, reſpectu aliquarum perſonarum, & temporum, etiamſi in eis ratio finalis adæquatè ceſſet: nam iuſta & honeſta cauſa publicam vtilitatem, & commune bonum concernens, ſicut ſufficiens cenſetur, ad hoc vt validè valeat legiſlator legem ferre, ita poteſt ad eandem omnes, & ſingulas perſonas obſeruandam obligare, quia hæc obligatio in eo caſu ad bonum commune pertinet: nam licet tunc ſubditus non participet illam vtilitatem per legem intentam, participat tamen generalem vtilitatem, quæ eſt in lege obſeruanda, & in vniformitate cum ſuo corpore, & ex hoc capite iuſta, & honeſta eſt lex obligans ad talem obſeruantiam ratione eius tunc ceſſante ſpecialiter in aliqua perſona; fundatúrque in altiori & generaliori ratione, qua nititur voluntas legiſlatoris, vt exemplo patet in Eccleſiæ præceptis. Cauſa enim finalis, & adæquata inducendi ieiunium eſt edomatio, carniſque maceratio, & tamen illius obligatio non ceſſat reſpectu alicuius perſonæ, perfectè edomantis, carniſque ſuæ concupiſcentiam macerantis: & nihilominus cauſa finalis, & adæquata ieiunij ceſſare videtur in ea, non ex alio, inquam, capite, niſi quia voluntas ſanctæ matris Eccleſiæ in illa ſua generalitate ob commune animarum bonum, altiori, & generaliori ratione innixa voluit omnes obligare ad ieiunium ſeruandum, propter vtilitatem ſpecialem participatam ab vnoquoque in illa vniuerſali, quæ eſt obedientiæ meritum, & macerationis carnis, licet perfectè cognouerit eſſe in multis perfectis iuris rationem generalem, & adæquatam talis præcepti defuturam.

3 Addo, in nullo particulari caſu etiam ſpecialiſſimo, legis vniuerſalis rationem ceſſare, reſpectu alicuius perſonæ. & ratio eſt, tum quia, cauſa legis iuſtè, & honeſtè in illa ſua generalitate perſeuerante, in vllo particulari vſu cenſetur deficere, etiam ſpecialiſſimo; quia vniuerſalis legis ratio ad ſui conſeruationem, quaſi à principio intrinſeco, (vt ita dicam) petit in ſingulis perſonis conſeruari, ſicut proportionabiliter natura ſpecifica in ſuis indiuiduis: tum quia obligatio per legem vniuerſalem intenta in nullo caſu particulari ceſſat, ex ſupradictis; igitur nec ipſa, & eius ratio, quia eſt eſſentia, & anima ipſius: tum denique, quia legiſlator in ferendis legibus perfectè cognoſcit aliquando reſpectu temporis, loci in aliquibus perſonis legis defuturam rationem imò actu in aliqua deficere, & nihilominus omnes abſque vlla exceptione per generalia verba legis obligat, ex eo quod nulla cenſetur ſufficiens cauſa excipiendi aliquem ab illius obſeruantia; igitur ſignum euidens eſt, in illa generali ratione, qua ad condendam legem mouetur prudenter iudicare, non deficere legis vniuerſalis cauſa in aliquo, etiam ſpecialiſſimo caſu, dum pro bono communi, & priuato non nocet, in ſua generalitate perſeuerat.



Ex quibus ſequitur, quod licet ratio finalis, & adæquata huius reuocatoriæ conſtitutionis, in aliqua religione, vel aliquibus perſonis 4
regularibus ceſſet, tamen non ceſſat in eis reuocatoria lex, nec eius effectus, vt non cenſeantur reuocata, & annullata ea etiam oracula, quæ executioni mandentur abſque vlla interpretatione, & extenſione, quia Papæ voluntas ex ſua generalitate intendit omnia, & ſingula priuilegia viuę vocis oraculo conceſſa caſſare quibuſuis perſonis, & ordinibus; etiam ſi in eis formalis, & adæquata legis ratio ceſſet in aliquo ſpeciali caſu, reſpectu aliquorum oraculorum, quia ſicut legis poſitiuæ in aliquo ſpeciali caſu reſpectu alicuius perſonæ non ceſſat obligatio legis, etiam ſi cauſa legis in ea iudicetur ceſſare, ita effectus legis huius reuocatorię nō ceſſat in ordine ad oracula quę ab aliquib. perſonis, ſeu ordinibus rectè, & canonicè executioni demãdata ſunt.

Secundò ſequitur, effectum huius reuocatoriæ ſimpliciter non 5
ceſſare ſi cauſa ceſſet tantùmodo reſpectu alicuius perſonæ, ſiue Religionis, quia lex non reſpicit ſimpliciter ſingulares perſonas, ſed communitatem; igitur quandiu perſeuerat, & conſeruatur ratio legis reuocatoriæ in ſua generalitate, eius effectus non ceſſat, ſed realiter conſeruatur reſpectu cuiuſuis perſonæ, & religionis.

Obſeruandum eſt tertiò, quod ſi ob plures cauſas motiuas, ſeu fina- 6
les lex cõdita ſit, & vna cauſa ceſſet manẽtibus cęteris, non ceſſat lex, nec eius obligatio nõ ſolùm reſpectu alicuius ſpecialiſſimi caſus, ſed etiã reſpectu totius cõmunitatis, vt ſi vectigalia impoſita ſũt ob plures

cauſas, vna iſtarum adæquatè ceſſante, aliis permanentibus, non ceſſat obligatio ſoluendi vectigalia, ita philoſophandum eſt in hac conſtitutione pontificia, quæ ob multas motiuas, & finales cauſas condita eſt (vt ſuprà declarando illa verba eiuſdem reuocatoriæ, *His & aliis malis occurrere volentes,* &c. notauimus) quarum vna ſi adæquatè ceſſauerit, aliis remanentibus, nullo modo ceſſabit reuocatoria iſta lex.

8 His notatis dico primò quæcunque priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa Ordinibus mendicantibus, ſiue eorum ſuperioribus, & perſonis eſſe virtute huius reuocatoriæ conſtitutionis annullata reuocatáque eius ratione motiua, & finali in quocunque particulari caſu, etiam ſpecialiſſimo, ſeu comparatione alicuius perſonę, & temporis adæquatè ceſſante. Hæc concluſio eiſdem rationibus, quibus primam opinionem reiecimus, probatur, & patet ex his quę in ſecundo notando obſeruauimus, quam ſic ſpecialiter oſtendo in nullo peculiari iam reſpectu cuiuſuis perſonæ, omnes cauſę motiuę, & finales huius reuocatoriæ negatiuè ceſſare cenſentur; igitur ſemper caſſata, & annullata intelliguntur priuilegia viuę vocis oraculo conceſſa, quocunque caſu, etiam ſpecialiſſimo attento, conſequentia tenet. Antecedens probatur. Nam multę ſunt huius conſtitutionis motiuę, & finales cauſæ, quarum aliquę ſunt implicitæ, ſi igitur cauſa motiua, adæquatè explicita totalis ceſſet in aliquo ſpeciali caſu, perſeuerant adhuc aliæ multæ implicitè reſpectu illius; igitur non omnes cauſæ finales adæquatè, reſpectu particularis perſonæ in quocunque caſu ceſſabunt. Nam valdè difficile eſt iudicare, quando, & in quo caſu, poſſunt cauſſæ iſtæ implicitè ceſſare, quibus Papę voluntas ſufficienter mouetur ad hanc reuocatoriam legem ferendam, prudens enim intellectus ſemper anceps erit in tali iudicio, quamobrem ſemper in fauorem legis præſumendum eſt, non caſſare, nempe eius cauſam in nullo caſu, ita ſentire videtur Suarez *lib. 6. de legibus cap. 9. num. 3.* Caëtanus 2. 2. *quæſt.* 120. *art.* 1. Salas *de legibus diſput.* 11. *ſect.* 3. *num.* 34. *&* 56. Bonacina *de legibus diſput.* 1. *quæſt.* 1. *puncto vltimo propoſitione prima* §. 2. *num.* 30. *verſiculo reſpondeo negatiuè.*

9 Dico ſecundò huius conſtitutionis reuocatorię cauſa motiua, & finali explicita adæquatè, ceſſante negatiuè, in totum, & reſpectu quibus conceſſa ſunt priuilegia viuę vocis oraculo, eſſent nihilominus ſimpliciter omnia & ſingula reuocata. Hæc concluſio ſequitur ex præcedenti, & ex tertio notabili, ita ſentiunt Salas *de legibus diſput.*



*diſput.* 22. *ſect.* 4. *num.* 9. *& ſect.* 10. *num.* 24. Salonius 2. 2. *tomo.* 2. *quæſt.* 72. *art.* 1. *controuer.* 8. Caſtro *de lege penali cap.* 5. *lib.* 1. Valentia *diſput.* 7. *quæſt.* 5. *puncto* 7. *&* 8. Bonacina *loco citato, num.* 6. *& num.* 1. *verſiculo dixi ceſſante tota cauſa.*

Dico tertio ad hoc, vt caſſare cenſeatur hæc reuocatoria conſtitutio priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum, opus eſſe omnes motiuas, & finales cauſas ſimul & ſimpliciter reſpectu omnium ordinum, eorúmque ſuperiorum, & perſonarum, ceſſare, ita cenſent in primis omnes, qui affirmant ceſſante ratione legis in particulari, etiam negatiuè tantùm ceſſare in illo particulari obligationem legis; nam à fortiori coguntur dicere in vniuerſali, & ita poſſunt allegari pro noſtra ſententia, Panor. *in cap. quia plerique de immunitate Eccleſiæ,* vbi idem plane ſentiunt Innoc. & alij in cap. primo adducti. Clarius verò hoc docent Ledeſma 2. *parte quæſt.* 17. *art.* 2. *dubio* 3. *ad quartum & quæſt.* 18. *à dubio* 12. *poſt ſecundam concluſionem, & dubio* 14. *poſt tertiam concluſionem,* Couarr. *in* 4. 2. *part.* §. 9. *in num.* 8. *& cap. cùm eſſes, de teſtamentis.* Caſtro *lib.* 1. *de poteſtate legis pœnalis cap.* 5. Suarius *lib.* 6. *de legibus cap.* 9. *num.* 5. & communiter omnes D. Thomæ expoſitores *in art.* 6. *quæſt.* 96. 1. 2. & fere omnes, quos ſuprà in cap. ſecundo citauimus. & probatur; nam res per quas cauſa naſcitur, per caſdem diſſoluitur, ex *cap. omnis res, de regulis iuris*; ſed priuilegiorum viuę vocis oraculo factorum origo eſt per cauſas implicitas; & explicitas; igitur ad eius ceſſationem requiritur, vt omnes ſimul, & ſimpliciter cauſæ motiuę ceſſent reſpectu omnium, quibus conceſſa ſunt talia priuilegia. 10

At nonnullas ſupereſt difficultates examinare quæ contra primam, & tertiam noſtram concluſionem, ab aduerſariis adduci poſſunt. Prima quippe ex correctionis fraternę præcepto ſumitur ſic, ſicut ſe habet obligatio fraternę correctionis præcepti ad ſuam finalem cauſam, ita ſe habet reuocatoria conſtitutio ad ſuam; ſed ceſſante correctionis vtilitatis ſpe, ceſſat præceptum, eiúſque obligatio, in quocunque ſpeciali caſu; igitur ceſſantibus cauſis motiuis huius reuocatorię conſtitutionis in aliquo ſpeciali caſu, ceſſabit priuilegiorum viuę vocis oraculo conceſſorum reuocatio. 11

Reſpondere ad hoc argumentum aliqui poſſunt ex doctrina Medinę, Ledeſmæ, & Couar. *locis citatis*, negando maiorem propoſitionem, nam lex correctionis fraternę data eſt propter priuatum bonum ſingulorum, & ob id in vno quoque ceſſare poteſt, quoties in particulari 12

lari ceſſauerit finis eius negatiuè ; ſecus vero eſt in lege hac reuocatoria, cuius finis eſt vniuerſalis, & cauſa eius motiua bonum commune concernit ; quamobrem non valet paritas in maiore propoſitione petita.

13 Sed reuera, nec diſtinctionis ſenſus intelligibilis eſt, nec ratio : nam omnis lex eſt propter commune bonum, licet illud non in communitate immediate, ſed in ſingulis intendatur, & acquirendum ſit, vt in lege ieiunij patet, quæ eſt propter Eccleſiæ bonum, tamen vtilitas eius exercetur in ſingulis, ita etiam præceptum fraternæ correctionis eſt commune, eius tamen fructus in ſingulis in particulari procuratur; nulla igitur videtur differentia, quam aſſignant.

14 Commodiùs reſpondent alij obligationem præcepti correctionis fraternæ non ceſſare, ex eo quod in aliquo particulari ceſſat eius finis, tum quia eſt præceptum affirmatiuum, quòd non obligat ſemper, & ad ſemper, ſed pro aliquo tempore aliquibus ſcilicet conditionibus, concurrentibus, ſubiectique diſpoſitione, tum quia eius obligatio cùm ſit indefinita, non coarctatur ad hoc tempus. Quando igitur non eſt ſpes fructus, ceſſat obligatio præcepti affirmatiui corrigēdi fratrē, quia tunc recta ratio dictat non eſſe faciendam, quia non eſt tempus
15 vtile, neque ſubiectum eſt diſpoſitum, ſicut præceptum eleemoſynæ obligat ad ſubueniendū indigenti, ſi tamen ſubuentio futura eſſet nociua, vel ſi certò conſtaret indigentem non vſurum eleemoſyna, non obligare præceptum, non quia ceſſaret, ſed quia non eſt talis occaſio, pro qua obliget præceptum, quod naturale eſt, & non tantùm poſi-
16 tiuum. Mihi vero reſpondendum videtur, præceptum correctionis fraternæ ceſſare, ſpe correctionis vtilitatis ceſſante in aliquo ſpeciali caſu, quia ratio eius finalis cenſetur non ſolùm negatiuè, ſed etiam (eo modo quo dici poteſt) contrariè, quia tunc correctio non eſſet virtutis actus, ſed otioſus, & inutilis, & poſset potius proximo eſse nociuus, quàm vtilis, ob id Maior eſt neganda, nam hîc loquimur de ceſsatione finis adæquatè in aliquo ſpeciali caſu negatiuè tantùm, quia ſi contrariè ceſsauerit, vt diximus, tunc ceſsare legem, & eius obligationem.

17 Contra verò tertiam concluſionem multipliciter inſurgunt aduerſarij, & primo ſic quia eadem videtur eſse ratio, & proportio totius ad totum, quæ partis ad partem, ſed ceſsante in aliquo ſpecialiſſimo caſu cauſa finali adæquatè huius conſtitutionis priuilegiorum viuæ vocis oraculo factorum non ceſsat ipſa reuocatio ; igitur nec genera



generaliter omnibus eius cauſis ceſſantibus ceſsabit ipſa conſtitutio reuocatoria. Secundò, negatiuè, ceſſante totaliter, & adæquatè legis poſitiuæ fine, etiam reſpectu totius communitatis, non ceſſat, nec eius obligatio; igitur omnibus cauſis huius conſtitutionis reuocatoriæ negatiuè, & totaliter ceſſantibus reſpectu omnium mendicantium, & non mendicantium ordinum, non ceſſat priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum reuocatio. Conſequentia tenet, nam vtriuſque eadem eſt ratio. Antecedens verò probatur; à Principis voluntate habet lex ſuam ad obligandum efficacitatem ; igitur firma Principis permanente voluntate, legis poſitiuæ fine adæquatè, & totaliter ceſſante, reſpectu totius communitatis, lex & eius obligatio non ceſſat. Antecedēs patet, conſequētia probatur, quia voluntas vel à principio pluribus rationibus moueri poteſt; & Princeps poteſt præceptum, vel notionem exprimere (ſicut contigit in iſta reuocatoria) & non omnes. Vel certè poteſt voluntas in principio vna ratione moueri, & deinde alia continuari; igitur licet cauſa legis, & totalis ceſſare adæquatè cenſeatur, poteſt nihilominus alia minus nota in voluntate Principis remanere, à qua mouetur eius voluntas ad ferendam legem, & eius obligationem; igitur ex eo, quia Principis voluntas non ceſſat, difficile valdè erit iudicare; an legis poſitiuæ cauſæ omnes motiuæ ceſſauerint, adæquatè negatiuè ; ac proinde illa firma remanente, iſtis notioribus cauſis totaliter negatiuè ceſſantibus, lex nec obligatio eius ceſſat : ita colligitur ex Soto ; *nam in lib. 1. de iuſt. & iure, quæſt. 6. art. 8.* ſic habet, *ſi in toto genere cauſa ceſſauerit, tunc & lex quoque ceſſare debet ; veruntamen non antequam Princeps, vel conſuetudo abrogat, vim ſuam non amittit* ; & idem refert *in lib. 3. quæſt. 4. art. 3. ad primum*; nam licet, inquit Principi incumbat illam mutare, tamen ſubditis non licet contra facere, dum ius naturæ id permittit, quod erat per legem præceptum, niſi iam eſſe inciperet contra ipſum, ex quibus clare videtur intellexiſſe legem, & obligationem eius negatiue non ceſſare, omnibus cauſis totaliter adæquate ceſſantibus, quoad vim obligandi, firma remanente Principis voluntate.

Ad primum argumentum in quo difficultas petitur, non eſſe diffe- 18
rentiam nempe inter ceſſationem legis in vniuerſali, vel particulari propter ceſſationem finis, tantum negatiue, cum proportione ſcilicet. Reſpondeo negando maiorem propoſitionem, ſimul & conſequentiam; nam ceſſante adæquato fine legis vniuerſalis, ceſſat abſolutè ratio conſtituendi legem, quia cum illa ceſsatione finis eſt neceſsariò

coniunctus, vt materia reddatur inutilis ad legem. At verò ſi finis in vniuerſali ſubſiſtat, etiam ſi in particulari caſu actu ceſſet, manet ratio integra communis legis in illo ſpecialiſſimo caſu (eo modo quo ſupra declarauimus in corollariis ſecundi notabilis) quæ non reſpicit ad ſingulas, ſed ad id quod frequentius accidit; & ideo licet in particulari ceſſet negatiuè finis legis quoad vtilitatem intentam per legem vniuerſalem, non fit inutilis actus, nec in eo ceſſat contraria ratio legis, quia ſemper ratio illius poteſt mouere ad illum actum propter bonum commune, & propter conformitatem ad legem, & ad
19 totum corpus, imo ex eo, quia ratio legis in illa vniuerſalitate ſua conſeruatur & ſubſiſtit, ciuiliter cenſetur in quolibet caſu particulare conſeruari, quia bonum commune, non in communitate immediatè, ſed in particularibus intenditur, & acquirendum eſt.

20 Ad ſecundum, nego antecedens, & ad probationem dico, quod ceſſante ratione legis in vniuerſali, eo ipſo fit inutilis lex, & materia eius fit incapax obligationis, conſequenter neceſſarium eſt, vt Principis voluntas ceſſet: tum quia ſolùm voluit iuſte obligare, & quantum licite poſſet, neque aliud præſumendum eſt; tum etiam quia facta
21 mutatione in materia legis, non poſſet obligare etiam ſi vellet. Ad illud verò quod in probatione conſequentiæ adducitur, dico, quod ſi prior ratio legis ceſſet, & prior lex etiam ceſſare intelligitur, & nulla alia eſt lata, vnde ſi alia ſuperuenit, vel aliqua fit in mente, & aliquo modo in lege non aſſignata, oportet quod Princeps ſi vellet obligare ad eundem actum propter nouam illam inſurgentem, vel propter illam implicitam, vt denuo legem ferat, ſeu illam voluntatem explicet, & promulget, aliàs non poterunt ſubditi, ex vi prioris legis obligari. Dixi notanter, *& aliquo modo in lege non aſſignata*; ad demonſtrandum cauſas motiuas huius reuocatoriæ implicitas denotatas, per illa verba, *His & alijs malis occurrere volentes*, ex eo, quia proferuntur, habentur tanquam explicitæ, quia peculiare eſt in conſtitutionibus Pontificiis) fingere expreſſum id quod non eſt expreſſum, vt *in c.1. de tranſlat. & in c. illa, de elect. in c. ſi motu proprio, de præbendis lib. 6. Clement. 1. de probatio.* Germonius *tract. de indultis Cardin. §. ac irritum n. 5. & 6.* Butr. *conſ. 55. quæ expreſſio*, & promulgatio ſufficit ad obligationem inducendam, intentam per legem pontificiam vniuerſalē.

22 Supereſt, vt argumenta contrariæ ſententiæ ſoluamus.

Ad primum nego antecedens, & ad probationem dico rationem legis vniuerſalis in nullo particulari caſu negatiue ceſſare, ſi in ſua

perſeue



perſeuerat generalitate, eo modo quo dictum eſt, licet in aliquo ſpecialiſſimo caſu ceſſare concedamus, non tamen quoad vim obligandi; quæ obligatio ad bonum commune pertinet. Ad ſecundam 23
probationem dico quod licet in tali caſu ratio legis vniuerſalis non influat vtilitatem illam per legem intentam, ex eo quia ſubditus illam non participat, influit tamen aliam generalem vtilitatem ab ipſomet participatam, quæ eſt in obſeruanda lege & vniformitate cum ſuo corpore, vt reſponſum eſt.

Ad ſecundum patet ex dictis ſolutio; nam antecedens eſt falſum, 24
& probatio nihil iuuat pro aduerſariis, quia, vt dictum eſt, non valet paritas, nam ceſſante adæquate fine legis vniuerſalis, eo ceſſare dicimus legem, quia ex illa finis ceſſatione, materia redditur inutilis ad legem: at vero ſi finis in vniuerſali ſubſiſtit, etiam ſi in ſpecialiſſimo caſu ceſſet, ratio integra manet communis legis, ob id non fit inutilis actus, nec in eo ceſſat contrariæ ratio legis, quia ſemper ratio illa communis mouere valet ad illum actum propter bonum commune, & propter conformitatem ad legem, vide quæ ſupra notata ſunt.

## QVÆSTIO SECVNDA.

*An conceſſio viuæ vocis oraculo à Paulo V. coram Cardinali Arigonio noſtri Ordinis Protectore facta nobis Fratribus Minoribus de Obſeruantia, recitandi ſanctiſſimæ, ac immaculatiſſimæ Virginis Conceptionis officium in omnibus Sabbatis feſto nouem lectionum non impeditis, per hanc nouam conſtitutionem reuocatoriam reuocetur? Et an ſimiles conceſſiones faciendi aliqua officia propria Sanctorum cuiuſuis Ordinis Regularibus etiam viuæ vocis oraculo conceſſæ, ſint caſſatæ, & annullatæ?*

REmiſimus in hunc locum hanc difficultatem diſputandam, quia ſub effectu conſtitutionis iſtius comprehendi videtur, prout verba textus ſub *num. 6.* clare demonſtrant, nempe *omnia, & ſingula priuilegia, facultates, licētias & gratias quaſcūnque per ſummos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac per nos &c.* verùm quod in hac re ſit dicendum, abſque ſequentis difficultatis dilucidatione valde diffi-

 cile

cile determinare eſse cenſeo, ob id examinandam in ſequenti capite duximus.

## Capvt I.

*An mutatio officij diuini ſub præcepto cadat: vel poſsétne quis abſque culpa recitare in die feriæ officium de aliquo ſancto, vel è contrà.*

1 Cadere ſub præcepto, ita vt mortaliter peccaret qui officium diuinum mutaret vnius diei in recitandis horis canonicis, tenet Suarez *lib.*4.*de Religione c.*23.*n.*12.*tom.*2. Vaſquez *in opuſc. de benefic.* Reginaldus *lib.* 18.*cap.* 16.*num.* 177. Bellarminus *lib.* 8.*tom. controu.* 3.*controuer.*3.*c.*18. Toletus *lib.*2. *c.* 23. Molfetius *tract.* 5. *cap.* 2.*num.* 50. Nauar. *de oratio. cap.* 19. *num.*201. Naldus *verbo diuinum officium num.*16.Bonacina *de horis canonicis diſput.*1. *quæſt.*3. *puncto* 1.*num.*17. *propoſit. vnica.* Garſias *de benefic.tomo* 1.*parte* 3.*cap.*1.*num.*150. Paulus Squillantis *de obligatio.cler. part.*1. *dubio* 26.*num.* 50. Tabiena *verbo hora,quæſt.*10. Fauentinus noſter *de ſacramento Ordinis in quarto ſent. diſt.*24.*quæſt.*1.*diſput.*1.*num.*146.Onuphrius *opuſc.de mut.officij.* Graſius *deciſ.*1.*lib.*2.*cap.*51.*num.*10. Raguſius *de officio canonicorum in choro, quæſt.*17. Ledeſma *in ſumma parte ſecunda. tract.* 9.*cap.*4. *concluſ.* 12.Paulus Layman *lib.*4. *tract.*1. *cap.* 5.*num.*4. Auguſtinus Barboſa *in cap. Presbyter num.* 9. *de celebratione Miſſarum*, Sanctus Antonin. 3. *part. tit.*13. *cap.* 4. §.2.*&* 5. Cardinalis *in Clement.* 2. *de celebratione Miſſarum notabili* 6. Fundamenta quibus ſpecialiter patet Suarez nititur probare, ſunt; quia *in cap.de ijs, & cap. vlt. diſt.* 12. abſolute præcipitur conformitas in modo recitandi,*& in cap. conuenit, de conſer.diſt.*5. abſolute dicitur,*Conuenit Eccleſiæ Ordinem ab omnibus cuſtodire*;tractat autem de ordine, & modo dicendi officium.

2 Inſuper Pius Quintus præcepit officium dici iuxta formam ab ipſo præſcriptam, ſed ad formam illam pertinet diſtributio officij ad tempora,feſtiuitates, ſeu ſollemnitates, ac dies;igitur tota illa forma cadit ſub præcepto. Ac proinde qui illam voluntarie omittit, peccat mortaliter,neque præceptum adimplet. Hanc vltimam conſequentiam oſtendit Suarez *num.*4. *loco citato.*quia;vt ipſe afferit, eſt ex genere ſuo mortale, nam illud peccatum dicitur mortale ex genere quod



quod intra ſuum genus,& ſpeciem ſine additione circunſtantiæ mutantis ſpeciem poteſt eſſe mortale: tale autem eſt huiuſmodi peccatum; igitur eſt mortale ex ſuo proprio genere. Minor probatur,quia ſi quis vellet omni tempore dicere paſchale officium,quia breue eſt, ſine dubio grauiter peccaret; ſimiliter qui omnibus feriis dicit officium feriæ tertiæ, quia breuius eſt; igitur eſt peccatum ex ſuo proprio genere.

Præterea, ſi aliquis dicendo matutinum de Dominica, & officium illius diei omitteret in primo nocturno nouem pſalmos, & tres tantum diceret, mortaliter peccaret, igitur quomodo eſt credibile non peccare mortaliter, qui in Dominica recitat officium feriæ tertiæ ſolum,vt breuius officium dicat. 3

Eo magis, quia præceptum hoc ex genere ſuo pertinet ad grauiſſimam virtutem, quæ eſt Religio; ergo ex iſto cap. continet grauem obligationem & alioqui de ſe cadere poteſt in materiam grauem, ex eo quia ex vi talis præcepti in indiuiduo continetur totũ hoc, videlicet, vt hi pſalmi, hæ lectiones, & cætera talia dicantur, ex quorum mutatione contingere poteſt vt grauis, & enormis læſio fiat contra præceptum Eccleſiæ; igitur,&c.hæc Suarius. 4

Bonacina vero addit, alia fundamenta, videlicet, mutans officium non adimplet præceptum Eccleſiæ; igitur mutatio eiuſdem cadit ſub præcepto. Antecedens probatur, quia Eccleſia non ſolum præcipit recitationem officij diuini quoad ſubſtantiam, ſiue in genere, verum etiam in particulari, videlicet, vt tali, & tali die, & tale officium dicatur, cuius obligatio tranſit cum ipſo die, vt pote diei affixa. Inſuper ſicut debitor non ſatisfacit creditori minus ſoluẽdo quàm debet,ita nec clericus ſatisfacit recitando breuius officium, quia ſicut ille violat intentionem creditoris, ita hic Eccleſiæ hæc ſunt rationes quibus potiſſime prædicti authores fundant allatam ſententiam. 5

## Capvt II.

*Prædicta opinio reijcitur, impugnatúrque præcipue ex doctrina Suarij, Vaſquez, & Bonacinæ.*

Vt opinio allata impugnetur euidenter, Suarez doctrina eſt notanda quam Bonacina,& Reginaldus ſunt *locis citatis* aſſequuti: 1

 conſiſtit

conſiſtit autem in aliquibus dictis. Primum dictum, modus recitandi officium diuinum cadit ſub præcepto, & vt modus præcipitur. Secundum mutatio officij dici eſt peccatum ex genere ſuo. Tertium ſi officij mutatio non fieret ex contemptu,& eſſet æquiualens in quantitate, non ex animo ſæpe eam faciendi, non eſſet peccatum mortale. Quartum ſi officij mutatio ex inaduertentia culpabili fieret, facta aliqua recompenſatione non eſſet peccatum mortale: vt ſi officium omiſſum eſſet maius notabiliter, v. g. ſi in officio dominicæ recitaret quis officium alicuius ſancti, addendo ex nocturnis dominicæ ſaltem nouem pſalmos, ne omittatur tanta pars officij. Quintum aliqua exiſtente iuſta cauſa, non eſſet peccatum, etiam veniale, officium mutare.

2 His notatis, ſic impugno quoad primam partem, opinionem Suarez,& aliorum. Mutans officium diuinum in æquiualens non peccat mortaliter, igitur modus officium diuinum recitandi non cadit ſub præcepto. Conſequentia probatur; ideo peccat ſecundum aduerſarios ex Suario mortaliter qui in die dominico officium de aliquo ſancto recitat, quia aliquam notabilem quantitatem omittit debitam tali diei; igitur Eccleſiæ præceptum non cadit ſupra modum, ſed ſuper quantitate. Probo conſequentiam, quia ille, qui in tali caſu recompenſat nouem pſalmos, videlicet recitando ex nocturnis dominicæ, ſatisfacit præcepto, & non peccat; igitur ſupra quantitatem, & non ſupra modum recitandi cadit præceptum, ac ſubinde modus vt ſic non eſt præceptum.

3 Reſpondes pro Suario,& aliis, mutans officium diuinum in æquiualens non peccat mortaliter, ex leuitate materiei, quia mutans officium in vno, vel aliquo die, videtur leuis materia, ſi non adeſt contemptus, & animus pro libito id faciendi.

4 Verùm hæc reſponſio non valet in propoſito, nam mutans officium, licet æquiualens recitet in quantitate, non recitat tamen id quod debet, ſed aliud diuerſum officium, & ſic non ſatisfacit, ac ſi proinde non recitaret. Patet conſequentia, nam ſicut qui ex præcepto tenetur ieiunare, vel quid ſimile facere, non ſatisfacit, ex eo quia commutat id in æquiualẽs, aut etiam in maius; igitur nec ſatisfacit qui mutat officium, in æquiualens, vel in maius, quia non facit rem præceptam; igitur officium mutans in æquiualens non peccat mortaliter ex leuitate materię, vt Suarez docet, ſed ex alio capite, quia nempe modus recitandi non cadit ſub præcepto.

Secundo,



Secundo, modus horarum diuini officij eodem modo pertinet ad formam præſcriptam à Pio V. quo modus recitandi officium, ſub ritu duplici, aut ſemiduplici, &c. in quolibet die, ſed ille non cadit ſub præcepto, itaut mutans ordinem horarum (ſecluſo ſcandalo,& contemptu) peccat mortaliter; ergo nec iſte eſt præceptus, minor patet, quia materia non eſt grauis, quæ ſufficere poſſit ad mortale peccatum, nam in ſubſtantia adimpletur præceptum, & defectus eſt in quodam accidente, eſtque priuatus defectus quo parum offenditur Eccleſia, & ſcandalum non timetur, ita docet inprimis Suarez *lib.* 4. *de Religione, cap.* 24. *num.* 2. *& cap.* 11. *num.* 10. Bonacina *de horis canonicis diſput.* 1. *quæſt.* 3. *puncto quarto, num.* 5. Reginaldus *tomo* 2. *lib.* 18. *cap.* 12. *num.* 166. Villalobas *in ſumma tomo* 2. *tract.* 24. *dub.* 13. *num.* 1. Emanuel Sà *Verbo Hora, num.* 8. Paulus Layman *lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. Silueſt. *Verbo Horæ, quæſtio* 9. Caëtanus *Verbo Hora* §. 20. Azorius *lib.* 10. *cap.* 10. *quæſtio* 1. Paulus Squillas *in part.* 1. *dubio* 24. *num.* 47. Leſſus *lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 12. *num.* 80. & alij communiter. Maior probatur, nam Pontifex præcepit formam & breuiarium obſeruanda, ſic, *hoc noſtrum Breuiarium ac precandi pſallendique formulam præcipimus obſeruari*; at Breuiarium ita recitandum diſponit diuinum officium ſub ritu duplici, ſemiduplici, &c. ſicut recitandum primo loco matutinum cum laudibus, ſecundo loco prima, deinde tertia, &c. igitur eodem modo pertinet ad formam præſcriptam à Pio V. modus horarum, ac modus recitandi officium diuinum. 5

Confirmatur; mutans ordinem Pſalmorum, vel inter ſe, vel cum lectionibus, capitulis, aut hymnis, & ſimilia, non peccat mortaliter; igitur à fortiori non peccat, qui mutat officium diuinum recitando de aliquo Sancto, loco feriæ. Antecedens eſt Suarij *eodem cap.* 24. *num.* 5. Conſequentia probatur, nam pſallendi modus, & precandi formaliter cadit ſub præcepto, quia ad ſubſtantialem formam diuini officij pertinet, modus verò recitandi tali die de ſancto, vel de feria, nullo loco apparet ſub præcepto cadere; igitur, &c. 6

Tertio, aliquam quantitatem notabilem neceſſariam ad ſatisfaciendum præceptum Eccleſiæ addens diuino officio, magis mutare videtur diuinum officium, quàm quis recitans officium breuius vnius diei loco alterius diei multo longioris: at ille non peccat lethaliter, ſed venialiter tantum, iuxta dicta Suarij *loco citato num.* 15. Filliuç. *tract.* 23. *cap.* 6. *quæſtio* 4. 228. Reginaldi *eodem loco*, Pauli Layman *lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. Bonacinæ *eodem loco num.* 18. & aliorum: ergo 7

minus

minus peccat qui mutat officium diuinum recitando officium breuius vnius diei loco alterius diei multo longioris; igitur modus dicen-
8 di officium diuinum non cenſetur ſub præcepto cadere. Cõſequentiæ tenent probata maiore. Probatur maior, nam qui officium breuius recitauit in aliquo die, quando debuerat longius dicere, vt ſi, v. g. de ſancto, cùm debuiſſet recitare de dominica, ad hoc, vt præcepto ſatisfaciat, tenetur addere nouem Pſalmos nocturni primi dominicę, ita Suarius, Bonacina, Layman, Filliucius, Squillas, Reginaldus *locis*
2 *citatis*. At hæc additio ſubſtantialiter mutare cenſetur officium illud de ſancto, cui facienda eſt additio, tum quia contra formam præceptam, tum quia ſicut ſpecialiter prohibetur à Pio V. detractio, ita & additio, qui vero dicit officium vnius diei loco alterius, licet breuius, nec addit, nec minuit formam ſubſtantialem officij diuini præceptam; igitur magis ſubſtãtialiter mutatur ab illo, quàm ab iſto: ſecũda pars iſtius minoris, ex eo patet, quod ad formam ſubſtantialem (vt ſtatim dicemus) pertinet, modus dicendi officium diſpoſitus, in nocturnis, lectionibus, reſponſoriis, &c. qui nullo modo mutatur ab eo, qui ſic recitat diuinum officium; ſecus vero ille, qui in nocturnis recitati officij addit illam Pſalmorum quantitatem.

9 Quartò Epiſcopi in praxim ſæpe ſola deuotionis cauſſa officium de aliquo ſancto ſimplici ſub ritu duplici eſſe celebrandum præcipiunt; igitur modus dicendi officium diuinum non cadit ſub præcepto. Conſequentia probatur, ſi modus recitandi officium diuinum caderet ſub Eccleſiæ præcepto, conſtans, ac indubitatum eſt non poſſe Epiſcopos ſola deuotionis cauſa aliter præcipere, Ludouiſ. *in l.* 1. *ff. de iur. om. iud.* Felinus *in cap. quod ſuper his, de maior. & obedi.* Archid. *lib.* 6. *licet canon.* Ioannes de Lign. *in cap. & ſi clerici, de iudic.* Rota *in nou. de iure patronatus* incipit *Religioſos*. Abbas *in cap. cum dilect. col.* 3. *verſ. nota tamen, de electio.* Suarius *lib.* 4. *de Religione cap.* 23. *num.* 17. Bonacina *de horis canonicis diſput.* 1. *quæſt.* 3. *puncto.* 1. *num.* 19. Nauarrus *cap.* 11. *de oratio. num.* 24. Reginaldus *lib.* 8. *num.* 171. Filliucius *cap.* 6. *num.* 186. tractatu quo ſuprà, & alij communiter in materia de legibus, & ratio eſt, quia nullus inferior habet poteſtatem ſupra ſuperiorem, ſed inferioris poteſtas pendet à ſuperiore. At dum recitandum aliter quàm ritus breuiarij Pij V. diſponit, præcipiunt, euidens ſignum eſt quod huiuſmodi modus recitandi non cadit ſub præcepto.

10 Pro aduerſarijs reſpondes negando antecedens, nam Epiſcopi ſola deuotio



deuotionis cauſa officium alicuius ſancti non poſſunt ad nobiliorem ritum reducere, quàm forma Breuiarij Romani præcipit obſeruandam; ſi verò id in praxi faciendum præcipiunt, firmiter tenendum eſt, id virtute alicuius ſpecialis priuilegij ipſis conceſſi facere. Verùm hęc reſponſio nihil valet, tùm quia conſtare debet Epiſcopos tale habere 11
priuilegium, ex cuius vi officium alicuius ſancti ſimplicis celebrandum ſub ritu nobiliori præcipiant, tum quia ſacræ congregationis Concil. Trid. ſpeciali decreto ſanctiſſimo Domino Noſtro approbante ſub die 28. Octobris 1628. prohibetur, nulla facta mentione, nec reuocatione alicuius priuilegij, ne Epiſcopi in poſterum ſub altiori ritu præcipiant officium de aliquo ſancto recitandum; igitur ex honeſta imaginatione dicitur Epiſcopos huiuſmodi habere priuilegium, tum tandem, quia ſacra Congregatio non declarat, Epiſcopos non habere authoritatem ad id faciendum, ſed tantùm prohibet, ne ad ſæpe mutandum præcipiant, niſi in certis, & determinatis cauſis in decreto contentis.

Quoad ſecundam verò opinionis Suarez, aliorúmue partem, eſſe 12
nimirum lethale peccatum, ex genere mutare officium vnius diei breuius, loco alterius diei multo longioris; ſic impugno; Si mutare officium frequenter eſſet peccatum mortale ex genere, ſequeretur quod eſſet etiam peccatum mortale, quando quis vna tantum, vel altera vice dicit officium vnius diei loco alterius: at hoc eſt falſum, vt aduerſarij concedunt etiam, igitur non eſt peccatum mortale ex genere frequenter mutare officium. Hæc conſequentia eſt euidens, nam illud quod eſt peccatum mortale ex genere, intra ſuum genus, & ſpeciem manens, ſine additione circunſtantiæ mutantis ſpeciem, malitiam lethalem habet, ſicut patet in adulterio, furto, &c. ſi igitur vno actu non eſt malum ex genere mutare officium, nec erit frequenter. Sequela probatur; nam pro quolibet die eſt præceptum recitandi diſtinctum, & officium cuiuſlibet diei eſt onus illius, ita quod non tranſit in aliud, ſicut adeſt præceptum in quolibet die in Quadrageſima ieiunandi, & tamen qui in vno die ieiunare omittit, peccat lethaliter; igitur ſi eſt peccatum ex genere mutare officium frequenter, erit etiam mortale mutare pro vno, ac altero die.

Inſuper mutatio officij in æquiualens in quantitate, vel fere, præ- 13
ciſo contemptu, ſcandalóque, ac animo eam ſæpe faciendi pro libito, non eſt lethaliter peccaminoſa; igitur mutare officium diuinum frequenter, non eſt peccatum mortale ex genere. Antecedens conce-

 ditur

ditur à Suario *loco citato num.* 15. Conſequentia probatur, nam ſicut
24 præcepto ſatisfacit qui hodie officium feriæ quintæ recitat, loco fe-
riæ ſecundæ, abſque animo id faciendi in poſterum; cras vero recitat
officium feriæ quartæ, in loco feriæ tertiæ abſque intentione amplius
id faciendi, & ſic de ſingulis; ita abſque peccato mortali ſatisfaciet
qui frequenter recitabit diuinum officium vnius diei loco alterius;
igitur frequenter mutare officium non eſt peccatum mortale ex ge-
nere. Patet, nam præceptum recitandi diuinum officium, & eius
obligatio, eſt affixa diei, & tranſit cum die ipſo; ita vt quis mutans of-
ficium hodie ſatisfacit, & alteri vtique ſatisfacit, ex quo colligitur,
quantum valet id, quod aſſerit Suarez de leuitate materiei (vt ſuprà
reiecimus) in hac re.

---

## Capvt III.

*Dilucidatur, & comprobatur iuxta propriam Authoris ſententiam opinio negatiua, & fundamentis pro aduerſariis in 1. cap. adductis occurritur.*

1 PRobabilius ſentire exiſtimo authores qui oppoſitum docent,
modum nimirum diuinum officium recitandi non cadere ſub
præcepto, & abſolute mutationem diuini officij non eſſe mortale
peccatum, etiam ſi delita opera abſque vlla cauſa fiat. Ita Caëtanus
*Verbo hora cap.* 2. §. 3. Maior *in* 4. *ſenten. diſtinct.* 12. *quæſt.* 6. Leſſius *lib.*
2. *de iuſt. cap.* 37. *dubio* 12. *num.* 77. Valentia *tomo tertio diſput.* 6. *quæſt.*
2. *puncto* 10. §. *quid ſit recitandum*, Medina *in ſumma lib.* 1. *c.* 14. §. 11.
Medina *de oratio. quæſt.* 10. *difficultate* 10. Armilla *Verbo horæ Cano-
nicæ num.* 7. Azorius 1. *part. lib.* 20. *cap.* 10. *quæſt.* 2. Rodriquez *in ſum-
ma tomo* 3. *cap.* 193. *num.* 3. Silueſter *verbo horæ*, *quæſito* 12. Zerola *in
praxi Epiſc. p.* 1. *verbo horæ Canonicæ.* Vega *in ſumma tomo* 1. *cap.* 128.
*caſu* 17. Binsfeldius *enchirid. part.* 4. *c.* 9. *concl.* 7. Soto *lib.* 10. *de iuſt.
& iure quæſt.* 5. *num.* 4. Filliucius *tomo* 2. *tract.* 23. *cap.* 7. *num.* 227. pu-
tat hanc ſententiam probabilem. Antoninus, Diana *tract. de horis Ca-
nonicis reſolutio.* 3. *folio mihi* 5. citátque pro hæc opinione Layman
*tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 4. *lib.* 4. Bonacina *de horis Canonicis diſput.* 1. *quæſt.*
3. *puncto* 1. *num.* 17. *verſiculo prima ſententia*, Vaſquez *in opuſcul. de
beneficiis cap.* 4. *dubio* 2. ſed immeritò, vt videbimus.





Pro cuius ſententiæ dilucidatione obſeruandum eſt, modum diui- 2
num officium recitandi duplicem eſſe, ſubſtantialem vnum, acci-
dentalem alterum. Primus modus ſubſtantialis dicitur, quia ex de-
bita coordinatione Pſalmorum, cum lectionibus, reſponſoriis, ca-
pitulis, & hymnis in certa determinatáque materia ordinatis con-
ſurgit, ad ſubſtantiam diuini officij pertinens, vt textus Bullæ Pij V.
demonſtrant verba, *hoc noſtrum Breuiarium, ac precandi, pſallendique
formulam in omnibus vniuerſi orbis Eccleſiis, &c. præcipimus obſeruari.*
Iy N. ac dictio coniunctiua, eſt, & ponitur pro, &, vt *in l.* 2. §. *& cùm
placuiſſet, ff. de origine iuris, & l. libertas, de ſtatu hominum, & l.* 2. §.
*fin. C. de ſumma Trinitat.* Vulpell. *de præpoſit. ad verb. & coniunct. ſi-
gnificat. in dictio. Abſque* ac proinde habet eundem effectum, &
æqualiter copulat, vt idem ſit de vno ac de altero ex copulatis; ita *l. ſi
mihi & Titio, ff. de verb. obligat. & l. reos.* §. *cùm inutabilis, ff. de duobus
reis,* Brunor. à Sole *in locis communibus verbo copula num.* 2. Rebuff. *in
comment. ad l. coniunctionem* 29. *verſiculo primo intellige ff. de verbo-
rum ſignificatione.* Idem igitur importare cenſetur, precandi, pſallen-
dique formula, id eſt, recitandi officium modus, ac Breuiarium,
quod ratione præcepti ad rationem eſſentialem officij pertinere
exiſtimo, eo fundamento, quia aliter recitans officium præcepto non
ſatisfacit, ac ſi non recitaſſet, ſic enim ſtatuit ſummus Pontifex, *Ad
dicendum, & pſallendum poſt hac in perpetuum horas ipſas diuinas, &
nocturnas ex huius Romani Breuiarij præſcripto, & ratione omnino te-
neri, neminémque ex ijs quibus hoc dicendi pſallendique munus neceſ-
ſario impoſitum eſt, niſi hac ſola formula ſatisfacere poſſe.*

Accidentalis verò modus ille eſt, qui ex diſpoſitione recitandi in 3
quolibet die ſub tali, & tali ritu officium conſurgit, dupliciter igitur
modi recitandi officium fieri poteſt mutatio, aut ſubſtantialis, aut ac- 4
cidentalis; item ſubſtantialis tribus contingit modis fieri. Primò ad-
dendo aliquid, quod ſit veluti pars ipſius officij, quaſi perpetuo ritu
hoc ſtatuendum, vel addendo aliquid per modum partis alicuius ho-
ræ, non ad mutandum ritum ſimpliciter, ſed ſolùm in aliqua occa-
ſione, ex aliqua in diſcreta deuotione: vt ſi quis vellet aut publice in
choro, aut priuatim recitando fieri commemorationem alicuius
ſancti in die quando iuxta ritum Breuiarij facienda non eſſet, aut
ſi proprias antiphonas, vel hymnos alicuius Sancti cantari face-
ret, ſiue ipſe diceret, quæ in Breuiario non continentur, vel aliquid
ſimile.

5 Secundò ſubtrahendo aliquam notabilem quantitatem : vt ſi quis pro matutino tres pſalmos, & totidem diceret lectiones, iuxta exceptiones paulo ſuperiùs notatas, vel aliquid ſimile reſpectu aliarum diuini officij horarum.

6 Denique tertiò mutando Pſalmos, lectiones, reſponſoria, loco vnius ex eodem Romano Breuiario alia ponendo, vt ſi, v. g. quis recitaret officium ſanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris, aſſumendo inuitatorium & hymnos de Virginibus, Pſalmos de communi vnius Martyris, &c.

7 Mutatio modi accidentalis dicendi diuinum officium bifariam etiam fieri poteſt, vel officium vnius diei pro officio alterius diei recitando ; vel horarum ordinem immutando ; vt ſi quis primò recitaret ſecundum nocturnum, in matutino, & deinde primam impletis laudibus, vel recitando primã, tertiam, & ſextam ante matutinum. De
8 primo modo ſubſtantiali officium diuinum recitandi, hîc non diſputamus, compertum enim eſt illam ſub præcepto cadere, mutationémque eius (quouis modo ex illis tribus iam declaratis fiat) eſſe directè prohibitam in Breui Pij V. *ſtatuentes Breuiarium ipſum nullo vnquam tempore, vel totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid ad-*
9 *dendum, vel omnino detrahendum eſſe.* Quamobrem talis mutatio ex ſuo genere eſt peccatum mortale, tum quia eſt contra hoc præceptum, tum quia ſic mutans, præcepto de ſoluendo diuinum officium non ſatisfacit, tum quia eſt iuriſdictio vſurpata ; nemo enim talem
10 ritum mutare valet, niſi Summus Pontifex ; & quamuis mutatio non eſſet magni momenti, eo ipſo quod fieret per modum permanentis, eſſet grauis res cẽſendã, etiamſi fieret per modum partis, non ad mutandum ſimplicem ritum, ſed ſolùm ex aliqua occaſione, niſi ex ali-
11 quo capite honeſtetur. Eo magis ſi mutatio talis fieri contingat per additamentum cum omiſſione aliqua, vt ſi omiſſis lectionibus, quas Breuiarium dici præcepit, aliæ loco illarum ſubſtituerentur proprio arbitrio, vt in tertio officij mutationis modo dictum eſt, tunc ex duplici capite eſſet peccatum lethale, quia illa eſſet partialis omiſſio, ſiue detractio, & ſimul eſſet monſtruoſa additio, quia id quod loco eius additur, non poteſt eſſe pars officij, cùm ex authoritate non fiat;
12 nam illa compoſitio pendet ex inſtitutione, & inſtitutio ex poteſtate ; igitur non poteſt ſupplere partem omiſſam, nec ad officium Eccleſiaſticum, quod nomine Eccleſiæ dicendum eſt, pertinere videa-
13 tur. Quando verò mutatio fieret nihil omittendo, ſed tantum aliquid addendo,



addendo, eſſet tantùm culpa ex eo capite, Idem dicendum eſt, ſi omitteretur aliqua notabilis pars, abſque additione ; ita ſentire videtur Filiucius *cap. 6. quæſtio 11.* & Suarez *cap. 13. locis citatis.*

Ad mutationem accidentalem in ſecunda conſideratione acceptam ſpecialiter deſcendendo, quatenus nimirum inverſionem ordinis officij, vel alicuius horæ dicit non eſſe peccaminoſam nullo genere ſi aliqua cauſa intercedat, nulla verò exiſtente, eſſet tantum peccatum veniale, docent omnes DD. ita Suarez, *lib. 4. de Religione tomo 2. cap. 24. num. 4.* Bonacina Contra Vaſquez *opuſc. de beneſ. cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 4. num. 66.* affirmat *de horis canonicis diſput. 1. quæſt. 3. puncto. 1. n. 5.* Reginaldus *tomo 2. lib. 18. cap. 12. num. 166.* Paulus Squillas *de obligat. cler. part. 1. dubio 24. num.* 47. Leſſius, Villalobos, Rodriquez, Layman, Sà, & alij, quos ſuprà retulimus, quia ordo non eſt de ſubſtantia officij, & conſequenter talis mutatio alicuius accidentis, ſeu alicuius rei per accidens ad officium pertinentis. Imò contra Suarez 15
*cap. 11. loco quo ſuprà num. 11.* Maginum *tract. de horis canonicis cap. 145. num. 5.* Filliucium *eodem loco citato*, addo, hoc etiam procedere, ſi aliqui in publica recitatione inuerteret horarum ordinem, ſcandalo, & aliis circunſtantiis ſecluſis, ita facientes non peccarent mortaliter, ſic Bonacina *vbi ſuprà*, Gauantus *in comment. rubric. Miſſal. tomo 2. ſectio 1. cap. 5. tit. 8. num. 3.*

Supereſt dicendum de mutatione modi recitandi diuinum officium, quando nimirum modus mutatur dicendo officium vnius diei loco alterius, vt de ſancto, loco feriæ, in quo tota conſiſtit noſtra controuerſia. Dico igitur hanc mutationem adeo accidentalem eſſe, vt nullo modo mutare formam dicendi diuinum officium præceptam valeat, ſicut nec modus dicendi, per ſe loquendo, ad ſubſtantiam officij pertinet. Probatur primò, nam recitans officium de aliquo ſancto, loco feriæ, formam pſallendi, ac deprecandi præceptam ſubſtantialiter, & ſpecifice ſeruat ; igitur talis mutatio eſt accidentalis, recitandíque modus non pertinet ad ſubſtantiam diuini officij. Antecedens patet, nam eadem eſt Breuiarij Romani in vtroque in vllo mutata. Conſequentia tenet. Secundo modus recitandi diuinum officium, dicit reſpectum ad ordinem obſeruandum in quolibet tempore, & die ; igitur non eſt de ſubſtantia formæ præceptæ à Pio V. eius mutatio, ad ordinémque dicendi, qui eſt accidentalis, & non ad formam pſallendi, & precandi, quæ eſt ſubſtantialis, pertinet, ob id modus iſte ordinandi officium diuinum in vllo loco breuis eiuſdem 14 16 17

 Pij

Pij V. directe videtur præceptus, vt falsò ab aduerſariis dicitur; nec aliqua eſt ſufficiens ratio, pro qua poſſunt eorum indicare intentum.

18 Dicendũ ex his igitur eſt abſolute, mutationem officij diuini accidentalem non eſſe peccatum mortale, ac proinde recitans officium breuius vnius diei, loco officij alterius diei multo longioris, abſque vlla cauſa, non peccat grauiter, modúmque officium diuinum dicendi accidentalem ſub Pij V. conſtitutione non eſſe comprehenſum. Hæc aſſertio patet, tum ex rationibus, quibus contrariam reijcimus opinionem, tum ex his paulo ſuperius dictis, communi vero fundamento probari poteſt ſic. Subſtantia præcepti recitandi diuinum officium eſt, vt ſeptem horæ Canonicæ perſoluantur, ſed quod officium ſit de feria, vel de ſancto, ad modum accidentalem pertinet, ergo per talem mutationem non violatur ſubſtantia præcepti, ſed modus, ritus, & ceremonia, quæ quidem non eſt ſufficiens tranſgreſſio ad peccandum mortaliter; hanc rationem ſumpſerunt DD. ex diuo Antonino *3. p. titulo 13. cap. 4. §. 3.*

19 Bonacina *loco citato* ad hanc rationem reſpondet, mutantem diuinum officium peccare non ſolum contra modum præcepti, verum etiam contra ſubſtantiam præcepti, quia Eccleſia eodem modo præcipit recitationem officij, vt ſic ac etiam in particulari, videlicet, vt tali, & tali die, tale, & tale officium perſoluatur, ſed hæc reſponſio argumento non ſatisfacit, nam gratis dicitur, quod recitare officium tale, tali die eſſe præceptum ab Eccleſia, & certe nullus aſſignatur locus ab aduerſariis, vbi hoc præcipiatur, nec etiam indirecte, ſi enim aſtaret huiuſmodi præceptum, non eſſet res ſub opinione, ſicut demonſtratum eſt.

20 Ad rationes primæ ſententiæ reſpondetur iura illa loqui de vniformitate, quæ in ſubſtantiali forma diuini officij fundatur, & ratio, eſt, quia ex ordinis accidentalis officij diuini mutatione non variatur, imo ſeruatur ſpecifice, & ſubſtantialiter forma, & ratio officij præcepta ab Eccleſia, in qua obſeruatione conſiſtit vniformitas, quæ in cap. illo præcipitur, & eodem modo reſpondetur ad cap. *conuenit*, nam ibi ordo recitandi officium diuinum non præcipitur, ſed vt conueniens proponitur. Conceſſo nihilominus quod præciperetur; non eſſet modus ille accidentalis de quo diſputamus, ſed ſubſtantialis, qui conſurgit ex illa debita coordinatione partium eiuſdem horæ inter ſe: nam ille modus accidentalis cùm tantum dicat ordinem ad diſpoſitionem recitandi officium in quolibet die, non eſt, etiam modus



modus præceptus, vt falsò imaginatur Suarez.

Ad ſecundam conceſſa maiore, nego minorem, ſimul & conſequentiam, nam illa dierum, ſolemnitatúmque diſtributio ad ſubſtantiam, ſiue ad formam ſubſtantialem pſallendi, & prędicandi non pertinet per ſe, ſed tantùm per accidens, vt docte affirmat Leſſius *vbi ſuprà*, per ſe pertinet ad modum accidentalem, ad tempora, & dies relationem dicentem, ac proinde nego aliam conſequentiam, & ad probationem dico, tantùm probare officij diuini eſſentialem mutationem ſecluſo ſcandalo, omnibuſque circunſtãtiis eſſe mortale peccatum ex genere, quod libenter concedimus, vt ſuprà oſtenſum eſt; non verò probat mutationem accidentalem eſſe mortiferam ex genere: nam ſi hoc intendit Suarez, admiſſa maiore, nego minorem, & conſequentiam. Ad probationem verò reſpondeo quod ſi quis omni tempore vellet dicere Paſchale officium, ex eo, quia eſt breuius, peccaret quidem mortifere, non ex mutatione officij accidentali; ſed quia id ex more facere cenſetur, in quo quædam ſpecies contemptus formalis præcepti Eccleſiæ includitur, tum etiam, quia nimium intentioni Eccleſiæ derogaret, quæ ſpecialiſſima aliqua finali ratione mouetur ad tale breue officium recitandum in illo tempore præciſo Paſchali, quod recitatur infrà octauam Paſchæ. Si vero aliud officium Paſchale, quod toto illo tempore recitatur, frequenter mutaretur, vt loco feriæ de aliquo ſancto diceretur, non peccaret certò lethaliter, ſicut in omnibus ferijs officium feriæ tertiæ diceret. 21 22

Ad tertiã concedo antecedens, & nego conſequentiam, nam non eſt ſimilis ratio de illo, qui recitans officium dominicæ, omittit ex primo nocturno nouem pſalmos, ac de illo qui loco officij dominicæ officium feriæ tertiæ recitat, quia ille notabilem quantitatem ex forma officij diuini ſubſtantiali, quæ cadit ſub præcepto, mutilat, ex quo eſſentialiter illam mutat, ob id mortifere peccat, iſte verò tantum modum accidentalem variat, ac proinde à culpa mortali excuſatur. 23

Ad quartam dico obligationem de diuinum officium ſoluendo ſub forma illa ſubſtantiali, ab Eccleſia præcepta, qui dicit illam coordinationem in determinata materia (vt in primo notabili huius capitis eſt oſtenſum) ad irtutem religionis per ſe pertinere; ille verò ordo accidentalis, eo fere modo reſpicit talem virtutem, quo formam diuini officij ſubſtantialem. Ac proinde ſi ex illa ſubſtantiali mutatione contingere poteſt, vt grauis & enormis læſio ſequatur contra præceptum 24

ceptum

ceptum, nullomodo poteſt fieri ex iſta accidentali ordinis mutatio-
25 ne. Argumenta, quæ Bonacina adducit, ex dictis facilè diluuntur, ea-
dem enim ſunt quæ Suarius pro ſua opinione fundanda adduxit. Ad
primum diſtinguo antecedens, mutans officium ſecundùm ſubſtan-
tialem formam præceptum, non ſatisfacit Eccleſiæ, concedo; ſed ne-
go præcepto Eccleſiæ non ſatisfacere, qui tantùm modum dicendi
officium accidentalem mutat; vnde non ſequitur conſequentia quod
26 talis nimirum mutatio cadit ſub præcepto. Ad probationem verò
dico, falſum ſimpliciter eſſe, eodem modo Eccleſiam præcipere re-
citationem diuini Officij quoad ſubſtantiam, & quoad modum, vi-
delicet, vt tali, & tali die, tale & tale officium dicatur, obligatio quæ
eſt diei affixa, & cum ipſo tranſit, non reſpicit modum dicendi offi-
cium; ſed præceptum de ſoluendo quoad ſubſtantiam ſecundùm
27 formam præceptam. Ad vltimum patet ſolutio, nam recitans offi-
cium vnius diei breuius loco alterius diei multo longioris, reddit to-
tum id, quod petit Eccleſia, & in nullo ſubſtantiali eius lædit inten-
tionem.

## CAPVT IV.

*Enodantur huius conſtitutionis illa Verba,* Omnia, & ſingula priui-
legia, facultates, licentias, & gratias; *reſoluiturque*
*principalis Quæſtio.*

1 QVatuor illa verba huius reuocatoriæ conſtitutionis vt princi-
pem quæſtionem determinemus, veniunt denudanda, nimi-
rum, *Omnia, & ſingula priuilegia, facultates, licentias, & gratias,* quæ
duas præciſè habent acceptiones. Primò enim accipi poſſunt expreſ-
ſiuè, in quantum videlicet vnum alterius eſt expreſſiuum: quia ſe ha-
bent vt comprehenſa, & comprehendentia. idem enim ferè quatuor
hæc verba importare omnes vtriuſque Iuris DD. cenſent; priuile-
gium hoc modo idem eſt quod facultas, licentia, & gratia; nam for-
maliter omnia alia tria comprehendit, & includit; ita *in §. ſed & quod
Principi, Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. in l. 1. ff. de conſtit. princ.* Mar-
cellus *in l. reſpiciendum, ff. de pœnis.* Suarius *lib. 8. de legib. cap. 1. n. 1.*
Syluester *verbo Priuilegium,* & alij communiter. Facultas etiam idem
importat quod licentia, gratia, & priuilegium, vt *in l. 1. ff. de liberali*
*cauſ-*



*cauſſa, & in l. 1. ff. de officio Prætoris.* Gratia verò vt quoddam ſupe-
rius, omnia alia includit, & idem importat, & iuxta hanc exceptio-
nem non conſiderantur iſta quatuor hîc, quia ſi ſic ſuperuacaneum
videretur alia illa tria addere; ſufficeret Summo Pontifici ad ſuam
explicandam mentem, ſolum dicere, *Omnia, & ſingula priuilegia per
ſummos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac per nos viuæ vocis oraculo,*
&c. *reuocamus.* quia priuilegium in hac acceptione includit, & com- 2
prehendit neceſſariò licentias, facultates, & gratias quaſcunque viuæ
vocis oraculo factas; dum igitur expreſsè illa tria ſequentia addere
voluit, aliam ſignificationem annuit. Secundo igitur modo accipi 3
poſſunt diſtinctiuè, hoc eſt, ſecundùm propriam rationem formalem,
vel ſingularem ſpecificationem, qua vnaquæque illarum conſtitui-
tur, & diſtinguitur ab alia. Obſeruandum eſt ergo quòd iſta qua- 4
tuor, priuilegium, facultas, licentia, & gratia, licet generaliter idem
important; obiectiuè (vt ita dicam) quaſi per propriam formalitatem
diſtinguuntur; nam ex obiectis, circa quæ verſantur, colligenda eſt
earum diſtinctio. *Priuilegium* eſt quædam priuata lex aliquid ſpecia- 5
le concedens contra ius commune. ita *in cap. Abbate, de verbo. ſigni-
ficatione, & cap. priuilegia, diſt. 3.* ſic communiter DD. *in rubricis de
priuilegiis,* & Summiſtæ *verbo priuilegium,* Sanctus Antoninus *1. p.
tit. 19. cap. 1.* Suarius *eodem loco quo ſuprà n. 3.* Syluester, *verbo priuile-
gium n. 1.* *Facultas* habet pro obiecto poteſtatem, & iuriſdictionem, 6
circa quam verſatur. ita *in l. ſi quis poſthumum ff. de liber. & poſth.* cum
ſimilibus, & ſic concedere facultatem conferendi beneficia, vel di-
ſpenſandi ſuper illegitimatione, vel irregularitate, & huiuſmodi, eſt
concedere poteſtatem, & iuriſdictionem iſta faciendi & quia hæc
conceſſio non eſt iuris diſpenſatiua, diſtinguitur à priuilegio, à licen-
tia, & gratia. *Licentia* verò propriè verſatur circa rem præceptam, 7
quæ importat applicationem legis ad ea quæ ex lege regulantur, vt
docet ſanctus Thomas *1. 2. quæſt. 103. art. 2. ad Primum,* vt ſunt con-
ceſſiones comedendi carnes in Quadrageſima, ingrediendi Mona-
ſteria Monialium, & huiuſmodi; ita iura ſupra allegata. *Gratia* tan- 8
dem ſecundùm ſuam propriam ſignificationem, triplicem habet ſen-
ſum; primò enim accipitur pro amore, ſicut in litteris Apoſtolicis
frequenter fit mentio de his, qui gratiam habent Sedis Apoſtolicæ; 9
ſecundò pro dono aliquo, puta conceſſione beneficij Epiſcopatus,
vel authoritatis, ſicut *in Clementina gratiæ, de reſcriptis,* quod intel-
ligendum eſt, quando quis ad illud beneficium faciendum non eſt

obligatus, quia faciens id, ad quod naturaliter obligatur, non facit gratiam, ita notat Bart. *in cap.1. §.hæc ſacramenta de pace iur.firm.* & 10 facit ille text. pro eadem, *& l.Titius, ff.de obſequiis patr.præſt.* Tertiò pro conceſſione aliquid faciendi, vel non faciendi vltra, vel præter ius, vt patet ex *cap.his, de priuilegiis*, quæ conceſſio dicitur gratia, & diſtinguitur à priuilegio, facultate, & licentia, & hoc modo ſumitur hîc; ita colligendum videtur ex Panor. *in cap.olim, de verb.ſignificat.* Bart. *in l.ſi finita, §.ex hoc edicto, ff.de damn.infect.n.5.* & ſequitur Sebaſtian. de Medicis *in tract.de diffinit.ſecunda parte* §.17. ibi adducit multa iura. Syluester *verbo priuilegium quæſito* 3. & ſub hac conſideratione accipienda ſunt. Probatur, nam in omni legis humanæ interpretatione, ſemper inter ea, quæ requiruntur neceſſariò ad legalem legis explanationem, primum omnium eſt expectanda verborum proprietas, id eſt, propria ſignificatio: nam ex illa maxime ſumenda eſt vera legis interpretatio, ſempérque eſt præferenda, niſi aliquid obſtet, ſic enim de teſtatore dicitur *in l.non aliter, ff.de legat.3.* non aliter à ſignificatione verborum eius recedi, quàm cùm manifeſtum eſt, aliud ipſum ſanxiſſe; ergo multo magis de verbis legiſlatoris idem aſſerendum eſt, vnde in *l.prima, §.ſi his qui nauem, ff. de exercitoria actione*, dicitur in dubiis non eſſe recedendum à verbis edicti, & *in l. proſpexit, ff.qui, & à quibus*, verbis inhærendum eſſe, etiam ſi res grauius eſſe videatur, quod quidem, ait, per quam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt; hinc etiam *in cap.2.§.ſed neque, de tranſlat.Epiſc.* conceſſa ceſſione Epiſcopatus, non cenſetur conceſſa tranſlatio; & ratio redditur. Nam ſi circa tranſlationem idem fieri voluiſſet quod de ceſſione dixerat, & de tranſlatione poterat expreſſiſſe, ſignificans non eſſe recedendum à verborum proprietate quoad fieri poſſit; ſimiliter habetur *in cap.ad audientiam, de decimis.*

12 Ratio verò clara eſt, quia verba in communi ſermone vſurpantur in propria ſignificatione; nam idcirco illa recipiunt; ergo multo magis hoc intelligendum eſt ſeruari in legibus, quia debent eſſe claræ, & non expoſitæ circumuentionibus, & falſis interpretationibus, vt do-

13 cuit Suarius *lib.5.de legib.* Confirmatur primò ab incommodo, quia aliàs nihil eſſet certum in legibus, neque per illas poſſe regulari actiones hominum, quia vnuſquiſque poſſet ſuo proprio arbitrio ad impropriosſ enſus illas deriuari.

14 Confirmatur ſecundò, quia propter hanc regulam docent Patres verba ſcripturæ in proprio ſenſu eſſe accipienda, niſi ex circunſtantiis,





tiis, vel aliis locis aliud conſtet; quod maximè obſeruandum eſt, vbi dogmata fidei, aut morum traduntur, idem ergo eſt cum proprietate in lege, quæ eſt morum regula.

Confirmatur tertiò, quia Dialectici affirmant analogum ſimpliciter ſumptum accipi pro principali ſignificato, verba autem, ſi præter ſenſum proprium, habere poſſunt improprium, ſunt quaſi analoga, & in eis ſenſus proprius, eſt quaſi analogatum principale; ergo abſolute poſita in lege accipienda ſunt in proprio, ac principali ſtatu in quantum habent propriam, & formalem entitatem, ita tradunt Iuriſperiti communiter, vt latè refert Tiraquell. *in l.ſi vnquam, §.libertis, num.45. & ſequentib.* & tangit Conſtantin. Reg. *tract. de iuris interpretatione, quæſt.2.num.20.* ita colligitur ex *l.vltima, C.de his qui veniam ætatis.* idem ſumitur ex *cap.ſuſceptum, de reſcriptis in 6.* vbi id notat gloſſa *verbo non morte*, citans alia iura. Ac proinde euidenter colligitur iſta quatuor, nimirum Priuilegium, facultas, licentia, & gratia, in ſecunda acceptione conſiderata, in hac reuocatoria conſtitutione eſſe accipienda.

Denique confirmatur quartò, quia ſic conſtare videtur de mente, 16 & voluntate Summi Pontificis, vt oſtenſum eſt ſuprà, quæ in legis interpretatione quam maxime attendenda eſt, vt docent omnes Theologi, iuxta dicta Suarez *lib.6.de legib.cap.2.* Bonacina, Vaſquez *1.2.diſput.151.* & alij, quia lex ab illa pendet, tam quoad ſubſtantiam, quam ad efficaciam; mens enim legiſlatoris eſt anima legis, vnde ſicut in viuente ſubſtantia, & operatio vitæ ab anima pendet principaliter, ita in lege à mente legiſlatoris.

Illa eſt ergo vera interpretatio verborum legis huius reuocatoriæ, 17 per quam mentem & voluntatem Papæ aſſequimur; igitur cum illa conſtat ex ſupradictis, ſecundùm eam interpretari debemus iſta verba, vt probari poteſt ex principio illo generali, quod traditur à Diuo Gregorio *in cap. humanæ aures 22. quæſt.23. non debet aliquis verba conſiderare (vtique nuda) ſed intentionem, & voluntatem, quia non debet intentio deſeruire verbis, ſed verba intentioni.* Et confirmatur ex 18 vſu iurium, in omni verborum legis interpretatione conſiderantium mentes legiſlatorum; ita *in cap.ſi poſtquam, de electione in 6.* ibi, *ex ſui mente exigit*, & *in cap.ſecundò requiris, de appellationibus*; ex intentione legiſlatoris verba extenduntur; quia verba intentioni deſeruiunt, vt *ibi* allegatur, ſic etiam *in l.cùm mulier, ff.ſolut.matrim.* ex mente legis negatur marito propter lenocinium accuſatio vxoris de adulterio;

rio; idem probatur optime ex *l. ſcire etiam,* §. *aliud, ff. de excuſat. tutorum:* ibi, *ſed etſi maxime verba legis hunc habebant intellectum, tamen mens legislatoris aliud vult*; ſimile habetur *l. aliter, in princ. ff. de legat.* 3.

19 Obſeruandum rurſus, priuilegia conceſſa Regularibus ſuper recitatione Officij diuini, non eſſe vera priuilegia, ſed iuris communis declarationes, ita docet Nauar. *de Oratione & horis Cano. concluſ.* 9. adducens nonnulla priuilegia conceſſa fratribus Minoribus, præſertim Papæ Sixti, & Innocentij Octaui, vt habetur *in compendio priuilegiorum fratrum Minorum, verbo priuilegium, num.* 7. qui conceſſerunt quod fratres Minores omittentes aliquid ex diuino Officio, poſſint illud ſupplere vno Pſalmo, vel *Pater noſter*, aut *Aue Maria*, ſic ita omittentes quandoque non tenentur illud ipſum repetere, cùm ſuppleant alio Pſalmo; quæ priuilegia videntur in ſubſtantia officij aliquid diſpenſare, & tamen non eſſe vera priuilegia affirmat; ſed tantùm iuris declarationes, licet intelligenda eſſe voluit de parte non notabili, vt reſpondendo ad *cap. in his, de priuilegiis, & l. ſi quando, C. de inoff. teſtament.* probare conatur; ſed certe neſcio qua ratione, at de hac re alibi.

20 Ex qua notabili doctrina à fortiori colligendum eſſe cenſeo conceſſionem viuæ vocis oraculo factam Fratribus Minoribus de Obſeruantia à Paulo V. de recitando in omnibus ſabbatis, feſto nouem lectionum non impeditis, officium immaculatæ Virginis Conceptionis, non eſſe vere priuilegium, ſed tantummodo, modi accidentalis diuinum Officium recitandi, aut ceremoniæ Eccleſiæ declarationem patet: nam ſi aliquo Pſalmo, aut *Pater noſter*, ſiue *Aue Maria*, poſſunt Fratres Minores illud, quod ex diuino Officio omiſerunt, ſupplere abſque vlla alia repetitione, non ex vero priuilegio, ſed ex iuris declaratione (& tamen defectus ille ad officij ſubſtantiam pertinere videtur) multo magis conceſſio iſta non eſt vere priuilegium dicenda, ſed vel iuris declaratio (etiam ſecundùm mentem eorum, qui dicunt modum recitandi Officium diuinum cadere ſub præcepto) vel formæ accidentalis, ſiue Eccleſiæ ceremoniæ extrinſecæ, quæ nullo modo ad ſubſtantiam rei præceptæ pertinent.

21 His notatis: dico conceſſionem viuæ vocis oraculo nobis Fratribus minoribus de obſeruantia à Paulo V. factam, (aliáque huic ſimiles, cæteriſque aliis Regularibus conceſſas) de recitando in omnibus ſabbatis, non impeditis, ſemper immaculatæ Deiparæ Virginis Mariæ Con-



Conceptionis officium, per hanc reuocatoriam conſtitutionem non eſſe reuocatam, annullatam, ſiue caſſatam. Moueor ad ita ſentiendum. Primò, quia ſine legis vniuerſalis adæquate ceſſante, hoc eſt, in totum & reſpectu totius, ceſſat ipſa lex, vt docent communiter DD. quos in tertia concluſione capitis tertij quæſtionis primæ huius diſputationis quintæ allegauimus. At finis legis huius reuocatoriæ Sanctiſſimi Domini Papę Vrbani VIII. adæquate ceſſat reſpectu conceſſionis factæ nobis fratribus Minoribus de Obſeruantia viuæ vocis oraculo à Paulo V. de recitando officium immaculatæ Conceptionis, in totum, & reſpectu etiam totius Communitatis noſtræ; igitur hæc reuocatoria non comprehendit prædictam conceſſionem; ac perinde non cenſetur eſſe annullatam, & abrogatam. Conſequentia tenet. Minor probatur, nam huiuſmodi conceſſio non ſolùm contra Ius Canonicum, in detrimentúmque diſciplinæ Eccleſiaſticæ non extenditur; ſed reſtringitur pluſquam conceſſa fuit, quia abſolute ſummus Pontifex indulſit in omnibus ſabbatis totius anni celebrandum de immaculatę Virginis Conceptione officium. Capitulum verò generale, vt patet ex rubrica Breuiarij noſtri ordinis, limitauit, & reſtrinxit ad certum, & determinatum tempus, vt oſtendunt ſequentia verba.

*Sanctiſſimus Dominus Noſter Paulus Papa V. ſuæ viuæ vocis oraculo coram illuſtriſſimo Cardinale Arigonio Ordinis protectore die* 19. *Ianuarij* 1609. *conceſſit vt in omnibus ſabbatis feſto nouem lectionum non impeditis, Fratres noſtri poſſint facere officium immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ, quod incipit,* ſicut lilium *ſub ritu ſemiduplici*; qua conceſſione in capitulo generali Romæ habito anno 1612. prohibitum fuit, vti temporibus. Aduentus, & Quadrageſimæ, quod omnino ſeruandum eſt; ergo finis huius reuocatoriæ ceſſat in totum, & reſpectu totius noſtræ Communitatis in ordine ad ſpecialem conceſſionem prædictam. 23

Secundò, conceſſio de recitando officium immaculatę Conceptionis viuæ vocis oraculo facta fratribus Minoribus de Obſeruãtia, eſt quædam ritus, ceremoniæ, ſiue formæ accidentalis officij diuini declaratio; igitur per hanc conſtitutionem reuocatoriam non annullatur. Antecedens patet ex corollario ſecundi notabilis in hoc capite poſiti. Conſequentia probatur, nam ea, quæ virtute huius conſtitutionis abrogantur, caſſantur, ac annullantur, ſunt priuilegia quæcunque, facultates, licentiæ, & gratiæ viuæ vocis oraculo Regularibus 24

facta, ac ſub nullo horum comprehenditur conceſſio de recitando
officium Conceptionis, igitur non eſt reuocata, ſiue annullata. Minor
patet ex his quæ diximus, nam priuilegium eſt iuris relaxatio; fa-
cultas (rigoroſe loquendo iuxta propriam eorum ſignificationem) eſt
poteſtatis, ſiue iuriſdictionis communicatio; licentia præcepti diſ-
penſatio; gratia eſt aliquid vltra ius faciendi conceſsio, iſta namque,
ſicut ex obiectorum variatione ſupra quæ cadunt, conſtituuntur, &
diſtinguũtur, ita conceſsionem hanc declaratoriam comprehendunt,
quemadmodum ſub nullo horum obiecto includitur.

26 Tertiò, lex non obligat vltra legiſlatoris mentem, vt docent omnes
DD. Suarez *lib. 3. cap. 4. & 5. lib. 6. cap. 2. de legibus*, Salas, Layman,
Caſtro, Valentia, & omnes alij allegati per Bonacinam *de legibus*
*diſput. 1. quæſt. 3. puncto* 2. At non eſt credibile ſummum Pontificem
reuocare voluiſſe per ſuam conſtitutionem, hanc conceſsionem de
recitando officium immaculatæ Conceptionis; igitur non eſt reuoca-
ta. Minor perſuadetur ex communi noſtræ Religionis obſeruantia, quę
ſemper poſt huius conſtitutionis publicationem in omnibus ſabba-
tis, extra. Aduentus, & Quadrageſimæ tempus, feſto nouem lectio-
num non impeditis, prædictum recitauit officium; quæ ob tot tanto-
rúmque doctiſſimorum virorum authoritatem, & ſanctitatem cen-
ſendum eſt, non ex alio fuiſſe fundamento obſeruatum; niſi ex Papæ
mentis benigna interpretatione.

27 Hoc conſentaneum multis probo rationibus, & primò, obſeruantia
ſubſequuta deſeruit ad declarationem cuiuſque legis diſpoſitionis,
ac mentis legiſlatoris interpretationem, (id eſt, declarat mentem le-
giſlatoris fuiſſe ſicut ex conſuetudine obſeruatur) etiamſi eſſet con-
tra verum ſenſum, & diſpoſitionis intellectum, igitur bene colligitur
ex noſtræ Religionis obſeruantia, non voluiſſe ſummum Pontificem
per hanc reuocatoriam conſtitutionem abrogare conceſſionem præ-
dictam. Conſequentia tenet. Antecedens docent Ioannes Vincen-
tius Hondedei *in conſ. 1. num. 36. & 37. lib. 2. & in conſ. 4. num. 81. eo-*
*dem libro*, Rota *deciſ. 374. num. 3. part. prima deciſ.* & eſt videnda ad
hoc propoſitum, *deciſ. 608. num. 6. parte ſecunda in recent.* vbi dicitur,
28 quòd regulæ cancellariæ, priuilegia Apoſtolica, & ſimilia ſubiacent
obſeruantiæ interpretatiuæ, etiam ſi intellectus datus pro obſeruan-
tia ſit malus, quod etiam probat idem Honded. *conſ. 92. num. 30. lib. 1.*
& ratio eſt, quia magis attenditur interpretatio, quàm preprietas ver-
borum ipſius diſpoſitionis, & legis ita Crauetta *reſponſo pro genero*
*num.*



*num. 317. verſ. reſque adeo* Menoch. *conſ. 390. num. 20.* Alexander Lu-
douiſius *deciſione* 451. *num.* 7. Alexander *in conſ. 218. lib. 6. & in conſ.*
*fin. num. 11. lib. 4. & in conſ. 224. num. 4. lib. 2. & in conſ. 24. num. 2. eodem*
*libro* Baldus *in conſ. 176. lib. 2.* Fulg. *conſ. primo in fine, in conſ. 205. circa*
*finem* Paulus Caſt. *conſ. 314. ad finem, & conſ. 347. num. 15. lib. 1.* & la-
tiùs *in conſ. 108. per totum lib. 1.* Coccin. Sen. *in conſ. 145. fere per totum*
*lib. 1. & in conſ. 68. col. 3. lib. 3.* Ioannes de Anicis *in conſ. 138. col. 5. &*
*alij communiter.*

Confirmatur, nam mens ſummi Pontificis præſumitur fuiſſe talis, 30
qualem Religionis noſtræ ſubſequuta obſeruantia declarauit; conti-
nuò officium Conceptionis in ſabbatis totius anni non impeditis (vt
ſuprà dictum eſt) recitando: ita Fontanella *tomo 2. clauſula 6. gloſſa*
*tertia parte 2. ex num. 20. folio* 458. *vſque ad numerum* 45. Ioannes del
Caſtiglo *lib. 3. ſecundæ partis cap. 93. §. 7. tomo 5. & tomo 6. cap. 125.*
*num. 29. &* 30.

Probatur ſecundò, obſeruantia ſubſequuta dicitur non ſolùm 31
optima legum interpres, verùm etiam facit ius, omnéque dubium
tollit; igitur interpretatiue de mente ſummi Pontificis ob noſtræ
Religionis obſeruantiam ſubſequutam abſque vllo dubio tenendum
eſt, non eſſe conceſſionem viuæ vocis oraculo Minoribus de obſer-
uantia à Paulo V. factam de recitando in omnibus totius anni ſubba-
tis officio immaculatæ Conceptionis per hanc reuocatoriam con-
ſtitutionem annullatam. Conſequentia eſt euidens. Antecedens
habetur à Farinacio *nouiſsimarum Rotæ Romanæ anni* 1618. *deciſ.* 365.
*num. 1. & 2. prima parte tomi ſecundi*, Ioannes Anton. Bellonij *in conſ.*
80. *num.* 8. 9. & 10. Burgos de Pace *in proœmio legum Tauri num.* 225.
*& in l. 1. Tauri num.* 94. *&* 102. *&* 107. *ita in l. ſi de interpretatione,*
vbi omnes *ff. de legibus; l. ſemper in ſtipulationibus ff. de regulis iuris*
*l. ſi ſeruus plurium*, *§. finali ff. de legatis primo idem* Burgos *eadem l. 1*
*Tauri num.* 214. Tiber. Decian. *in conſ. 6. num. 35. lib. 4.* & ratio eſt, quia 32
nulla eſt melior mentis legiſlatoris interpretatio, quàm ea, quæ ex
ſubſequenti obſeruantia confirmatur. *l. qui in aliena, verſiculo ſed ſi*
*non aduerit, ff. de acquirenda hæreditate. & l. ſi filius C. de petit. hæredit.*
*l. cùm poſt. ff. de iure dotium* Socinus vterque Roman. Grauetta, Ca-
ſtren. & Riminaldus, cum quibus Decianus *in dicto conſ. 6. num. 35.*
Mandelus de Alba *in conſ. 488. num. 10.*

Sed dices, vt obſeruantia vim habeat & effectum, requiritur, vt ad 33
minus ſit decennalis, ita Flores Diaz *de mena variarum lib. 1. cap.*
18. *num.*

18.*num.*4.*folio*134. Velaſquez Auendagnus *in l.*41. *Tauri*, *Gloſſa prima n.*17 .& alij. At obſeruantia inducta à fratribus Minoribus circa officij Immaculatæ Conceptionis recitationem in omnibus totius anni ſabbatis non eſt huiuſmodi, igitur non poteſt habere effectum & vim pretenſam.

34 Reſpondeo, verùm eſſe de obſeruantia inductiua; non autem de
obſeruantia legis interpretatiua, ad cuius vim, & effectum non eſſe
neceſſariam præſcriptionem ſed ſufficere ita fuiſſe aliquoties obſer-
uatum; Ioannes Guttierez *conſ.* 2.*num.* 12, Franciſcus Becius *in conſ.*
101. *num.* 4. *cum ſequentibus* Carocius *in conſ.* 188.*lib.* 4. Cumanus *in*
*conſ.*162.*col.*2. Neuizan. *in ſilua nuptia.lib.*5.*num.*94.*verſiculo nec requi-*
*ritur*. Menochius *in conſ.* 32.*num.* 44.*& ſequentibus*. Franciſcus Ric-
cius *deciſ.*297.*lib.*2. Ioannes Baptiſta *in conſ.* 18.*num.* 34.*cum ſequenti-*
*bus*, Aluarus Velaſcus *conſultatione* 13216. Surdus *deciſ.*133. *num.* 16.
*& deciſ.*134.*num*,9.*& in conſ.* 94.*num.* 38.*& conſ.*140. *num.*43. & fere
35 omnes; imò addo ſufficere bis ita factum fuiſſe, vt obſeruantia decla-
ratiua legis, & diſpoſitionis, qualis eſt hæc de qua loquimur, ſuum
ſortiatur effectum, ita Cephal. *conſ.* 28.*num.* 32. & Ioſeph Ludouicus
*deciſ. Peruſina* 29.*num.* 31. ſufficere voluit ſemel factum. Faciunt ad
hoc, quæ tradit Vldar. Zaſ. *conſ.*14.*à numero* 86.*lib. primo*, Surdus *de*
*alimentis titulo* 4.*quæſt.*16. Stephanus Gratianus *deciſ.*24.*num.*8. Bur-
gos de Pace *in l. prima Tauri num.* 181. Georgius de Cauedo *deciſ.*121.
idem ſentire videtur Cardinalis Tuſchus *tomo quinto concl.* 59. *litt.O*
*folio* 1022. *&* 1023. Fontanella *de pactis nuptialibus*, *tomo primo*
*clauſula* 1.*num.* 33. Camillus Galinus *in conſ.* 122. Farinaccius *nouiſſi-*
*marum anni* 1618.*deciſ.* 136. *tomo primo partis primæ folio* 163.*& deciſ.*
419.*num.*6.*&* 448.*num.*3. eadem primæ partis tomi ſecundi, vbi ha-
36 bet quòd obſeruantia eſt optima interpres cuiuſque diſpoſitionis,
nec requiritur quòd ſit præſcripta, ſed ſufficit, quod aliquando ſic
fuerit obſeruatum, quando agitur de obſeruantia interpretatiua.

Ad rationem poſitam in principio quæſtionis ex dictis patet ſolutio.

QVÆSTIO



## QVÆSTIO TERTIA.

*Vtrùm indulgentiæ Ordinibus mendicantibus, eorúmque ſuperioribus, ac perſonis viuæ vocis oraculo factæ, per hanc conſtitutionem reuocentur.*

SVper difficultate hac nonnullos conſului doctos viros, præſertim
Franciſcum Salgado, & Hortadum Complutenſem qui ambo 1
doctè ſcripſere; ille de Regia protectione; iſte de Cenſuris, & Sacra-
mentis: hi, bene conſideratis Bullæ verbis; pro parte affirmatiua reſ-
ponderunt, omnes indulgentias viuæ vocis oraculo mendicantibus
Ordinibus, vel non mendicantibus, eorúmque ſuperioribus, & per-
ſonis conceſſas per hanc reuocatoriam conſtitutionem, eſſe annul-
latas, ea ratione, quia ſummus Pontifex gratias quaſcunque viuæ
vocis oraculo per ſuos prædeceſſores quomodolibet conceſſas qui-
buſuis perſonis, ac Ordinibus, reuocat: at ſub gratiæ nomine certum
eſt comprehendi omnes indulgentias, vt *cap. vltimo*, *vt lite pen. & in*
*cap. dudum, de priuilegiis*, Syluester *Verbo gratia num.* 2. igitur certum
eſt per iſtam extenſionem Vrbani VIII. eſſe reuocatas, & annullatas.
Præterea Indulgentia eſt quoddam ius commune, iuxta mentem Ar-
chidiaconi, & Gemini. *in cap. Indulgentiæ, de pænit. & remiſſ. pecc. lib.* 2.
6.*& in cap. interfectores diſp.* 33.*quæſt.*2. *& diſtin.* 22. *quæſt.*5. conſe-
quenter indulgentiarum cõceſſio ex ſupradictis eſt verè priuilegium,
at per hanc reuocatoriam omnia, & ſingula priuilegia viuæ vocis
oraculo conceſſa ſunt caſſata; igitur indulgentiæ etiam viuæ vocis
oraculo conceſſæ Regularibus & eorum Ordinibus, erunt abrogatæ,
ac reoocatæ.

Verùm ego ipſe perſuadere mihi nunquam potui de Sanctæ Ec- 3
cleſiæ Romanæ benignitate, & clementia, tantíque ſummi Pontifi-
cis pietate per ſuam extenſionem reuocatoriæ Gregorij XV. voluiſ-
ſe prædictas indulgentias Regularibus per ſuos prædeceſſores con-
ceſſas, reuocare, cùm ipſemet Pontifex innumeras concedit indies
indulgentias plenarias viuæ vocis oraculo particularibus perſonis,
Religionum ſuperioribus, monialibus, &c. idcirco aliter exiſtimo eſſe
ſentiendum in hac re ad quam determinandam tria ſequentia ſunt
examinanda.

 CAPVT

## Capvt I.

*Indulgentiæ viuæ vocis oraculo Mendicantibus Ordinibus, & Superioribus eorum, próque ſuis ſubditis conceſſæ, comprehenduntur, ne ſub gratiæ nomine in eo ſenſu, quo in conſtitutione accipitur.*

4 Indulgentiæ nomen, non in malam partem, vt ſolet frequentiùs, ex
proprietate Latina ab Authoribus vſurpari, ſignificat quippe quan-
dam licentiam, facilemque permiſſionem impune agendi contra ius,
vt notauit Laurentius Valla *in lib. 6. Elegiar. contra Theologos*, ſed in
bonam partem accipitur, & ſignificat quatuor, & primò dicit colla-
tionem gratiæ, & comprehendit quamlibet ſpeciem dandi, ſiue da-
tio ſit omnino gratuita, ſiue ſit ex cauſſa onerosa, vel ſoluendo, vel
donando, ſicuti docuit Baldus *in l. qui ſe patris num.* 34. *C. vnde liberi*
Iaſon *conſ.* 1. *num.* 4. *verſ. tertiò principaliter, lib.* 1. *in conſ.* 56. *num.* 3.
*in fine eodem lib.* Loazes *in allegatione pro oppido de mula, in tertio fun-
damento num.* 26. Aluarus Velaſcus *conſultatione* 120. *num.* 14. Pere-
grinus *de iure fiſci libro primo, titulo vltimo num.* 28. & 29. Cardina-
lis Tuſchus *tomo* 2. *littera D. concluſio.* 702. *num.* 40. Belluga *in ſpe-
culo Principis, rubrica* 9. 27. in qua acceptione quodlibet Pontificium
5 priuilegium quocunque titulo conceſſum dicitur indulgentia, iuxta
*cap. interfectores, & cap. vltimum lite pen.* ita Suarez *tomo* 4. *in tertiam
partem diſput.* 9. *in principio* Bellarm. *de indulgentiis in principio*, Syl-
ueſter *verbo indulgentia num.* 2.
6 Secundo ſignificat alicuius operis, vel exercitij aſſiduitatē, ita Sylue-
7 ſter *loco quo ſuprà*. Tertiò propriſſime ſignificat remiſſionē ſiue relaxa-
tionē debiti ex parte eius cui indulgetur, ſiue actionis ex parte indul-
gētis; ſiue relaxat actionem in iuris rigore diſpenſando, vt habetur *in
cap. fin. in fine diſt in.* 78. *de elect. dudum el.* 2. ſiue pœnam: ad quam quis
8 ei obligatur, qua ratione in ſacra ſcriptura quoque indulgere Deus
peccatoribus dicitur, quoniam offenſæ debitum eis remittit, vt videre
licet *Iudith.* 8. *Eſa.* 61. & 63. atque eodē modo Patres bene Latini id
vocabulum vſurpauerunt, ſcilicet Cyprianus *in Epiſtola ad Iubaia-
num in lib. primo de lapſis*, D. Hieronymus *in quartum caput Danielis*,
9 Diuus Auguſtinus *in Pſal.* 101. *concione* 1. Tertulianus *lib. de pudicicia*,





& ius canonicum *ij, quæſt.* 3. *ſi quem*, §. *vnde.* & quia quantum ad effe-
ctum idem eſt remittere debitum, & dare vnde illud ſoluatur; inde
quartò dicitur Indulgentia donatio illius quo quis debitum ſoluit; ſi-
cut ſi factor vel œconomus alicuius magni Regis de Theſauris
quos habuit à Rege, vel ſeruis eius, eo volente daret debitori eiuſdem
Regis vnde ſolueret illi, vel offerret ipſi Regi pro eo, diceretur debi-
tum indulgere, non quia indulgeat, ſed quia fecit, vt illi debitum non
imputetur à Domino, ac ſi eſſet remiſſum; in hoc ſenſu frequenter
loquuntur de indulgentia Theologi, vt docet ſanctus Thomas *in* 4.
*ſenten. diſtinct.* 11. *quæſt.* 1. *art.* 3. & *quæſt.* 1. *ad ſecundum* Sylueſter &
alij Diui Thomæ ſectatores.
Alij autem, quibus hæc quarta indulgentię acceptio non placet, vo- 10
lunt formaliter ſignificare ſpecialem remiſſionem ſiue relaxationē,
condonationem, ſeu abſolutionem pœnę debitę pro peccatis iam
remiſſis quoad culpam, quæ fit à Paſtore Eccleſiæ habente ad hoc
poteſtatem iuxta *cap. quod autem, de pœnit. & remiſſ. & cap. indulgen-
tiæ, eodem titulo*, ita Suarez *tomo quarto diſput.* 49. *in principio*, Valen-
tia *diſput.* 7. *quæſt.* 20. *puncto primo, tomo quarto de indulgentiis* Cordu-
ba *lib.* 1. *de Indulgentiis quæſt.* 3. Angelus *verbo indulgentia.* Boſella,
Caëtanus *tract. de indulgentiis, qui eſt* 15. *primi tomi cap.* 1. & 2. Soto
*in quarto ſent. diſ.* 21. *quæſt. prima art.* 1. Armilla, & alij quamplurimi.
Harum prima probabilis ſententia. Secunda communiter, & pro-
babilior ſequenda.
His igitur prælibatis, dico indulgentiam proprie ſumptam (iuxta 11
ſecundā ſententiam paulo ſuperiùs declaratam) non comprehendi
ſub gratię nomine in ſenſu quo accipitur in ipſa reuocatoria conſti-
tutione, hæc aſſertio multis rationibus perſuaderi poteſt. Primo Gra-
tia ſignificat in hac Apoſtolica conſtitutione aliquid faciendi, vel non
faciendi vltra, ſiue ſupra ius commune conceſſionem, ſicut oſtenſum
eſt *cap.* 4. *quæſt.* 2. *diſputationis quintæ*: igitur indulgentię ſub nomine
gratię in ſenſu præintellecto non comprehenduntur; Cōſequentia
probatur, nam Indulgentia habet aliam formalem, & ſpecificam ſigni-
ficationem, qua ab ipſa gratia diſtinguitur; ergo non poteſt hæc ſub
ſuo proprio nomine illam comprehendere. Secundò, omne illud, 12
quod alicui, aliquo modo titulo iuſtitię eſt debitum, non poteſt, ſtri-
cto iure loquendo, ſub nomine gratiæ comprehendi, at indulgentię
aliquo modo, titulo iuſtitię, fidelibus ſunt debitę; igitur non com-
prehenduntur ſub nomine gratię prout in hac conſtitutione vſurpa-

patur. Probatur minor, in quo eſt tota difficultas; Indulgentia eſt actus paſtoralis iuriſdictionis,quo peccator extra ſacramentum liberatur à reatu pœnæ temporalis; ſiue eſt paſtoralis remiſsio,aut relaxatio pœnæ temporalis ex peccato contractæ, Deo debitæ,extra Sacramentum facta; ita Suarez *ſectione 4. diſput.49.* Corduba *vbi ſuprà*; igitur ex quo indulgentia eſt paſtoralis iuriſdictionis actus, eſt ſaluti ouium aliquo modo titulo iuſtitiæ ipſis debitus. Conſequentiam
14. iſtam in hunc modum declaro. Certum de fide eſt in Eccleſia Chriſti Domini eſſe theſaurum conſtantem potiſsime, ac præcipue ex Chri-
15. ſti meritis, & ſatisfactione. Secundariò ex Beatiſsimæ ſempérque Virginis Mariæ, ac Sanctorum, vt docent omnes Catholici DD. Bellarminus *de indulgentiis*. Viualdus *titulo 9.num.6.* Suarez *diſput.29. ſect.1.& diſput.51.ſect.1.* Corduba *lib.5.quæſt.4.5.6.& 7.* Nugnus *in additionib. quæſt.15.art.1.* Valentia *tomo quarto diſput.7. quæſt.20. puncto 1.& 2.* Reginald. *lib.7.n.98.99.& 101.* Henriquez *lib 7.cap.2.* Sanctarellus *de Iubileo cap.3.dubio 3.* Filiuccius *tract.8.cap.3.quæſito 4.& 8.* Petrus de Soto *lect.2. de indulgentiis.* Roffenſis *contra Lutherum à num.17.* Sotus *in 4.diſt.21.quæſt.1.art.2.* Paludanus, *diſt.20. quæſt.4.* Caëtanus *opuſc.15. de indulgentiis,cap.1.2.& 3.* Medina *diſp. 8.de indulgentiis,cap.43.& ſequentibus.* Bonacina *de indulgentiis diſp. 6.quæſt.1.puncto primo,propoſitione vnica,num.5.* & alij.

16. Principale huius Theſauri fundamentum eſt vnio Verbi incarnati ad humanam naturam,ad finem hunc facta,vt hominem lapſum Verbum incarnatum redimeret, & pro illo Deo Patri ex perfecta Iuſtitia ſatisfaceret; ex quo myſterio neceſſariò fuit conſequens, vt opera,& pœnæ eiuſdem Verbi infiniti meriti eſſent, ac ſatisfactionis. Cúmque omnia ab ipſo fuerint facta, & aſſumpta propter eorum ſalutem,quam ipſe ſolus mereri potuit pro omnibus,quia gratia Chriſto data eſt gratia Capitis, vt diuus Ioannes *in 1.epiſt. cap.2.* teſtatus eſt, *ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantùm, ſed pro totius mundi*, ex qua authoritate aperte patet, quod Chriſti paſſio
17 ſatisfecit pro peccatis totius mundi, quòd ſi totus mundus baptizaretur poſt omnia peccata commiſſa, iam ſtatim euolaret ad cœlum ex Chriſti infinita meritorum ſatisfactione, pro illorum pœnis. At conſtans eſt quòd executiue pro paucis tantùm ſatisfecit, ex quo plures ex ſua culpa damnantur. Ac proinde reliquum meritorum,& ſatisfactionum Chriſti abundat pro aliis omnibus, etiam infinitis, ſi infiniti mundi eſſent. Ex qua abundantia ſequitur, theſaurum,ex il-
lis



lis bonis operibus,ac pœnis reſultantem; non tam ſibi, quàm ipſis hominibus,quibus ſemper futurus erat iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio,acquiſiuerit infinitum; nam opera Chriſti propter infinitam ex- 19
cellentiam ſuppoſiti operantis infinitum valorem ad meritum, & ſatiſfactionem habuerunt, vt docent Scholaſtici *in 3.ſent.diſt.18.* hunc theſaurum verè habet Eccleſia ſibi à Chriſto acquiſitum ex eius infinitis meritis, cuius diſpenſatio Petro Apoſtolo committitur ad ſa- 20
lutem ouium ſibi commiſſarum per indulgentias diſpenſanda, ſicut patet ex declaratione Clementis VI. *in extrauagante vnigenitus, de pœnit.& remiſſ.* ſic. *Quantum ergo ex inde vt nec ſuperuacua,inanis,ac ſuperflua, tantæ effuſionis miſeratio redderetur theſaurum militanti Eccleſiæ acquiſiuit; volens ſuis theſaurizare filiis Pius Pater, vt ſic ſit infinitus theſaurus hominibus, quo qui vſi ſunt, Dei amicitiæ participes ſunt effecti. Quem quidem theſaurum non in ſudario repoſitum, non in agro abſconditum, ſed per Beatum Petrum Cœli clauigerum, eiuſque ſucceſſores, ſuos in terris Vicarios commiſit fidelibus diſpenſandum ſalubriter*; igitur ex quo theſaurum iſtum infinitum ſanguine ſuo Chriſtus Dominus acquiſiuit, fidelibus, à Beato Petro, ac eius ſucceſſoribus 21
diſpenſandum quoad culpam per ſacramenta, & quoad pœnam per indulgentiam extra ſacramenta; habent fideles ſtrictum ius ad illum, & per conſequens eius diſpenſatio per indulgentiam titulo iuſtitiæ 22
eſt aliquo modo ipſis debita. Declaratur, ac magis probatur conſequentia; nam certum eſt apud omnes DD. vt docet Leſſius *lib.2.de iuſt.& iure,cap.2.num.23.* Bonacina *de reſtitutione in genere,diſput.1. quæſt.1.punct.1.propoſitione 1.num.2.* & alij communiter quòd qui bo- 23
na alicuius Principis, Regis, aut Imperatoris pauperibus accepit diſtribuenda iuxta cuiuſque inopiam, teneri ad reſtitutionem,ſi ea non diſpenſat iuxta commiſſionem ſibi impoſitam, ac à Principe præſcriptam, eo quòd violet non ſolùm iuſtitiam diſtributiuam, verùm etiam commutatiuam, quia inopes, & pauperes habent ſtrictum ius ad illa; & diſtributor, ſiue diſpenſator tenetur ſingulis diſtribuere, ac ſi cuilibet in particulari certam partem Rex aſſignaſſet; ſicut autem certum eſt violare iuſtitiam commutatiuam non tradendo bona alicui in particulari relicta, ita etiam violat commutatiuam iuſtitiam non tradendo bona accepta diſtribuenda iuxta vniuſcuiuſque indigentiam. At Chriſtus Dominus ex ſuis infinitis meritis theſaurum 24
Eccleſiæ dereliquit, Petro commiſſum ad fidelium ſalutem ſalubriter diſpenſandum per indulgentias; igitur fideles habent ſtrictum ius

 ad

ad illius diſpenſationem. Ac proinde debitæ ſunt aliquo modo ouibus Diuo Petro datis, indulgentiæ; dixi notanter, aliquo modo eſſe debitas fidelibus indulgentias, quia reſpectu Chriſti Domini, cuius ſunt propria merita, mera gratia ſunt & miſericordia, ſicut bonorum traditio, à Rege alicui commiſſa diſtribuenda pauperibus eſt gratia; reſpectu verò diſpēſatoris dicitur iuſtitia ex acquiſito iure, ita reſpectu Summi Pontificis, ac Paſtoris eſt iuſtitia commutatiua.

25 Tertiò probatur, diſpenſatio meritorum Chriſti eſt debita fidelibus à paſtore proprio, quoad culpam per ſacramenta, quoties petierint, titulo iuſtitiæ; igitur eorundem diſpenſatio quoad pœnam tantùm extra ſacramenta debetur fidelibus titulo iuſtitiæ. Antecedens docent Adrianus *quæſt. 5. de Confeſſ. dubio* 8. Soto *diſt. 18. quæſt 4. art. 2.* Nauarrus *in cap. conſideret, de pœnit. diſt. 6. num.* 152. Suarez *tomo quarto de pœnit. diſput. 32. ſect. 1. num.* 4. & communiter moderniores Theologi. Conſequentia probatur, nam remiſſio peccatorum quoad culpam per ſacramenta, & quoad pœnam tantùm per indulgentiam extra ſacramenta, eſt effectus paſſionis, & ſatisfactionis infinitæ Chriſti Domini ex meritis eius, ſcilicet remanentibus in diuina acceptatione, & reſpicit eundem paſtoralem actum, ac potentiam; igitur ſicut remiſſio quoad culpam poteſt titulo iuſtitiæ expoſci, & exigi per ſacramentum à proprio Paſtore, quia ex hoc capite eſt debita fidelibus, ita & remiſſio pœnæ tantùm per indulgentias extra ſacramenta
26 eſt eiſdem debita titulo iuſtitiæ; patet, quia non eſt maior poteſtas, aut virtus à Chriſto conceſſa quoad remiſſionem culpæ, aut pœnæ extra ſacramenta, quàm per ſacramenta ex vi clauium, quia licet indulgentia, reſpectu illius cui conceditur, ſit liberalis remiſſio; tamen reſpectu Dei eſt ſufficiens abſolutio ex infinitis meritis, ſatisfactionibúſque Chriſti in acceptatione diuinæ voluntatis pro omnibus, & infinitis peccatoribus, imò Mundi, ſufficientibus.

27 Huic rationi reſpondebis negando antecedens, quia proprius Paſtor nec titulo iuſtitiæ, nec charitatis tenetur applicare merita infinita Chriſti Domini ex theſauro Eccleſiæ, quoad remiſſionem culpæ, quoties fideles ad libitum petierint, ſed tantùm quando ex præce-
28 pto obligarentur, nam extra illud tempus non tenetur Sacerdos proprius titulo charitatis confeſſiones ſubditorum audire, vt docuerunt Ioannes Medina *quæſt. 41. de Confeſſ. per Curatum audienda.* Riccardus *diſt. 18. quæſt. 2. art. 3.* Maior *diſt. 170. quæſt. vltim.* Syluester *verbo Confeſſor* 1. §. 18. Armilla *verbo abſolutio num.* 27. nec conſequenter abſolutionis culpæ beneficium per applicationem Chriſti meritorum impedire per ſacramenta, quia charitas ſolùm obligat tempore neceſſitatis, & obligatio charitatis præciſa non eſt alterius rationis in proprio Paſtore, quàm in aliis; neque titulo iuſtitiæ tenetur, quia ratione ſui officij tantùm ea tenetur præſtare, quæ iuri communi, vel à ſuo ſuperiore (ſi habet) præcepta ſunt; præceptum tantùm illi eſt, vt tempore neceſſitatis ſacramenta fidelibus pœnitentibus miniſtret, & non quotieſcunque expoſtulant; ob id ſicut Paſtor non tenetur titulo iuſtitiæ per ſacramenta (extra illud tempus) præſtare remiſſionem quoad culpam; ita nec eſt eiſdem fidelibus titulo iuſtitiæ debita: ex quo multominus erit debita titulo iuſtitiæ remiſſio quoad pœnam extra ſacramenta per applicationem indulgentiæ, vt conſequentia argumenti petit.



Veruntamen hæc reſponſio, & doctrina, eſt parum pia, & practicè 29
minime tuta, vt bene probant Nauarrus, Soto, & Suarez *locis citatis*; idcircò vt minus probabilis reiicienda: quia Paſtor ex ratione officij ſui non tantùm tenetur prouidere ouibus, quando illæ extremè indigent, ſed etiam opportunis temporibus; quia tenetur non ſolum neceſſitatem, ſed etiam vtilitatem, & commodum, & profectum earum procurare; vel ſaltem non impedire: eſſet autem contra euidentem vtilitatem ouium, ſi tantum quando præceptum vrget, illis per ſacramenta remiſſionem culparum ex meritis Chriſti quoad abſolutionem tribueret, etiam ipſis petentibus, & deſiderantibus maiorem frequentiam, nec poſſet maius impedimentum ponere non ſolùm profectui, ſed etiam ſaluti earum; ergo ſicut Paſtor tenetur ex ratione officij ſui titulo iuſtitiæ illis miniſtrare ſacramenta, ita poſſunt oues tanquam eis debita poſtulare. Conſequentia tenet, probata maiore, quæ ex propriis terminis innoteſcit, & non obſcure colligitur ex Ezechi. 3. 33. & 34. & aliis ſimilibus ſacræ Scripturæ locis, in quibus reprehenduntur Paſtores, qui conuenientem ouium prouidentiam
non habent. Et confirmatur, quia paſtor tenetur, ſi commode poteſt, 30
procurare, vt ſubditi euitent peccata mortalia, quoad commodè fieri poſſit; nullum autem eſt medium ad hunc finem magis accommoda-
tum, quam ſacramentorum frequens receptio, nec poteſt non con- 31
tingere (regulariter loquendo) qui tantùm intra tempus à præcepto præſcripto ſit ſæpiùs peccaturus, qui ſemel tantùm in tempore illo confitetur; ergo tenetur Paſtor titulo iuſtitiæ non impedire hanc fre-
quentiam. Et confirmatur ſecundò, quia tenetur Paſtor extremam 32

vnctio

vnctionem miniſtrare, etiam ſi fortaſſe ſubditus non teneatur ſuſci-
pere; vel etiam ſi nondum vrgeat extremus neceſsitatis articulus, in-
terdum etiam tenetur facere ſacrum, quamuis ſubditi non tenean-
tur audire; & hoc non ex alio, inquam, fundamento, niſi quia ſacra-
mentorum adminiſtratio eſt de iure diuino debita fidelibus, vt ex
ſacro Conc. Tridentino colligitur; ex quo etiam ſequitur veritas pri-
mi argumenti conſequentiæ, pœnarum puta remiſsionem peccato-
rum extra ſacramenta per indulgentiam debitam eſſe fidelibus, quia
ſummus omnium Paſtor reſpectiue tenetur bonum, vtilitatem, pro-
fectum, ac commodum ouium ſuæ curæ commiſſarum procurare,
in earúmque ſalutem theſaurum ipſis à Chriſto Domino proprio
ſuo ſanguine acquiſitum, vt Diuus Paulus *ad Col. cap. 1.* teſtatus eſt,
*in quo habemus redemptionem in ſanguine eius remiſſionem peccato-
rum.* Loquitur enim de remiſsione quoad culpam per ſacramenta, &
34 quoad pœnam tantùm extra ſacramenta diſpenſare, Verbum quippe
*habemus*, ſtrictum fidelium ius ad Chriſti diuitias denotare videtur,
quas ipſis hominibus ſuis bonis operibus, ac pœnis acquiſiuit, ſicut
idem Apoſtolus *ad Epheſ. 2. cap. 2.* has inueſtigabiles diuitias Chriſti
appellat diſpenſationem ſacramenti à ſeculis in Deo: ſed de hac re
fuſiùs cum Scoto *in quarto ſententiarum*, Deo dante erit dicendum.

## CAPVT II.

*Indulgentiæ Ordinibus mendicantibus, vel non mendicantibus ſúntne reuocabiles?*

1 EX doctrina quam ſuperiori capite determinauimus, colligi po-
teſt dubitandi ratio in hoc propoſita, irreuocabiles eſſe omnes
indulgentias cunctis Regularibus, cuiuſuis Ordinis, & inſtituti con-
ceſſas, exiſtimandum eſt ex eo quòd debitas eſſe fidelibus cognoui-
mus; nam, quod eſt alicui debitum titulo iuſtitiæ, ſicut negari non
poteſt; ita poſtquam conceſſum, reuocari; igitur indulgentiæ ex ſe
ſunt irreuocabiles. Secundò donatio, & diſtributio liberalis etiam
facta de bonis communibus, eſt irreuocabilis ex ſe, niſi ex aliquo ca-
pite intrinſece oriatur cauſa, vel demerita eius cui donatum, ac di-
ſtributum eſt, vt docent DD. Syluester *verbo donatio ſi, quæſt. 21.*
Hoſtienſ. *in ſumma; in l. pen. C. de neg. geſt.* ergò & ſimiliter in indul-
gentiis



gentiis liberaliter condonatis. Tertiò, quia ſicut Deus dans, vel pro- 2
mittens dare gratiam, vel gloriam pro aliquo opere, non poteſt ſtante
lege negare, aut reuocare ſine demeritis eius cui promiſit; ergo nec
Papa concedens indulgentias. Conſequentia probatur, quia Papa ſuo 3
Principi, Deo, & regulæ, & eius voluntati infallibili tenetur ſe confor-
mare in diſpenſatione, & diſtributione theſauri indulgentiarum ſibi
commiſſi. Quartò priuilegia conceſſa ad modum contractus, ex eo, 4
quia ſunt titulo iuſtitiæ debitæ illi, cui conceduntur, ſunt irreuocabi-
lia, abſolute, & regulariter loquendo, *l. 1. ff. de pactis*; at indulgentiæ
ad modum contractus lucratiui videntur fidelibus conceſſæ: igitur
ex eo quòd debitæ ipſis ſunt, non poſſunt reuocari. Minor patet, quia
ad conſequendas indulgentias præcipit eleemoſynas pauperibus di-
ſtribuendas, ieiunia, & alia ſimilia pietatis opera; ergo ad modum
contractus indulgentiæ ſunt conceſſæ. Quintò, Imperator, aliíque 5
Principes non poſſunt priuilegia Eccleſiæ reuocare ex Panormitano
*in cap. ſuper el 2. num. 4. de appell.* Suarez *lib. 4. de immunitate, cap. 30.*
Alterio *de Cenſuris diſp. 22. cap. 5. verſ. ex his.* Duardo, & aliis; ergo
nec Papa poteſt reuocare indulgentias conceſſas vel Laïcis, aut Ec-
cleſiaſticis, par enim videtur ratio, vt æqualitas ſeruetur.

Pro huius difficultatis intellectu, eorúmque, quæ ſumus determi- 6
naturi, aliqua opus eſt obſeruare, & Primò, quòd indulgentia, quæ per
aliquod opus obtinenda conceditur, in duplici ſtatu conſiderari po-
teſt; vel antequam comparetur, vel pòſt. Quòd verò ad hoc ſecun- 7
dum, manifeſtum eſt, indulgentiam eſſe irreuocabilem, non ſolùm
ab homine, ſed etiam ab ipſo Deo, ſi ſemel illam acceptauit, ac effe-
ctum eius perfecit, non tantum quia dona Dei ſunt, ſine pœnitentia;
ſed quia ablato ſemel reatu pœnæ, non poteſt iterum ab extrinſeco 8
fieri, vt in materia de pœnitentia Scholaſtici docent. Conſideranda
igitur eſt indulgentia in priori ſtatu, de qua vlteriùs diſtinguendum
eſt; nam aliquando conceditur ad certum tempus; aliquando expreſ-
ſe in perpetuum; aliquando indefinite, nulla facta temporis, aut du- 9
rationis mentione. Conſtans autem eſt, quod quando Regularibus
priori modo conceduntur indulgentiæ, non durare vltra præfixum
tempus, quia indulgentiæ non plus valent, quàm ſonant, tam quoad
durationem, quàm quoad reliqua, & in vniuerſum, nulla gratia, vel
ſententia, conceſſio, aut donatio excedit voluntatem ſuperioris ver-
bis expreſſam. Quod verò quærimus, eſt, an tales indulgentiæ poſſint
intra tale tempus reuocari.

10 Rurſus obſeruandum eſt ſecundò quòd indulgentia dupliciter adhuc conſiderari poteſt, vel vt dicit condonationem, abſolutionem, ſiue pœnæ temporalis relaxationem, ex parte cui indulgetur; vel vt ſignificat actionem paſtoralis iuriſdictionis ex parte indulgentis. Priori modo conſiderauimus in præcedenti capite, in quo dictum eſt, indulgentias peccatoribus fidelibus aliquo modo titulo iuſtitiæ eſſe debitas. Agendum nunc eſt de indulgentia in poſteriori acceptione conſiderata, vt nempe dicit paſtoralem actionem, quæ ex parte principij intrinſeci à quo procedit, & ex parte obiecti extrinſeci (voco obiectum extrinſecum loca, quibus conceduntur indulgentiæ, & perſonas ad quarum inſtantiam mouetur ſummus omnium Paſtor ad concedendas indulgentias) eſt diſpoſitio poſitiua pendens à voluntate indulgentis in fieri, & in conſeruari, ita Corduba, Suarez, Cōnichius, Reginaldus, Filliucius, Nugnus, Bonacina, & alij, *locis ſtatim citandis*: quia res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur,
11 ac proinde eſt de ſe reuocabilis, tum quia ſummus Pontifex eſt ſupra ius poſitiuum, eiúſque diſpoſitionem, poteſt propter ſuam ſupremam, & quaſi infinitam poteſtatem in totum reuocare, vel in partem: tum quia, ſicut à principio indulgentiarum conceſſionem negare potuit, poſteaquam conceſſit, poteſt ſuſpendere, limitare, & reuocare.

12 Sed obiicies. Hæc doctrina fundamenta principis aſſertionis capitis ſuperioris deſtruit; nam ibi dictum eſt, indulgentias ex quo paſtoralem iuriſdictionem actu important, debitas eſſe fidelibus; igitur vel indulgentia non eſt reuocabilis, vt diſpoſitio poſitiua, vel non eſt titulo iuſtitiæ fidelibus debita.

13 Atque hinc pro ſolutione iſtius obiectionis, necnon faciliori dicendorum notitia, obſeruandum eſt tertiò, quòd licet verum ſit, ſtrictum ius ad indulgentias habere fideles, in quantum cōdonationem, ſiue debitæ temporalis pœnæ relaxationem, extra ſacramenta important, ex eo quia ex theſauro, ex infinitis meritis, ſatisfactionibúſque Chriſti Domini reſultante, quem nobis acquiſiuit, emanantes; non habent tamen ad actionem paſtoralem indulgentis, prout poteſtatem concedendi indulgentias reſpicit, conceſſam à Chriſto Domino, Diuo Petro, ac ſucceſſoribus in terris eius Vicariis, à qua ita modificatur paſtoralis iſte concedendi indulgentias actus, vt ſit cenſendum ſummum Pontificem non habere abſolutam poteſtatem eas concedendi. Hanc doctrinam, vt meliùs intelligas, nota, quòd Chriſtus Dominus,





minus, quando poteſtatem condonandi, ac relaxandi peccata ex theſauro Eccleſiæ, quoad pœnam temporalem tantùm extra ſacramenta per indulgentias fidelibus, Petro, & ſucceſſoribus commiſit, non abſolutè, ſed aliquo modo communicauit. Qui quidem modus eſſentialiter duo reſpicit, primò cauſam piam, & rationabilem neceſſariò requiſitam ad valorem actus paſtoralis iuriſdictionis indulgentis, quia eſt de eius ſubſtantia, & docent ſanctus Thomas *in 4. diſt. 20. quæſt. 1. art. 3. & quæſt. 2.* Sanctus Bonauentura *in 4. diſt. 20. quæſt. 6. ibidem* Riccardus *art. 13. quæſt. 1.* idem ſentit Durandus *quæſt. 4.* Gabriel *in ſupplemento diſtinct. 45. quæſt. 3. art. 1. in principio.* Angelus *verbo indulgentia num. 2.* Syluester *num. 3.* Medina *tract. de indulgentiis, quæſt. vlt. in fin.* Suarez *tomo 4. de pœnitentia, diſp. 54. ſect. 2. num. 3. vſque ad 6.* Nugnus *quæſt. 25. art. 3. verſ. prima concluſio.* Connichius *diſput. 12. dubio 6. concluſio. prima, num. 3.* Corduba *lib. 5. de indulgentiis, quæſt 20.* Reginaldus *lib. 7. cap. 12. num. 126.* Valentia *tomo 4. diſput. 7. quæſt. 20. puncto quarto.* Filliucius *tract. 8. cap. 5. num. 115.* Bonacina *de indulgentiis, diſp. 6. quæſt. 1. puncto 4. propoſitione vnica.* Fundamentum autem eſſe poteſt, quia committitur diſpenſandi theſaurum Eccleſiæ ſummo Pontifici authoritas, non vt ſit dominus, ſed vt fidelis miniſter & diſpenſator, iuxta illud primæ ad Corinth. 4. *ſic vos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei; & 1. Petri 4. ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei;* ergo non poteſt ſuo arbitrio diſpenſare, & concedere indulgentias valide, niſi iuxta modum, voluntatem, & intentionem, qua eſt ei communicata facultas diſpenſandi, nam iſta non extenditur in diſpenſatore ex ſua ratione vltra concedentis voluntatem. Rem claram reddo exemplo. Si paterfamilias ſuas pecunias committat famulo, vt eas inter hos, & illos pauperes diſtribuat: modus iſte, quo famulo committitur diſtribuendi pecunias facultas, ita eſt de intrinſeca ratione actus diſtribuendi, quòd ſi aliquo mutetur mode, v.g. ſi ipſe in alios vſus conuertet, vel conſumet, actus adeò vitiatur, vt inualidus, imò nullus ſit. Quamobrem tam ipſe, quàm illi, qui eas receperunt, ad reſtitutionem tenebuntur. Idem eſt de curatore 14
in teſtamento relicto, quia niſi legata diſtribuat iuxta teſtatoris voluntatem, non ſolùm male faciet, ſed etiam nihil faciet: eſt enim ſimile ſi quis alicui committat, vt nomine ſuo remittat debitum ſub hac, vel illa conditione, ipſe autem ſimpliciter remittat nulla habita ratione talis conditionis; nihil faciet, quia non vt dominus, ſed vt

miniſter remiſit,& non adimpleta conditione voluntas domini nulla eſt,quia conditionalis nihil ponit in eſſe; ſine autem voluntate domini nihil valide fieri poteſt de rebus eius. Idem ergò in præſenti concluditur, applicando omnia dicta cum proportione:nam poteſtatem diſtribuendi, & diſpenſandi per indulgentias Eccleſiæ theſaurum non ſimpliciter, ſed ſub modo quo Chriſtus Dominus diuo Petro,& ſucceſſoribus communicauit.

16 Alterum quod iſte modus reſpicit eſt iudicium prudens, requiſitum ad indulgentiarum diſpenſationem, quia prudentialiter ſe gerere debet,pœnam temporalem Deo debitam à peccatore remittendo per indulgentiarum diſtributionem extra ſacramenta ſummus Pontifex; quia ſemper ſalus animarum, vtilitas Eccleſiæ, & Dei honor ſunt attendenda,nam talis poteſtas ad Eccleſiæ ædificationem,& non in deſtructionem data eſt:vtrumque conſentaneum perſuadent illa verba Clementis VI. *in extrauag. vnigenitus, de remiſſio. & pœnitentia; ſed per Beatum Petrum cœli clauigerum, eiúſque ſucceſſores in terris Vicarios ſuos, commiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum, & propriis, & rationalibus cauſis, nunc pro totali, nunc pro partiali remiſſione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ tam generaliter, quàm ſpecialiter (prout cum Deo expedire cognoſcerent,)* idem confirmauit Leo X. in Bulla, in qua errores Lutheri condemnauit, vt in decreto miſſo ad Caietanũ, quod ipſe refert *3. part. q. 28. art. 5.* ex quibus manifeſtè apparet,ipſoſmet ſummos Pontifices fateri non habere poteſtatem hanc, niſi ſub hoc modo declarato, concedendi indulgentias, ex rationabili cauſa, & prudentialiter: quod etiam non obſcure indicauit Concilium Conſtantienſe *ſeſſione vltima*, dum dicitur ſuſpectos de hæreſi interrogandos eſſe, an credant habere Pontificem poteſtatem ad concedendum indulgentiam ex rationabili cauſa.

17 Veruntamen allatum fundamentum aliquas patitur difficultates, ob id nonnulla indiget maiori dilucidatione; quia licet diſpenſator operari debet iuxta voluntatem, & intentionem Domini: hæc tamen intentio nonſemper æque efficax, ita vt conformitas cum illa ſit neceſſaria, quando enim Dominus præcipit diſpenſatori, vt Theſaurũ ſuum inter pauperes diſtribuat,ſine dubio intendit vt prudenter id faciat magis indigentibus amplius tribuendo:nihilominus tamen, etiamſi in hoc errat, plus tribuendo amicis, & cognatis ſuis, etiam ſi minus indigent, actio valida eſt: ſimiliter ſi Dominus præcipiat œconomo, vt triticum, vel aliquid ſimile emat, intendit abſque



abſque dubio, vt opportuno tempore, & moderatiſſimo pretio, quoad poſſit, illud emat, ſi autem œconomus parua adhibita diligentia rigoroſo pretio,non tamen iniuſto,illud emat,actio valida eſt,quia licet non ſe gerat vt fidelis diſpenſator, & prudens, non tamen ſimpliciter iniuſtus. Quanquam ergo conſtet in præſenti diſpenſationem iudulgentiæ ſine cauſa, & ſine prudenti iudicio factam non eſſe iuxta Chriſti intentionem, adhuc tamen probatum non eſt talem eſſe intentionem illam (quæ per modum declaratum demonſtratur) vt irritet factum, quia conformitas illa videtur ſolùm pertinere ad quandam fidelitatem, & prudentem diſpenſationem, quam ſub altero membro modi prædicti aſſignauimus, nec teſtimonia Pontificum hoc ſatis conuincunt; affirmant enim datam eſſe illis hanc poteſtatem, vt ex rationabilibus cauſis, & prudenti iudicio illa vtantur, non verò affirmant hunc modum eo ſenſu, & rigore eſſe adiectum, vt ſi non impleatur, irritet actum, vt paulo ſuperius ſuppoſitum eſt.

Probandum igitur ſupereſt, talem modum eſſe de intrinſeca ratione,& ſubſtantia huius actus, ex intentione Chriſti, qui non ex reuelatione, ſed ex ipſa rei natura, tali poteſtate ſuppoſita, eſt colligendus, nam ille modus qui eſt neceſſarius ad finem principalem, propter quem conceditur poteſtas, neceſſarius eſt ad ſubſtantiam,& valorem actus talis poteſtatis, ac modus quo, fuit diuo Petro à Chriſto,& ſucceſſoribus concedendi indulgentias, poteſtas eſt huiuſmodi; igitur eſt neceſſarius ad ſubſtantiam actus iuriſdictionis paſtoralis. Maior ex ſe patet. Minor probatur. Primò ex illo fine generali, quòd poteſtas hæc non eſt data in deſtructionẽ, ſed in ædificationem; ex quarto capite *primæ ad Corinthios*, & ex 10. *ad Corinth.* 2. ſed ad hunc finem neceſſarium eſt vt indulgentię non concedantur ſine rationabili cauſa, & prudenti iudicio vtilitatem Eccleſiæ & animarum ſaluti reſpicienti; aliàs omnino eneruaretur Eccleſiaſtica diſciplina, *ex cap. cum ex eo.* 18

Secundò, quoties poteſtas eſt ad diſpenſandum, ſeu aliquo modo immutandum ius, ab ipſomet ſuperiore inſtitutũ eſt de ſubſtantia, & valore actus,vt non fiat ſine iuſta,& rationabili cauſa: huiuſmodi autẽ eſt hæc poteſtas;igitur: Maior habetur ex conſenſu communi omnium Theologorum, qui hac ratione dicunt, diſpenſationem in re pertinente ad ius diuinum ſine cauſa factam à Pontifice eſſe nullam (vt inferius dicemus fuſius.) Et ratio à priori eſt, quia non poteſt irratio 19

rationabilis voluntas inferioris irritare rationabilem ſuperioris voluntatem; neque eſt veriſimile ſuperiorem talem dediſſe poteſtatem
20 Item, quia fere nullius momenti eſſet ſuperioris lex, ſi inferior poſſet ſine cauſa obligationem eius cum effectu tollere. Minor autem declaratur, quia ius diuinum eſt, vt qui peccauit, & dum plane ſatisfecit tali pœna in Purgatorio afficitur, hoc autem ius magna ex parte immutatur quoties quis ab illa pœna abſoluitur, ergo ex iſtis expediuntur difficultates contra fundamentum primum poſitę, & obiectionis ſolutio patet. Reſpondebitur igitur ad obiectionem, indulgentias ſignificantes pœnæ debitæ Deo à peccatore relaxationem, ſiue condonationem, eſſe fidelibus debitas, ſtrictúmque ius ad illas habere, ex eo quia Theſaurum Eccleſiæ ex meritis infinitis, & ex operibus, & pœnis Chriſti Domini reſultantem, acquiſiuit nobis Chriſtus, voluítque à diuo Petro, & ſucceſſoribus fidelibus diſpenſare, quibus commiſiſſet diſtribuendum. Ad indulgentias verò, quæ actionem paſtoralis iuriſdictionis ex parte indulgentis dicunt, quia principaliter important voluntatem, & intentionem Chriſti, iuxta quam ſummus Pontifex operari tenetur, non habent fideles ſtrictum ius, nec eis conſequenter debitas, niſi tantùm modaliter, hoc eſt, ad modum quo communicatam habent ſummi Paſtores Petri ſucceſſores
21 poteſtatem indulgentias diſpenſandi à Chriſto. Quæ indulgentiarum diſpenſatio, in actu exercito, antequam ſuum ſortiantur effectum eſt poſitiua, & iuris poſitiui, vt docte ſatis annotauit noſter Corduba *de indulgentiis lib. 5. quæſt. 36. propoſit. 2.* ſupra qua habet poteſtatem directe illam reuocandi, declarandi, &c. licet à ſua propria poteſtate, quam de iure diuino habet, emanet.

22 Colligendum eſt ex his, quod indulgentia ex parte indulgentis authoritatiue eſt iuris diuini, diſpenſatiue verò iuris poſitiui, quia modus, ſub quo eſt diſtribuenda indulgentia, eſt de extrinſeca ratione actus, & eſt iuris poſitiui, nam iacet ſub iudicio Pontificis abſolute, vt declarauit Clemens VI. in illis verbis, *prout cum Deo expedire cognoſcerent*, qui concedendi modus, ſeu conditio poteſt variari, poſteaquam eſt facta indulgentiarum conceſſio, & conſequenter nullus conceſſionis actus: nam cauſa, qua hîc, & nunc mouetur ſummus Pontifex ad præſtandas fidelibus indulgentias, eſt aut Eccleſiæ vtilitas, honor Dei, vel animarum ſalus. Contingere autem poteſt, vt fideles ſpe veniæ, & pœnarum temporalium remiſſionis, quam per indulgentias conſequuntur, facilius peccẽt, à qua libertate peccandi verteretur in detrimentum graue tam ſalutis animarum, quàm Eccleſiaſticæ diſciplinæ indulgentiarum vſus, & modus concedendi vitiaretur aliquo modo, vnde ceſſante eius honeſtate & iuſtitia, fit nullus: & conſequenter cenſetur nulla indulgentiarum conceſſionis cauſa, ob id abſolute loquendo reuocabiles ſunt indulgentiæ; quæ reuocatio in mea ſententia eſt potius declaratio nullitatis indulgentiæ, quàm propriæ reuocatio, quia ſuperueniente aliqua extrinſeca conditione, vel circunſtantia, qua hîc & nunc iudicabit ſummus Paſtor non conuenire indulgentiæ iam conceſſæ effectus, tunc vel ſuſpenditur, vel declaratur nulla per modum reuocationis.



Dico igitur; indulgentię quocunque modo cunctis mendicantium, 23
vel non mendicantium Ordinibus ad tempus, aut in perpetuum conceſſæ, ſiue perſonales ſiue locales, aut reales ſint, reuocabiles ſunt, tam à ſummo Pontifice concedente, quam à ſucceſſoribus. Hæc aſſertio eſt communis omnium fere DD. eam habet Corduba *lib. 5. de indulgentiis quæſt.* 36. Suarez *tomo 4. diſput. 57. ſect. 1. num. 3. & ſect. 2. num. 5.* Bonacina *de indulgentiis diſp. 6. quæſt. 2. puncto primo num 6. & 7.* Nugnus *in additio. quæſt. 27. art. 4. §. eſt aliud dubium, ad finem* Reginaldus *lib. 7. num.* 159. Connichius *diſput. 12. dub. 12.* Filliucius *tract. 8. cap. 9. quæſito 6. num.* 239. Syluester *verbo indulgentia quæſt.* 21. Nauarrus *de indulgentiis notabili.* 31. Angelus *verbo indulgentia*, Geminianus, & alij *in cap. primo, de conceſſ. præbend. in 6.*

Suarez verò & alij probant hanc concluſionem ex eo, quia in- 24
dulgentiæ pendent à voluntate concedentis, quoad earum effectus; igitur tandiu durant, quandiu concedens voluerit durare: at conſtans, & indubitatum eſt ſummum Paſtorem poſſe valide, & licite reuocare indulgentias pro ſuo arbitrio; nam indulgentia eſt beneficium gratuitum, quod ſicut potuit negari, ita etiam poteſt non conſeruari iuxta illud commune axioma. Res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſoluitur.

Verumenimverò fundamentum hoc Doctiſſimi Suarez intentum non probat, nam ipſe Bonacina, & alij volunt ſummum Pon- 26
tificem indulgentias (vt eſt diſpenſator & diſtributor; non vt Dominus) concedere poſſe, ſic *diſput. 54. tomo 4. ſect.* 1. tunc ſic qui accipit bona à Principe diſtribuenda pauperibus, poſtquam alicui pauperi largitus eſt eleemoſynam, eam non poteſt reuocare, ſiue repetere à paupere; tum ratione donationis, etiam ſi res integra maneat, tum quia ipſe non eſt Dominus illius rei, ſed diſpenſator: tum denique, quia

quia conformandus eſt voluntati domini. At ſummus Pontifex concedit indulgentias, non vt Dominus, ſed vt diſpenſator, igitur indulgentiæ non pendent ab eius voluntate quo ad effectus, neque poteſt libere eas reuocare.

27 Secundò, cauſa rationabilis ideo neceſſariò requiritur ad hoc vt Pontifex validè valeat indulgentias concedere: quia ipſe non eſt Dominus indulgentiarum Theſauri, ſed tantum diſtributor, ob id non poteſt pro arbitrio rem ſibi commiſſam diſtribuere, niſi iuxta Chriſti Domini voluntatem, ex eodem Suarez *eadem diſp. ſect.* 2. Bonacina *diſp. 6. de indulgentiis puncto quarto quæſt.* 1. *propoſitione vnica num.* 1. igitur indulgentiæ quoad effectum non pendent à voluntate Papæ concedentis, nam illud indulgentiarum beneficium non eſt Papæ, ſed Chriſti Domini, Papa verò illius diſpenſator.

28 Tertio, quia ſtante cauſa rationabili, hoc eſt, vtilitate communi Eccleſiæ, honore Dei, animarum ſaluti (quæ eſt intentio Chriſti, & Sanctorum) Papa non poteſt negare indulgentias; igitur earum effectus abſolute non pendet ab eius voluntate. Conſequentia tenet. Antecedens probatur, nam voluntas rationabilis Chriſti Domini, & Sanctorum eſt, vt Theſaurus indulgentiarum ex eorum meritis conſtans ad vtilitatem communem Eccleſiæ, & Dei honorem ſit diſpenſandus; ergo his ſtantibus non poteſt aliter abſque peccato indulgentias non concedere; tum quia titulo iuſtitiæ ſummus Pontifex communi Eccleſiæ bono tenetur conſulere, & ea quæ communis boni executionem impediunt auferre, docet idem Bonacina *de cenſuris in Bulla Cœnæ Domini contentis, diſp.* 1. *quæſt.* 22. *puncto* 6. *propoſitione* 2. *num.* 4. Suarez *de pœnitentia, diſput.* 32. *ſect.* 1 *num.* 4. igitur Papa non poteſt abſque labe peccati negare indulgentias, ac proinde non pendet abſolute ab eius voluntate indulgentiarum conceſſio.

29 Probatur igitur efficaciùs noſtra concluſio. Primò, omnis actus paſtoralis iuriſdictionis quoad ſuum effectum pendet à Papæ voluntate; ſed indulgentia ex parte indulgentis (vt viſum eſt) eſt iuriſdictionis paſtoralis actus; igitur quoad ſuum effectum pendet à voluntate Papæ, conſequenter reuocabilis: quia ſemper effectus pendet ex formali, vel virtuali intentione eius. Maior probatur, nam omnis actus paſtoralis iuriſdictionis diſpoſitiue quoad proprium ſuum effectum eſt iuris poſitiui, ſupra quod eſt plena poteſtas ſummi Pontificis, qua illud tollere poteſt in totum, vel in partem; igitur omnis actus paſtoralis tam poteſtatis inferioris, quàm ipſiuſmet Papæ effectiue



pendet à ſummi Pontificis voluntate. Vltima conſequentia colligitur ex vſu frequenti Eccleſiæ, qui etiam in iure habetur, & ſumi poteſt ex *Extrauag. quemadmodum, de pœnit. & remiſſ. & in Clemen. dudum*, §. *nos autem de ſepulturis*, & quotidie fit in granis benedictis, & aliis ſimilibus.

Secundò probatur, diſpenſatio legis quocunque titulo debita, an- 30
tequam adimpleatur eius effectus, per ſe loquendo, eſt reuocabilis; igitur indulgentia ex parte indulgentis antequam eius effectus adimpleatur. Conſequentia tenet, nam ſunt eiuſdem paſtoralis iuriſdictionis actus. Antecedens quoad primam partem ſuppono in materia de legibus; vbi DD. probant diſpenſationem iuris, legis poſitiuæ eſſe aliquo titulo aliquando debitam ſubditis, ita Syluester *verbo diſpenſatio*, *quæſt.* 1. & communiter Canoniſtæ *in cap. at ſi Clerici, de adulteriis*, idem Abbas *in cap. conſilium, de obſeru. ieiunior. num.* 4. *& in cap. ex parte, de conſuetudine in fine.* gloſſa *in cap. diſpenſationes* 1. *q.* 7. eadem gloſſa *in cap. exigunt, eadem cauſa, & quæſt.* gloſſa *in cap. Domino ſancto diſt.* 50. *verbo neceſſe.* Sanctus Anton. 1. *part. titulo* 17. §. 20. Roſella *verbo diſpenſatio, num.* 4. Rodriguez *tomo* 1. *quæſt. reg. quæſt.* 24. *art. vltimo, in fine.* Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 10. *quæſt.* 1. Suarez *lib. 6. de legibus cap.* 19. *num.* 20. 21. *&* 22. Idem colligere videtur ex Tridentino *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de reformatione.* Quoad verò ſecundam partem, iam abundè probatum eſt in 3. diſputatione, vbi oſtendimus Papam reuocare poſſe priuilegia, & quaſcunque diſpenſationes, antequam eorum adimpleatur effectus, quocunque titulo debitas, etiam ſine cauſa, & validè; imò aliquando non ſolùm poteſt, ſed titulo iuſtitiæ ratione ſui muneris reuocare tenetur, vt nouiſſimè Bonacina *de cenſuris in Bulla Cœnæ Domini contentis, diſput.* 1. *quæſt.* 22. *puncto* 6. docet: ergo.

At reſpondebis paritatem negando, quia diſpēſationes quocunque 31
titulo debitæ, earúmque reuocationes ſunt merè iuris poſitiui, quod Papa poteſt in totum tollere, ſeu in partem reuocare; indulgentiæ verò ex parte indulgentis, voluntatem, & intentionem Chriſti Domini reſpiciunt, cui efficaciter conformare ſe debet ſummus Paſtor in earum conceſſione, ac proinde ad ius diuinum pertinent; idcirco Papa poſtquam indulgentias conceſſit, non poteſt reuocare. Verùm 32
hæc reſponſio non ſoluit argumentum, quia ſicut actus leges poſitiuas Canonicas ferendi, atque diſpenſandi ſunt ſummi Pontificis iuriſdictionis paſtoralis, ita actus indulgentias concedendi, etiam ex

parte obiecti, nam leges commune Eccleſiæ bonum, ſalutem animarum, & Dei honorem reſpiciunt, quemadmodum indulgentiarum conceſſiones, & æquè authoritatem ipſius, quam habet à diuino iure; ergo nulla eſt aſſignata paritas, tum etiam quia ſummus Pontifex aliquando poteſt ea, quæ ſunt iuris diuini, annullare, relaxare, ſiue diſpenſare, vt patet in voto, & iuramento, quæ ſunt adimplenda ex obligatione iuris naturæ, & diuini, & in matrimonio rato, quod iure diuino & naturali eſt indiſſolubile, & tamen Papæ authoritate aliquando annullatur, ſiue diſſoluitur; igitur nihil obſtat quòd ex eo, quia indulgentiarum conceſſio ad ius diuinum pertineat, à Papa non ſit reuocabilis. Conſequentia tenet. Antecedens probant, Sanchez *libro 8. de matrimonio diſput. 6.* Angelus *verbo Papa num. 4.* Azorius *lib. 6. cap. 1. quæſ. 5.* Guttierez *de matrimonio cap. 122. num. 1.* Bonacina *de legibus diſput. 1. quæſ. 1. puncto 2. num. 12.* Nauarrus, Felinus, Panormitanus, Decius, & alij Canoniſtæ communiter contra Suarez *lib. 2. de legibus, cap. 14.* negantem poſſe Papam in iure diuino aliquando diſpenſare, & nihilominus *tomo 4. de pœn. diſput. 53. ſect. 3.* contrariam habent opinionem; Vaſquez *diſp. 7. quæſt. 4* & probatur, nam ad regimen, & bonam animarũ gubernationem, aliquando conducit diſpenſatio in iis, quæ ſunt de iure naturæ, nec credibile videtur, ſummam, & infinitam Dei prouidentiam priuare homines remedio ad ſalutem animarum à Deo conducente, & eo maximè, quia continent humanam obligationem; ergo cadunt ſub poteſtate ſummi Pontificis.

33 Supereſt vt argumenta pro ratione dubitandi in principio huius capitis poſita ſoluamus.

Ad primum ex dictis patet ſolutio.

Ad ſecundum reſpondeo cum Corduba loco quo ſuprà, negando conſequentiam, non eſt enim ſimile. Dico igitur quòd antecedens ſolùm habet veritatem in bonis, quæ iam per talem donationem, in ius & dominium donatarij tranſierunt; quæ ex quo iam ſunt ſuum effectum ſortita, ſunt irreuocabilia; ac proinde concedimus, vt ſuprà dictum eſt, quòd indulgentia alicui conceſſa poſtquam eius effectus adimpletus eſt, vt puta quia virtute eius remiſſa ſunt, tanta, vel tanta pœna iuxta eius tenorem, non poteſt reuocari id quod iam remiſſum, & donatum eſt, ita quod remiſſum, & donatum non ſit, ſed quoad id quod non eſt remiſſum, & non eſt ſortita ſuum effectum talis indulgentia, poteſt ſuſpendi & reuocari, ne in poſterum ſuum





habeat effectum, & valorem, ex quo effectiuè non cenſetur facta donatio.

Ad tertium nego paritatem, & conſequentiam, quia gratia, & gloria eſt merces operis debita tali homini, ex ſuppoſitione decreti diuini: indulgentia verò ex parte indulgentis non eſt debita niſi modaliter, támque præmium de congruo datum, vel dandum pro opere pio, vt per eam homines alliceantur ad opera pia, licet ex ſuppoſitione voluntatis Chriſti Domini quod relaxationem pœnarum pro peccatis Deo debitarum, indulgentias fidelibus eſſe debitas docuimus ſuprà, in quantùm ipſis Chriſtus theſaurum acquiſiuit, & diſpenſandum reliquit. Quapropter ſecundùm quod indulgentia actus eſt iuriſdictionis, vt præmium de congruo dantis eſt reuocabilis, vt per aliam ſimilem homines alliciantur ad ſimilia opera. 34

Ad quartum reſpondeo inprimis negando maiorem propoſitionem, nam reſponſum eſt ſuprà in 3. diſputatione, priuilegia per modum contractus conceſſa eſſe reuocabilia, etiam ſine cauſſa ſecundum alios, quia licet de iure naturæ ſtare teneatur Princeps, & ſummus Pontifex ſuis contractibus; hoc tamen intelligendum eſt, quandiu ius naturæ obligat, ſiue quandiu ius naturale dictat non eſſe recedendum ab ipſis, ſiue quandiu non ſuboritur iuſta cauſſa ad illa reuocanda; ius námque naturale non ſemper obligat, ſed mutatis aliquando circunſtantiis deſinit obligare. Quamobrem circunſtantiis bene attentis ſunt priuilegia per modum contractus reuocabilia, vt ſuprà docui. Minor quoque falſa eſt, quia indulgentia eſt quædam liberalis remiſſio debitæ pœnæ pro peccatis, quæ licèt ad ſui conceſſionem requirat neceſſariò cauſam rationabilem, homines allicientes ad pia opera, vt ſunt eleemoſynæ, ieiunia, orationes, peregrinationes, & huiuſmodi; non ſequitur tamen quòd talia opera in pretium indulgentiæ facta cenſeantur; neque eis reſtituenda; tum quia fideles Chriſti ſatis præmij eſſentialis, & accidentalis à Deo receperunt, in re, aut in ſpe, pro illis piis operibus ab eis debitè factis, tum quia illa opera fuerunt vt meritum congrui pro præmio indulgentiæ: vt docet noſter Corduba *lib. 5. de indulgentiis, quæſt. 21.* ob id non ad modum contractus indulgentiæ conceduntur. 35

Ad vltimum reſpondeo negando conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt, quia omnes Chriſti fideles, ſunt ſummo Pontifici ſubiecti; Eccleſia nemini ſubditur niſi ſoli Deo, maximóque Paſtori, ac proinde priuilegia conceſſa à laïcis Eccleſię reuocari non poſſunt, ſtatim enim 36

ac priuilegium acceptatum eſt, vim habet, & ſuum operatur effe-
37 ctum. Hæc veritas de ſe patet, nam omnia Eccleſiaſtica bona iure
diuino libera, & immunia eſſe à poteſtate laïca, ita Syluester *verbo
immunitas* 1. *quæſt.* 4. Suarez *de immunitate lib.* 4. *cap.* 9. 11. *&* 15.
Azor. 1. *parte lib.* 5. *cap.* 12. *quæſito* 1. Ambroſinus *de immunitate ca-
pite* 16. *num.* 4. Bellarminus *in controuerſ de clericis cap.* 18. Filliucius
*tract.* 16. *cap.* 11. *quæſt.* 10. *num.* 316. Angelus *verbo immunitas num.*
33. Clauis Regia *lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 6. Valentia, Bonacina, *de cenſuris
contentis in Bulla Cœnæ diſput.* 1. *quæſt.* 20. *puncto* 3. & alibi ſæpe, &
alij quàmplures, quos refert Ceuallos *communium contra communes,
quæſt.* 550. *in tractatu de cognitione per viam violentiæ in proœmio ca-
pite* 15. *num.* 1. *in prologo. num.* 95. Farinac *de inquiſit. quæſt.* 8. *num.* 2.
*verſ. amplia primò,* Marta *de iuriſdict.* 2. *part. cap.* 6. Alterius *de cen-
ſuris diſput.* 16. *cap.* 2. Duardus *canone* 15. *in Bulla Cœnæ quæſt.* 18.
*num.* 6. *& ſequentibus*, & habetur *in cap. quamquam, de cenſibus, &
in cap. relatum* 11. *quæſt.* 1. *& in cap. nimis, de iure iurando*, ibi, *nimis
de iure diuino*, in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. *ſeſſ.* 9. *in Bulla
reformat. Curiæ* habentur hæc verba, *Cùm iure tam diuino, quàm hu-
mano laici poteſtas nulla,* &c. Cùm autem priuilegium Eccleſiæ con-
ceſſum, ab eáque acceptatum inter bona Eccleſiæ connumeratur, ſe-
quitur Principem laïcum non poſſe priuilegium Eccleſiæ conceſſum
reuocare; alioquin haberet poteſtatem ſuper Eccleſiaſtica bona, vt
benè notauit Suarez *lib.* 4. *de immunitate cap.* 30. *n.* 10. at indulgentia
conceſſa non habet inprimis vim priuilegij, ſecundò eſt ſub poteſta-
te ordinaria ſummi Paſtoris, conſequenter per eum reuocabilis.

## Caput III.

*Summus Pontifex poteſtne indulgentiam reuocare per ſolum
actum interiorem?*

1 REſpondeo ſummum Pontificem per ſolum actum interiorem
contrariæ voluntatis reuocare poſſe omnes, & quaſcunque in-
dulgentias: hæc aſſertio patet, nam indulgentia in quantum eſt iu-
riſdictionis paſtoralis actus ſub humana poteſtate, quoad efficaciam,
& effectum, pendet à ſummi Pontificis voluntate; igitur per actum





contrariæ voluntatis internum ceſſat efficacia, & indulgentiarum ef-
fectus. Inſuper Papa concedens indulgentiam per actum exterio- 2
rem ſine interna intentione nihil concedit; igitur ſolus actus con-
trariæ voluntatis internus ſufficit ad indulgentiarum reuocationem;
peccaret nihilominus Pontifex ſi hoc faceret; nam eſſet grauis illu- 3
ſio, & Eccleſiæ deceptio; & ideo nunquam faciunt ſine expreſſa ex-
terna reuocatione, ſiue per ſpecialia, ſiue per generalia verba, quæ
ſufficere poſſunt ad voluntatem explicandam, neque volunt etiam
habere effectum, ſaltem vſque ad ſufficientem promulgationem, quia
oppoſitum eſſet nimis durum.

Sed obiicies, Papa non poteſt concedere indulgentiam per ſolum 4
actum interiorem; ergo nec reuocare. Antecedens patet quia oppo-
ſitorum eadem eſt ratio: ad hanc obiectionem reſpondit Suarez *diſ-
put.* 57. *ſect.* 2. *n.* 10. *tomo* 4. *de pœnit.* negando conſequentiam; non enim
eſt ſimile quia conceſſio vtrumque requirit, voluntatem, & actum ex-
teriorem, & ideo altero horum ſublato, aufertur conceſſio; ad reuoca-
tionem verò tantùm ſufficit actus internus voluntatis reuocantis; quia
facilius eſt deſtruere, quàm conſtruere, & quia bonum ex integra
cauſa conſurgit, malum verò ex quocunque defectu.

Verumenimverò hæc reſponſio Suarez mihi non probatur, ſuæ 5
námque doctrinæ, quam ipſemet hinc, inde docuit, contradicit, vt
ſtatim erit dicendum, quam ſic impugno: conſeruatio indulgentiæ
quoad effectum, & efficaciam à ſolo voluntatis actu indulgentis pen-
det, igitur indulgentiæ conceſſio à ſola ſummi Paſtoris voluntate, &
non ab opere extrinſeco pendet, quoad effectum formalem. Ante-
cedens docuit idem Suarez *eadem diſput. ſect.* 1. *num.* 3. Conſequen-
tiam probo.

Conſeruatio, & indulgentiæ conceſſio eiuſdem ſunt rationis 6
formalis, & dependentiæ; igitur quemadmodum ad conſeruandam
conceſſam indulgentiam non requiritur actus externus indulgentis,
ſed tantùm ſolus voluntatis actus, ita ad eiuſdem conceſſionem ſuf-
ficit actus voluntatis in mente retentus, abſque vllo extrinſeco actu.
Antecedens probatur, quia indulgentiæ conceſſio in ratione cuiuſ-
dam gratiæ, inquit Suarez *ſecunda ſectione num.* 6. ſemper eſſentia-
liter pendet à voluntate præciſe concedentis, at conſeruatio indul-
gentiæ eſt huiuſmodi; igitur conſeruatio indulgentiæ, & eiuſdem
conceſſio ſunt eiuſdem formalis rationis, & dependentiæ.

Præterea actus exteriùs ad aliud non cognoſcitur eſſe neceſſarius, 7

niſi vt concedentis voluntas declaratur, ex tali, puta, opere pio ſe velle Chriſti fidelibus concedere indulgentias: at non eſt de indulgentiæ conceſſionis eſſentia talis declaratio; igitur nec actus exteriùs declaratiuus. Conſequentia tenet. Minor probatur, tùm quia res in partes, ex quibus conſtat, ſemper reſoluitur, ſecundum illud axioma, Res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem reſoluitur; ſed poteſt conceſſio indulgentiæ reſolui in actum oppoſitum voluntatis concedentis: ſolùm igitur per talem tantùm actum conſtare poteſt. Conſequenter non eſt de eſſentia cōceſſionis actus declaratiuus exterius, tùm quia ſicut in reuocatione indulgentiæ ad hoc vt reuocatæ cenſeantur, non requiritur actus exteriùs declaratiuus voluntatis ſummi Pontificis reuocantis; ſic ad conceſſionem; neque aliquid valet illud Suarez, ex eo, quia facilius res deſtruitur, quàm conſtruitur, non probat actum exteriorem neceſſarium eſſe ad conceſſionem indulgentiæ, tanquam quid eſſentiale, ita vt eo ablato (vt ipſe affirmat) conceſſio indulgentiæ ſit nulla.

8 Mihi reſpondendum eſſe videtur, poſſe ſummum Pontificem per ſolum actum ſuæ voluntatis in mente retentum Chriſti fidelibus indulgentiam concedere: hanc aſſertionem veriſſimam in omni opinione exiſtimo, ſuppono igitur opinionem ſancti Thomæ *in quarto ſent. diſt. 20. quæſt. 1. art. 3.* quem aſſequutus eſt Durandus *in 4. diſ. 20. quæſt. 3.* Paludanus *quæſt. 4.* Adrianus *in 4. ſent. quæſt. de indulgentiis* Sylueſt. *verbo indulgentia* §. 3. & 4. Sanctus Antoninus *prima*
9 *parte titulo* 10. *cap.* 3. & alij indulgentiam nempe eſſe ſolutionem, ſiue diſtributionem de ſatisfactionibus Chriſti, Sanctorúmque exiſtentium in Theſauro Eccleſiæ, vnde ad tertium argumentum ponens diſcrimen inter abſolutionem ſacramentalem, & indulgentiam, inquit, quod abſolutio Sacramentalis eſt diminutio reatus: & hic effectus, aſſerit, non inducitur per indulgentias, ſed pro eo dans indulgentias ſoluit pœnam, quam debebat de communibus Eccleſiæ bonis: hac ſuppoſita doctrina, ſic ad mentem diui Thomæ, probo meā concluſionem: Indulgētia eſt ſolutio quędam debiti, quę non habet effectū remittēdi pœnas niſi quatenus per eam applicatur de Theſauro Eccleſiæ tāta quantitas ſatisfactionis, quanta neceſſaria eſt ad cōdignam ſolutionem. At hęc applicatio, ſiue diſtributio poteſt fieri per ſolum actum voluntatis indulgentis in mente retentum: igitur indulgentia concedi poteſt per ſolum actum internū voluntatis. Conſequentia tenet, probata maiori, & minori; maior igitur cōſtat ex



ex diffinitionibus Clementis VI. *in extrauag. Vnigenitus.* & Leonis
X. *in bulla contra Lutherum.* Minor probatur, nam certum, & indu- 10
bitatum eſt apud omnes, quòd quando in Miſſæ Sacrificio vnus pro alio ſoluit, quod ex opere operato pœnam remittit, ſoluit per ſolam applicationem actus voluntatis in mente retenti, illud ſacrificium applicando: & non per aliquem actum exteriorem; igitur conceſſio indulgentiarum, quæ eſt quædam ſolutio debiti par ſolum actum voluntatis interiorem, fieri poteſt à ſummo Paſtore, diſtribuente, & applicante ex Theſauro Eccleſiæ per eam tantam quantitatem, quanta eſt neceſſaria ad condignam ſolutionem.

Secundum alios DD. quibus placuit indulgentiam eſſe ſimul ab- 11
ſolutionem per modum ſententiæ à pœna debita, & ſolutionem, quia hęc duo iuxta eos non repugnant in eodem actu; nam poteſt fieri poteſtatiue coniungendo abſolutionem cum ſolutione, eo magis quando ipſamet forma ſolutionis eſt per modum iudicij, & ſententiæ, vt contingit in Sacramento pœnitentiæ, oſtenditur noſtrum aſſertum. Quia ſummus Pontifex ſi per ſeipſum Chriſti fidelium ſuorum peccatorum audiret Sacramentalem confeſſionem, poteſt vtique iudicialiter, & per modum ſententiæ abſoluendo eos à culpa, per ſolum actum voluntatis internum in mente retentum, ex iuſta, & rationabili cauſſa remittere, & relaxare, vel totam pœnam vel partem debitam Deo pro peccatis per applicationem indulgentiæ; ergo ſummus Pontifex poteſt per ſolum actum internum voluntatis Chriſti fidelibus præſtare indulgentias.

Suarez verò *diſput. 49. ſect. 4. num. 10.* Bellarminus *lib. 1. de indul-* 12
*gentia cap. 5.* contendunt indulgentiam eſſe abſolutionem, id eſt, efficacem remiſſionem pœnæ immediate per voluntatem, & declarationem vicarij Chriſti vtentis poteſtate iuriſdictionis ſibi à Chriſto conceſſa. Secundum hanc doctrinam non caret ſua veritate noſtra concluſio. Papa iuſta, & rationabili exiſtente cauſſa, per ſolum actum internum ſuæ voluntatis poteſt ſibi ſoli concedere indulgentias: ergo poteſt & alijs Chriſti fidelibus. Conſequentia eſt euidens in omni ſententia, nam omnes fatentur Papam poſſe lucrari indulgentiam ab ipſomet conceſſam, ſiue primariò, ſiue ſecundariò, ſiue per comprehenſionem; ergò à contrario ſenſu ſequitur conſequentia, quia ſibi concedit indulgentias quia fidelibus indulſit; igitur ex eo, quia ſibi poteſt per ſolum actum internum indulgentias concedere, poteſt & aliis, Antecedens probatur quoad ſecundam partem, in

in qua eſt tota difficultas, quia licet verum ſit Papam qui indulgen-
tiam generaliter concedit poſſe ſibi lucrari, vt paulo ſuperiùs dictum
eſt, & docet ſanctus Thomas *in 4. diſt.* 20. *art.* 5. *quæſt.* 4. Paludanus
*ibi quæſt.* 4. *art.* 3. ſupplementum Gabriel. *diſt.* 45. *art.* 7. *concl.* 7. Ricar.
*in quarto diſ.* 20. *art.* 4. Auguſtinus de Ancona *lib. de poteſtate Eccle-
ſiæ quæſt* 29. *art.* 2. Suarez *diſp.* 52. *tomo* 4. *ſect.* 1. Corduba *lib.* 5. *de in-
dulgentiis quæſt.* 13. Bonacina *loco citato*; Geminianus *in cap. indul-
gentiæ de pœnit. & remiſſ. in 6.* Calderinus *in cap. noſtro. de remiſſione*,
& communiter Summiſtæ *verbo indulgentia*, nihilominus, circa par-
ticipationis modum, ſeu indulgentiam non conueniunt: nam alij vo-
13 lunt, ſummum Pontificem participare indulgentiam in quantum
dat alteri facultatem ſibi concedendi indulgentiam prout expedire
cenſuerit, quia indulgentia cùm actus ſit iuriſdictionis quem nemo
in ſeipſum exercere velit.

14 Alij verò reprehendunt hunc dicendi modum, quia putant ne-
minem poſſe committere iuriſdictionem in ſeipſum, neque ſum-
mum Pontificem illam dare etiam in Sacramento pœnitentiæ: ac
proinde docent conceſſionem generalem indulgentiæ duplicem ha-
bere rationem, vna eſt quatenus directe fertur in ſubditum, quo mo-
do eſt iuriſdictionis actus, & vera abſolutio alia eſt quatenus parti-
cipatur ab ipſomet concedente, & vt ſic non eſt actus iuriſdictionis,
neque abſolutionis, ſed pura Theſauri applicatio, ita Nauarrus *in
15 comment. de Iubileo notabili* 20. *num.* 11. Alij dicunt Papam per redun-
dantiam indulgentiam participare, inquantum videlicet indulgen-
tiæ conceſſio directe fit communitati, redundat verò in ipſum con-
cedentem, tanquam in partem, & caput viſibile Communitatis,
hunc dicendi modum maxime videtur approbare diuus Thomas,
& alij DD. ſuprà citati, iuxta quem ad fundamentum poſitum pro
prima opinione dicendum eſt actum iuriſdictionis, & abſolutionis
directe nemo poteſt in ſeipſum exercere: poteſt tamen dum circa
alios exercetur, fructus eius participari ab ipſomet concedente, ſeu
exercente actum talis iuriſdictionis, non quidem per modum iudi-
ciariæ abſolutionis, ſed tantùm per modum diſpenſationis, ſeu ap-
16 plicationis theſauri. Alij diſtinguunt de indulgentia, quam triplicem
eſſe volunt. Prima abſolute ſumpta, & proprie dicitur indulgentia,
quæ eſſentialiter, & principaliter eſt remiſſio, vel abſolutio pœnarum,
quam ſummus Pontifex per modum iudiciariæ abſolutionis conce-
dit Chriſti fidelibus viuentibus. Alia eſt per modum ſuffragij, &

hęc



hæc tantùm defunctis conceditur per viam communicationis, & diſ-
penſationis theſauri indulgentiarum. Tertia indulgentia eſt per viam
participationis de communi theſauro indulgentiarum ſuæ authori-
tati commiſſo; eſſentia, & principalis ratio huius indulgentiæ conſi-
ſtit in participatione, & vſu prædicti theſauri ſibi commiſſi, & aliis
communicati, hanc indulgentiam eſſe propriam ſummi Pontificis, &
Prælatorum habentium authoritatem concedendi indulgentias, vo-
lunt, vt per hanc viam poſſint eas ſibi acquirere abſque eo quòd ſuam
alteri committant authoritatem, vt ipſis concedant indulgentias,
quas ipſi aliis concedunt, ita Corduba noſter *lib.* 5. *de indulgentiis,
quæſt.* 13. §. *quæ aut iſtarum opinionem.* Et tandem alij, vt Pater Sua- 17
rez *diſput.* 52. *ſect.* 1. *num.* 19. Bonacina *de indulgentiis* Filliucius, Re-
ginaldus ſuprà citati docent nobiſcum, Papam poſſe ſibi ipſi ſoli con-
cedere indulgentiam. Suppoſita igitur hac egreſſione quàm maximè
neceſſaria ad explicandum, probandúmque noſtrum antecedens, ſi
ſummus Pontifex ſibi ſoli per ſuum actum internum non poteſt con-
cedere indulgentias, aut eſt ex defectu poteſtatis, aut ex parte actus:
ſed à neutro iſtorum; igitur. Maior patet à ſufficienti diuiſione. Mi-
nor probatur manifeſtè quoad primam partem ex doctrina ſuprà po-
ſita, & ab omnibus recepta, quòd Papa poteſt lucrari indulgentiam
à ſe conceſſam; nam hic effectus ſupponit neceſſariò poteſtatem ad
illum efficiendum aliquo modo in ſeipſo. Vnde qui dicunt poſſe Pon-
tificem delegare iuriſdictionem hanc ſuo Confeſſori, admittunt il-
lam habere. Similiter qui volunt poſſe in vniuerſali conceſſione in-
dulgentiæ ſeipſum comprehēdere, ſupponunt vel poteſtatem diſpen-
ſandi theſaurum, vel iuriſdictionem abſoluendi, hoc modo non eſſe
limitatam ad alios, ſed extendi etiam ad ſe; ergo ad hunc effectum
non deeſt poteſtas, & iuriſdictio. Quoad ſecundam partem proba- 18
tur, quia ex parte actus non repugnat, quia non eſt talis entitatis, qui
per ſe & intrinſecè requirat diſtinctionem perſonarum agentis, & pa-
tientis, ſeu concedentis, & lucrantis indulgentiam; igitur non repu-
gnat exerceri ab eodem circa ſeipſum; & conſequenter non repu-
gnat datam eſſe poteſtatem, & iuriſdictionem ad huiuſmodi actum.
Antecedens probatur, quia ex generali ratione actus iuriſdictionis 19
non repugnat exerceri ab eodem circa ſe, & per ſeipſum; nam Ponti-
fex rationabili ex cauſa poteſt ſecum diſpenſare in lege humana, & ali-
quando in lege diuina, vt in voto, quia non debet eſſe deterioris con-
ditionis, vt careat in terris diſpenſatore, ſicut caret ſuperiore; neque

Nn etiam

etiam eſt ius aliquod, vel ratio ſufficiens illum obligans ad hæc exercenda per alium, & non per ipſum; igitur. Quod optimè declarari
20 poteſt ex *cap. per venerabilem, Qui filij ſunt legitimi*, vbi Innocentius III. ait, poſſe Regem, qui in temporalibus ſupremus eſt, cum filiis diſpenſare, eos legitimando in ordine ad temporalem hæreditatem,
21 & alias dignitates ſeculares, illa enim eſt virtualis quædam cum ſeipſo diſpenſatio, non ſolùm quia filius eſt aliquid Patris, ſed etiam propter correlationem diſpenſando cum filio, vt poſſit eſſe hæres diſpenſator cum Patre, vt poſſit illum hæredem inſtituere, atque ibi adducitur ratio, quia non diſpenſat vt Pater, ſed vt Rex, nam etiam in naturalibus vt ſub diuerſis rationibus idem ſit agens, & patiens;
22 multo magis in moralibus non repugnat, vt eadem perſona, ſecũdùm diuerſas rationes diuerſa hæc munera, ſeu iura ſortiatur, vt patet ex *cap. à collatione, de appellationibus in 6.* vbi habetur caſus expreſſus. Sic ergo in præſenti dicendum eſt, quòd licet eadem perſona diſpenſet, tamen ſecundùm diuerſam poteſtatem, & dignitatem: nam diſ-
23 penſat vt Papa, & diſpenſatur vt homo, qui eſt ſub Pontificis poteſtate, quemadmodum ſunt omnes alij Chriſti fideles. Manifeſtum autem eſt, talem diſpenſationem eſſe iuriſdictionis actum; igitur ex tali communi ratione actus non requirit perſonarum diſtinctionem.

24 Fortaſſe reſpondebis, quòd licet ex parte generalis rationis actus iuriſdictionis non requiratur perſonarum diſtinctio vt exerceri poſſit; requiritur nihilominus ex parte talis actus ſpecialis ex ſua propria formaliſſima ratione, indulgentiæ ſcilicet: nam hæc concedenda eſt ſubditis per modum abſolutionis, & iudiciariæ ſententiæ, quæ po-
25 ſtulat iudicem & reum. Contrà per te conceſſum eſt, actus iuriſdictionis in ſua generica ratione, vt exerceri poſſit, non requirit perſonarum diſtinctionem agentis videlicet, & patientis; ergo neque ex ſpeciali ratione indulgentiæ erit ſemper neceſſaria perſonarum diſtinctio. Conſequentia patet, nam per hunc actum non fit Sacramenti collatio, vt ob eam cauſam neceſſaria ſit miniſtri diſtinctio; neque intercedit coactio aliqua, vt per ſe notum eſt, ex cuius ratione opus ſit talis diſtinctio, neque denique eſt hic talis actus iuriſdictionis, aut ſententiæ, vt requirat formam iudicij, in quo accuſatio, & probatio, & ſimilia præcedant, vt docuit Suarez *tomo 4. de pœnitentia, diſput. 49. ſect. 4. num. 10. in finem.* Denique non inficit, quòd indulgentia ſubdito concedi debet, quia hoc ipſo, quòd alium ſuperiorem non habet,



habet, ſuæ dignitatis ſubditus eſt, vt dictum eſt paulo antea, quapropter vt ſubditus participare poteſt actum à ſua poteſtate manantem; igitur eſt ſuperior vt Papa, & ſubditus vt homo, & peccator; ergo poteſt iuriſdictionem concedendi indulgentias in ſeipſum exercere, quæ alio ſpeciali titulo non poſtulat perſonarum diſtinctionem.

Ex hoc facilis eſt probationis ſecunda principalis antecedẽtis pars, 27
quia etiam non repugnat ex parte actus, quatenus interni: nam ad concedendam indulgẽtiam aliud non requiritur iuxta Suarez doctrinam *diſput. 52. num. 22.* niſi prudens quoddam iudicium de ſufficienti cauſa ad concedendam, ſuppoſita poteſtate concedentis, & capacitate, ac indigentia eius cui conceditur: at hæc omnia certum eſt ad actum interiorem intellectus pertinere, & non actum externum, igitur non repugnat ex parte actus in quantum externus, Papam poſſe ſibiipſi ſoli concedere indulgentiam; nam poteſt ſibi opera aliqua pia imponere per ſolum internum actum, iuſta ſuppoſita cauſa, ex quibus licitè poteſt concedere, & lucrari indulgentiam. Solent DD. hîc aliqua adducere argumenta contra primam partem antecedentis principalis, quæ ſoluuntur à Corduba *lib. 5. de indulgentiis quæſt. 13.* & Suario *loco quo ſuprà num. 23. & 24.*

Ad argumentum igitur reſpondendum eſt negando antecedens, 28
& conſequentiam, nam probatum eſt, Papa ſicut ipſi ſoli per actum interiorem ſolùm concedere poteſt indulgentiam, ita non eſt etiam negandum, poſſe aliquando aliis fidelibus, ſi iuſta extiterit cauſa, & ſalus animarum expopoſcerit.

## CAPUT IV.

*An ad licitam, & validam indulgentiarum reuocationem iuſta, & honeſta requiratur cauſa?*

PAter Suarez *tomo quarto de Pœnitentia, diſput. vltima num. 6.* ſu- 1
ſtinet Papam licitè, & validè poſſe omnes, & quaſcunque indulgẽtias reuocare, etiam ſine aliqua ſpeciali cauſa, quę honeſtet reuocationis actum; cognoſcit tamen finem aliquem eſſe neceſſarium, qualis requiritur ad honeſtatem cuiuſque actionis humanæ ex obiecto indifferentis. Quam ſententiam ſequuntur Reginaldus, Bonacina, Filliucius, & alij quos in ſecundo capite huius quæſtionis citauimus;

huius opinionis fundamenta ſunt, quia indulgentia eſt quoddam
2 gratuitum beneficium, quod à principio poteſt abſque alia cauſa li-
citè negari; igitur poſtea etiam poteſt licitè reuocari ſine cauſa, quia
hoc nihil aliud eſt non conſeruari, vel non dari pro tempore futuro,
3 etiam ſi pro præterito datum fuerit. Secundò, qui conceſſit indul-
gentiam non ſe obligauit ad illam conſeruandam; ergo tam liberè
poteſt non conſeruare, ſicut potuit non dare. Tertiò, quia per con-
4 ceſſionem indulgentiæ perpetuæ nullum ius acquiritur illi, cui con-
ceditur, ſed ſemper manet in tatione cuiuſdam gratiæ pendentis ex
voluntate concedentis, & ideo nulla fit iniuria alteri, neque impo-
nitur grauamen contra iuſtitiam, vel aliam virtutem, etiamſi hoc
fauore priuatur, ex ſola voluntate, abſque alia cauſa. *ſub num.* 7. po-
ſtea idem Suarez limitat, & reſtringit ſuam ſententiam; nam per ac-
cidens, inquit, poteſt hæc reuocatio eſſe illicita, ſi abſque cauſa fiat,
licet per ſe loquendo ſit licita, vt ſi concedens indulgentiam promi-
ſit ſe non reuocaturum, nam promiſſio illa honeſta eſt in eo ſenſu,
quòd ſaltem ſine cauſa non fiet reuocatio; obligat ergo ſaltem ex fi-
5 delitate quadam. Secundò, ſi talis indulgentia creditur eſſe valdè
fructuoſa animabus; nullúmque nocumentum afferre; nam tunc pro-
fectò alienum eſſet à charitate Paſtoris illã reuocare ſine cauſa, quan-
6 do vtrumque illorum experimento compertum eſt. Tertiò exco-
gitari poteſt caſus in quo vſus indulgentiæ ſit iam inchoatus, & ideo
videtur aliquo modo ius acquiſitum vt non poſſit ſine magna cauſa
reuocari, vt v. g. ſi Iubileus conceditur, & quis ieiunauerit, eleemo-
ſynam fecerit, cõfeſſus fuerit, vel cœperit illa opera facere, hec ipſe vi-
detur acquiſiuiſſe ius, vt non reuocetur gratia Iubilei, priuſquam illa
opera perficiat, & indulgentiam conſequatur. Hæc Suarez, ex qua
doctrina colligere libet ab extrinſeco ſaltem neceſſariam eſſe cauſam
ad indulgentias reuocandas: imò in caſu excogitato, etiam ab intrin-
ſeco ſine cauſa non poſſit reuocari, quamuis ex ſuppoſitione negare
cogatur, non eſſe verè ius acquiſitum, ſed tantùm ex quadam fide-
litate, & tacita promiſſione in illo caſu eſſet illicitum huiuſmodi ho-
minem indulgentia defraudare, niſi vrgens cauſa vrgeret ad vniuer-
ſalem eius reuocationem.

7 At his non obſtantibus, ſit noſtra vera concluſio. Summus Ponti-
fex ſine iuſta, & rationabili cauſſa poteſt valide, ſed non licite reuo-
care indulgentias, à ſe vel à ſuis prædeceſſoribus conceſſas: ita ſen-
tire videtur Corduba noſter *lib.* 5. *de indulgentiis quæſt.* 36. & com-
muniter



muniter DD. *in cap.* 1. *de conceſsionibus præben. lib.* 6. Geminianus
*ibidem*, Sylueſter *titulo Gratia*, §. 2. Angelus, Roſella apud Cordubam,
neque eam negare poteſt Suarez: nam ex propriis eius dictis faci-
lè conuincitur: & primò beneficium quodcunque gratuitum à
ſummo Pontifice ſubdito conceſſum omnibus extrinſecis circum-
ſcriptis circunſtantiis ſine iuſta & honeſta cauſa non poteſt licite
reuocari: at indulgentia eſt quoddam gratuitum beneficium fideli-
bus Chriſti conceſſum à ſummo Paſtore; igitur circunſtantiis omni-
bus extrinſecis circumſcriptis non poteſt licite reuocari. Conſe-
quentia eſt euidens contra Suarium. Nam maior, & minor ex cõceſſis
procedunt: nam *lib.* 8. *de legibus cap.* 37. *n.* 10. reſpondens ad quandam
obiectionem contra ſe factam, hæc habet. Secundò poteſt intelligi
(puta poſſe reuocare) vt etiam licite fiat, & ſic neceſſaria eſt quidem
aliqua honeſta cauſa, vt reuocatio decenter fiat; quia non decet Prin-
cipem reuocare priuilegium à ſe conceſſum, nulla noua inſurgente
cauſa, argumento *cap. decet. de regulis iuris in* 6. *& cap. ſuggeſtum,
de decimis.* Vnde ſi Princeps id faciat, actus profecto non erit vndi-
que honeſtus, quia indecenter operari aliqua culpa eſſe videtur, ſal-
tem venialis: ex hoc verò ſolo capite nunquam erit mortale; ſecus
verò eſſe poteſt ratione ſcandali; igitur ab intrinſeco Papæ benefi-
cium eſt irreuocabile, nulla cauſa iuſta & honeſta exiſtente. Minor
verò argumenti eſt ipſiuſmet Suarez *diſp.* 57. *tomo* 4. *de pænitentia
ſect.* 2. *num.* 6.

Secundò in propria lege diſpenſare ſine iuſta & honeſta cauſa eſt 8
intrinſece malum, & lethaliter peccaret Princeps ſi priuilegium po-
ſitiuæ ſuæ legis diſpenſatiuum alicui concederet, contra iuſtitiam
non ſolum diſtributiuam, verum & commutatiuam, docet Suarius
*lib.* 6. *de legibus cap.* 18 *num.* 10. igitur eadem cauſa iuſta & honeſta
permanente erit intrinſece malum tale priuilegium reuocare, nam
ex eo quòd aliqua iuſtitia præceſſit ad concedendum priuilegium
tale; priuilegiarius aliquod ius ad illud acquiſiuit. At indulgentia 9
eſt quædam iuris diuini diſpenſatio, vt ipſemet Suarez voluit *diſ-
put.* 53. *de indulgentiis ſect.* 2. *num.* 5. *in fine.* igitur ex eo quod requi-
ritur rationabilis, & honeſta cauſa ad indulgentias diſpenſandum
ea remanente contra rationem, & æquitatem videtur ſine cauſa eas
reuocare, erítque malum ab intrinſeco: quia ille cui conceſſa eſt in-
dulgentia aliquo modo ex vi conceſſionis iuſtæ vt ſic, habet ius ad
illam, vt erit ſtatim dicendum; ergo ad licitam indulgentiarum

reuocationem neceſſaria eſt honeſta ſaltem cauſa.

10 Atque ita ſentire videtur Don Marius Cultelli Siculus Catanenſis in reſolutione controuerſiarum inter Siculos Inquiſitores, ac ordinarios magiſtratus, *adnotatione vltima de Commiſſario ac Miniſtris ſanctæ Cruciatæ, enunciatione 2. num. 207.* putat enim quòd cauſis, pro quibus ſummus Pontifex Bullæ Cruciatæ indulgentias conceſſit, durantibus non poſſit reuocare; imò titulo iuſtitiæ tenetur eas conſeruare, vt ſibi contrarius aliquibus congruentiis ex titulo ſummi Pontificis deſumptis, probare conatur: nam (licet nobiſcum conſentiat) doctus iſte vir *in enunciatione prima num. 204.* hæc habet, ſummo Pontifici, vti Eccleſiæ Capiti; Petrique ſucceſſori ex vi clauium, ſpectat indulgentiarum ærarium, inæſtimabiliſque theſaurus meritorum Chriſti diſpenſatori, vt docet ſanctus Thomas *in 4. ſent. diſtinct. 29. art. 3. in corpore*, quam vt veritatem Catholicam confirmauit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de indulgentiis*; poteſt verò largitiones iſtas qualibet ex cauſa motus fidelibus conferre pro arbitrio, in quo valde reprehendendus eſt, (ſicut & in aliis quamplurimis in toto illo tractatu notatis, in quibus de ſupremi capitis, ac Ordinariorum Eccleſiaſtica iuriſdictione loquens, ſummo opere Chriſtianam modeſtiam, & reuerentiam deſiderauimus) contradicit quippe non ſolùm communi, ac generali Theologorum concluſioni, quam docuerunt Albertus Magnus *in 4. ſent. diſtin. 20. art. 17.* Sanctus Bonauentura *ibidem quæſt. vltima*, Riccardus *ibidem art. 3. quæſt. 1.* Adrianus *in materia de indulgentiis concluſ. 2.* Auguſtinus de Ancona *lib. de poteſtate Papæ quæſt. 30. art. 3.* Caietanus *in opuſc. de indulgen. quæſt. 1. & 2.* Corduba *quæſt. 20. lib. 5. de indulgentia*, Suarez *diſp. 14. ſect. 3. num. 8. §. vltima ſententia præfertur*, Bonacina, & & alij; verùm etiam determinationi ſummorum Pontificum, Clementis VI. *in extrauag. vnigenitus, de pœnitentia & rem.* Leonis X. *in epiſtola contra Lutherum*, Martini V. *in Concilio Conſtantienti ſeſſ. vltima*, quia ſummi Paſtores determinant non ſufficere quamlibet cauſam ad indulgentias concedendas, ſed honeſtam, rationabilem, ac iuſtam, neceſſariam, effectui proportionatam agnoſcunt, vt docte Pater Suarez *loco citato num. 6.* oſtendit.

11 Nec minus ex eiſdem verbis eius inconſtantia conuincitur: quia ſummus Pontifex ſi pro ſuo arbitratu qualibet ex cauſa motus conferre poteſt indulgentias; igitur ſicut à principio Cruciatæ largitiones potuit concedere, ita potuit negare, quia nullam cauſam Pon-

tificem



tificem cogentem admittit, vt eius ſubſequentia verba demonſtrant. Nullis enim ait regulis reſtricta fuit conceſſio apud *Matthæum cap. 16.* dum dixit, *quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis*, niſi tantùm vinculis charitatis præpoſito exemplo eius, qui ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & reuocationis Spiritus ſancti, quem effundit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum, vt ait Apoſtolus *ad Titum 3.* non enim ei imputabitur ad iniuſtitiam, ſi modum in hac
materia indulgendi non ſeruet; ergo ſicut eiſdem cauſis à principio 12
exiſtentibus potuit Pontifex negare prædictas Cruciatæ Bullæ indulgentias, eiſdem permanentibus poſtea valide reuocare poteſt, prout argumentatur Suarez contra nos. Neceſſario igitur, vt pro noſtra opinione hanc fateamur ſententiam, altera enunciationum eſt corrigenda: vel prima, Pontificem teneri aliquo modo titulo iuſtitię, Chriſti fidelibus indulgentias largiri affirmando; aut ſecunda, non negando; quibus cauſis motus ad præſtandum indulgentiarum beneficium permanentibus poſſe valide; quamuis non licite bullam Cruciatæ reuocare, vt docuimus cùm de reuocatione priuilegiorum per modum contractus conceſſorum egimus.

Tertiò probatur noſtra concluſio, quia omnis donatio, etiam gra- 13
tuita, à Principe facta ſubdito, regulariter loquendo, eſt irreuocabilis: at indulgentiarum conceſſio alicui facta, eſt per modum ſimplicis donationis; igitur eſt irreuocabilis ſaltem ſine iuſta & legitima cauſa. Conſequentia tenet. Maior probatur, tum ex generali ratione; contractúſque reſcindi non poteſt altero contrahente renuente: at donatio eſt contractus quædam ſpecies, vt ex Baldo, Felino, & alijs oſtenſum eſt; igitur non eſt reuocabilis. Maior patet per *l. ſi pecuniam, ff. de condiction. ob cauſam*, ita Azorius *lib. 11. cap. 8. quæſito 1.* Rebellus *lib. 18. quæſt. 9.* Molina *diſput. 285.* Filliucius *tract. 34. cap. 5. num. 124.* Bonacina *de contractibus*, & alij tum etiam ratio- 14
ne ſpecialis donationis, quæ ex eo quòd eſt à donatario acceptata, inducit obligationem in donante, & donatario acquiritur ius ad ipſam donationem ita *in l. Senatus ff. de donationibus*, ac proinde ſi Princeps alicui donationem fecit quocunque gratuito titulo, etiam de re, quæ poſſeſſionem non inducit, neque formale dominium, donationem reuocare non poteſt, niſi vrgente iuſta, & honeſta cauſa, ita tenent Panormitanus, Felinus, Decius Archidiaconus, & alij *in cap. nouit, de iudiciis*, Suarez *de legibus lib. 8. cap. 37.* Bonacina *de legi-*

*bus*

*bus in genere, quæſt... diſput. 1 puncto 8. §. 3. propoſitione 1. num. 5.*

Minor verò patet ex eodem Suario *diſput. 59. de indulgentiis ſect. 4. tomo quarto num.* 8. vbi ad obiectionem à ſe contra diui Thomæ, & aliorum poſitionem factam reſpondens, ait ſequentia. *In præſenti autem indulgentiarum conceſſio non exercetur per modum iudicij, & ſententiæ, ſed per modum cuiuſdam ſimplicis donationis, per quam vnicuique fidelium tantum donatur de theſauro Eccleſiæ, quantum neceſſe habet ad ſoluendum Deo, pro tali, & tali reatu pœnæ; erit igitur indulgentia donatio quædam, ſeu diſpenſatio theſauri Eccleſiaſtici, ſeu ſuffragium authoritate publica factum fidelibus, vt pro peccatis ſuis ſoluant*; ex eo igitur quòd indulgentia eſt donatio quædam de theſauro Eccleſiæ fidelibus facta ad ſoluendum debitum, ſequitur manifeſte, etiam in Suarij ſententia, aliquod ius habere fideles ex vi talis donationis ad indulgentias conceſſas, vnde irreuocabiles iuſte, & licite cenſeamus.

15 Et tandem euidenter in mea ſententia, ex his, quæ in ſecundo capite dicta ſunt, probatur concluſio: nam ſi theſaurus indulgentiarum à Chriſto Domino, fidelibus fuit acquiſitus, ac Pontificibus illum diſpenſandum commiſit, quando iuſta, honeſta, & rationabilis cauſa expoſtulauerit; vt in extrauaganti, *vnigenitus, de pœnitentia, & remiſsione*, habetur, ius aliquod eſſe fidelibus ad ipſas indulgentias à Chriſto qui factus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio, vt inquit Apoſtolus, acquiſitum; quomodo quæſo licite, & honeſte poterit ſine cauſa reuocare ſummus Pontifex bona Chriſti, quæ diſtribuenda accepit, poſtquam illa fidelibus conceſſit, etiam ſi effectus non ſit adimpletus. Et recte ſi Omnipotens Deus Pater ſuum vnigenitum filium, ac eius diuitias miſericorditer hominibus tradidit, vt inquit Apoſtolus ad Romanos cap. 8. *qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit*: & Iſaiæ 9. *filius datus eſt nobis*, & quidem hæc ſunt abundantes illæ diuitiæ gratiæ, quas Deus in bonitate ſuper nos oſtendit in Chriſto Ieſu, de quibus loquitur idem Paulus 2. *ad Epheſ. cap.* 3. inueſtigabiles diuitias Chriſti appellat, & diſpenſationem Sacramenti à ſeculis in Deo, ex quo abundantiſſimo cumulo diuitiarum Chriſti theſaurizauit ſuis filiis pius Omnipotens Pater infinitum theſaurum indulgentiarum, quem acquiſiuit Chriſtus ſuæ militanti ſponſæ Eccleſiæ; iiſdem ſuis filiis pontificia authoritate voluit diſpenſari; quomodo quæſo fideles Chriſti





ad hunc theſaurum non habebunt acquiſitum ius? quomodo poterit ſummus Pontifex proprias diuitias, ſi accepit ad diſpenſandum, exiſtente iuſta cauſa filiis Dei negare? & poſteaquam diſtribuit reuocare? iuſte, & honeſte? nulla profectò cogente ratione ab aduerſariis oſtendi poteſt: nam, vt ſuprà tactum eſt, ex eo quia ſummus Pontifex aliquando titulo iuſtitiæ in lege poſitiua, cuius eſt ipſe abſolutus Dominus, diſpenſare tenetur, ſubditis ius acquiritur ad talem diſpenſationem titulo iuſtitiæ petendam, quam nulla exiſtente iuſta, & vrgente rationabili cauſa, ſicut non poteſt negare ſine maxima iniuſtitia, ita nec reuocare, ſic dicendum etiam eſt de indulgentiarum conceſſione. Patet conſequentia, nam qua ratione erit negandum non habere Chriſti fideles, qui ex gratia ſunt Dei filij, ius ad acquiſitum ipſis theſaurum indulgentiarum? quomodo Papa qui eſt merè huius theſauri diſpenſator, ſuppoſita iuſta, & rationabili cauſa negare poteſt bonorum Chriſti diſtributionem, quæ ipſe accepit ſuis filiis diſpenſanda ſine aliqua iniuſtitia, poſtquam illis diſpenſauit, repetere per reuocationem? qui ſe miniſtrum Chriſti, & ſummum miniſteriorum eius diſpenſatorem ſe agnoſcit; igitur debet hoc diſpenſandi munus indulgentiarum, ac diuitiarum Dei in theſauro Eccleſiæ repoſitarum, ſibi à Chriſto Domino commiſſum, iuxta formam præceptam commiſſionis, & præcepti fines ad amuſſim ſeruare, imputabitur namque, & ad iniuſtitiam, ſi modum in hac materia indulgendi fidelibus debitum non cuſtodierit, iuxta textum *in l. diligenter fines mandati ſeruandi ſunt, ff. mandati, cap. cùm dilecta, de reſcript. & cap. cùm in veteri, de accuſationibus, & cap. bonæ memoriæ el 2. de poſtulatione Prælatorum, l. quicunque. C. de executio. & exactio. lib.* 12. Ex his ergo affirmandum eſſe videtur Papam, & ſi validè indulgentiarum conceſſiones factas quomodolibet Chriſti fidelibus tam à ſuis prædeceſſoribus ſummis Pontificibus, quàm ex ipſo reuocare poſſe; negandum nihilominus eſt id facere poſſe iuſtè, & licitè.

---

## CAPVT V.

*Argumentis pro Suarij opinione adductis ſatisfit.*

SVpereſt, vt argumentis prioris ſententiæ ſatisfaciamus, quibus 1
Pater Suarius conuictus contrariam voluit opinionem contra

Cordubam, & alios ſuſtentare. Ad primum, conſequentiam negan-
do, non ſequitur, potuit Princeps hoc gratuitum beneficium negare
illi cui conceſſit à principio; ergo poſtquam donauit, & conceſſit, po-
teſt reuocare, ſine vlla iuſta, & honeſta cauſa, quia donatio, & pro-
miſſio gratuita, & liberalis acceptata inducit obligationem ex iuſti-
tia; quia per promiſſionem acceptatam acquiritur ius ad eum, quod
etiam ad hæredes tranſit, & violatur, niſi adimpleatur, ita Sotus *lib.
7. de iuſt. & iure, quæſ. 2. art. 1. verſ. difficultas.* Aragonius *ſecunda
ſecundæ quæſ.* 88. *art.* 3. Solonius 2. 2. *quæſ.* 61. *art.* 4. Leſſius *lib.* 8. *de
iuſt. dubio* 8. *num.* 55. Azorius *tertia parte lib.* 11. *cap.* 14. *de promiſ-
ſione, quæſito quarto*, Molina ex parte *diſput.* 262. *num.* 11. Sanchez
*lib.* 1. *de matrimonio diſput.* 5. *num.* 20. Bonacina *de contract. diſp.* 3.
*quæſ.* 12. *puncto* 2. *propoſitione* 1. *num.* 6. & 11. Rodriquez *ſecunda par-
te cap.* 27. *in principio*, Petrus Nauarrus *lib.* 2. *cap.* 2. *dubio* 7. & 329.
Syluester *verbo pactum, quæſito* 4. Nauarrus *cap.* 18. *num.* 6. Lopez *ſe-
cunda parte cap.* 30. *verſic. porrò.* Turrianus *de iuſtitia diſp.* 74. *dub.*
165. ob id eſt irreuocabilis, vt docent communiter DD. Leſſius *loco
citato*, Sotus *lib.* 3. *de iuſtitia, & iure, quæſito* 5. *art.* 3. *verſ. de dona-
tione autem*, Filliucius *tract.* 33. *cap.* 2. *quæſito* 3. *num.* 26. imò aliis
2 placet etiam ſine acceptatione donatio, & promiſſio inducere præ-
dictam obligationem, vt ſi facta ſit ciuitati in honoris remuneratio-
nem accepti à promittente, aut ad ruinas reparandas, ita Sanchez *li-
bro* 1. *de matrimon. diſput.* 6. *num.* 15. Rebellus *lib.* 17. *quæſ.* 3. *num.* 8.
Molina *tract.* 2. *diſput.* 263. Leſsius *lib.* 2. *cap.* 18. *dubio* 6. *num.* 36. Fil-
liucius *num.* 26. nec deſunt qui putant idem eſſe ſentiendum de pro-
3 miſsione facta infanti, *l. iubemus. C. de emancip. liber.* ibi, *niſi infantes
ſint*, Emanuel Sà *verbo donatio*, vel cauſæ piæ, aut Eccleſiæ, vel hoſ-
pitali, Leſsius *loco citato*, Filliucius *n.* 27. & tamen potuit promiſſor,
& donator priuſquã promiſſarius, & donatarius acceptauit, ille pro-
miſsionem, & iſte donationem, nec donare, nec promittere; imò ne-
gare, ita dicendum eſt in præſenti cum propoſitione (conceſſo quòd
indulgentiarum conceſsio ſit aliquod beneficium gratuitum) potuit
negari à principio fidelibus petentibus à ſummo Pontifice, ſed non
poteſt poſteaquam conceſsit, ſine cauſa illud reuocare, quia eſt quæ-
dam donatio, quæ acceptata inducit obligationem ad illam adim-
plendam titulo iuſtitiæ, & fideles habent ad illam ius ad rem.

4 In mea autem ſententia aliter eſt reſpondendum, nam illud argu-
mentum petit principium, falſum quippe eſt antecedens, ſimúlque





conſequentia neganda, quia indulgentia, vt actum paſtoralis iuriſdi-
ctionis importat, cùm ſit ſub modo debita fidelibus (vt declaratum
eſt ſuprà) non poteſt habere ratione gratuiti (ſimpliciter loquendo)
beneficij; vt verò dicit relationem debitæ pœnæ, ſiue ſolutionem à
debito pœnæ, ſiue donationem quandam authoritate publica fideli-
bus Chriſti factam de theſauro Eccleſiæ, vt pro peccatis ſuis ſoluant;
quam Chriſtus Dominus ſuis infinitis meritis, ſatisfactionibúſque
acquiſiuit nobis, Diuo Petro, ſucceſſoribúſque commiſit, etiam no-
bis diſpenſandum ex vi talis acquiſitionis, ac diſpenſationis commiſ-
ſionis, eſt debita nobis fidelibus titulo iuſtitiæ, eodem modo quo
ſcholaſtici de illa beatiſsima, æternáque gloria Beatorum loquentes, 5
affirmant, eſſe debitam fidelibus benè, ac meritorie operantibus
ex iuſtitia, ex vi promiſsionis, & pacti, quamuis Deus miſericorditer,
& liberaliter promiſerit. Vnde Apoſtolus *ad Titum* 2. *cap.* 4. dicebat,
*Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reli-
quo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa
die iuſtus iudex*; ita ex parte Chriſti Domini operantis, & acquirentis
eſt mera, & liberalis miſericordia, in quantum hominibus quibus
profuturus erat ſanctificatio, & redemptio, acquiſiuit, & diſpenſari
noluit, eſt à Paſtoribus ſummis titulo iuſtitiæ debita; ac proinde nec
gratuitum beneficium, nec à principio iuſtis honeſtiſque cauſis per-
manentibus, ſicut nec negari poteſt, ita nec reuocari; Pater Sua-
rius debebat probare, eſſe gratuitum beneficium indulgentiarum
conceſsionem.

Ad ſecundum, falſum eſſe inprimis concedentem indulgentias 6
non ſe obligare ad non reuocandum, nam donatio gratuita, & libe-
ralis ipſo iure, quod acceptatur, obligationem in donante inducit ex
iure naturæ, quemadmodum omnes alij nominati contractus ad il-
lam non reuocandam; fitq; ex hoc irreuocabilis, ac proinde donator
formaliter ſe obligat ſtatim quod aliquid donat ad conſeruandam
talem donationem, argumento in *cap. verum de condit. appell.* & fa-
cit *l. Ariſtot. ff. de donationibus*, Bart. *in l. fin. de condict. ob cau-* 7
*ſam*, quia donatio eſt contractus nominatus, vt notat *in l. iuris gen-
tium, ff. de pactis, in principio, & in l. ſi pecunia, ff. de conditionibus
ob cauſam, l. ſenatus* §. 4. *ff. de donationibus*, ſic Syluester *verbo donatio,
& primo num.* 15. Bonacina *diſput.* 3. *de contractibus quæſ.* 13. *puncto
vltimo, propoſitione prima.* Azorius *libro* 11. *cap.* 8. *quæſito primo.* Re-
bellus *libro* 18. *quæſito nono*, Molina *de iuſt. & iure, diſputatione* 285.

Filliucius *tract.* 34. *cap.* 5. & alij, quos ſuprà retulimus: at indulgentiarum conceſsio eſt quædam voluntaria, & liberalis donatio, ex Suarez, manifeſtè inducet obligationem iure naturæ in ſummo Pontifice concedente, ex eo quòd fideles acceptauerunt, illam non reuocandi, neque in hac opinione ſequitur illa conſequentia quam Suarez inducit; ergo tam liberè potuit non conſeruare; ſicut potuit non dare, quia liberalis donatio cùm ſit voluntaria, vt loco citato doctè ſatis notauit Sylueſter, potuit à donatore non dari, ſed poſteàquam dedit, & donatarius illam acceptauit, ex pœnitentia non poteſt illam non conſeruare, vt præfati DD. & communiter docent.

8 Alitertamen ſecundùm propriam doctrinam eſt dicendum, neganda enim veniunt antecedens, & cōſequentia, quia ſicut ſummus Pontifex, iuſtis, honeſtis, & rationalibus cauſis exiſtentibus concedere debet Chriſti fidelibus indulgentias petentibus titulo iuſtitiæ, eo modo quo eſt ſuprà oſtenſum, ita obligatur, illas conſeruare, eiſdem permanentibus cauſis, niſi aliqua vrgens cauſa publicum regimen, & gubernium reſpiciens, aliud dictauerit eſſe faciendum, quia tunc lex naturalis non obligat, & eo magis, quia ſummus Pontifex eſt merè diſpenſator indulgentiarum theſauri Pontificia ſua ſuprema poteſtate diſpenſandum, cuius munus proprium eſt diſpenſare, ſecundùm modum & formam à Chriſto ſibi præceptam, Quo functo videtur non poſſe reuocare, at ſi aliquando publica vtilitas totius vniuerſalis Eccleſiæ id expoſcerit per modum reuocationis habet authoritatem declarandi cauſas, quibus conceſſæ ſunt indulgentiæ à ſuis prædeceſſoribus, ſiue ab ipſomet concedente caſſare ob id indulgentiæ etiam quoad effectum ceſſant per modum cuiuſdam reuocationis; nam cauſa dans ſufficientem rationem concedendi indulgentiam, atque reddens illam iuſtam, & honeſtam, ceſſans, cenſetur effectus ipſius ceſſare, quæ ſine tali honeſtate & iuſtitia ſicut nec concedi poteſt, ita nec valet reuocare, vt docet idem
9 Suarez *diſputatione* 13. *ſect.* 2. *num.* 11. *in ſolutione ſecundi argumenti*, & ratio eſſe poteſt, quia valor indulgentiæ pendet à iuſta, & honeſta cauſa, tam in fieri, quàm in conſeruari; ſicut enim non poſſet concedi, niſi iuſta eſſet quando concedebatur, ita nec poteſt durare niſi vſus eius ſit iuſtus; vt in ſimili de priuilegiis docuerunt Panormitanus *in cap. ſuggeſtum, de decimis. num.* 5. *& in cap. violantes, de ſtatu Monachorum num.* 1. *in fine* Felinus *in cap. quæ in Eccleſiar. de conſtitutionibus, numero* 29. Baldus *in l. generaliter*,



*raliter, C. de Epiſcop. & Clericis num.* 5. Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa, in principio num.* 19. Couar. *lib.* 1. *variarum cap.* 20. Guttier. *lib.* 2. *canonicarum quæſtionum cap.* 15. *num.* 3. Barboſa *in l. prima, ff. ſoluto matri. parte prima. num.* 83. Sanchez *lib.* 8. *de matrimonio diſp.* 30. *num.* 14. & probari poteſt etiam ex *cap. Abbate in fine, de verborum ſignificatione,* Gloſſa *in cap. generaliter* 16. *q.* 1. *verbo non deuagantes, & cap. tuæ, de Clericis non reſid. & in l. pacto, in principio, ff. de vulgar. & pupill.*

Ad tertium, reſpondeo, argumentum petere principium, nam 10
indulgentiarum conceſſio fit per modum cuiuſdam donationis ſimplicis, quæ eſſentialiter eſt liberalis, & voluntaria ſecundùm Suarez, ac proinde obligationem parit in donante, & ius acquiritur à donatario ex vi acceptationis ad rem donatam iure naturę ſine cauſa vrgente eam reuocare non ſolum eſt iniuſtum, verùm donatario infertur iniuria: negandum igitur eſt antecedens, & conſequentia; in noſtra verò ſententia dicendū eſt falſum eſſe per conceſſionē indulgentiæ perpetuæ nullum ius acquiri illi cui cōceditur: nam ſæpe dictum eſt fideles Chriſti ex vi acquiſitionis ius habere ad indulgentiarū conceſſionem, iuſta, & honeſta cauſa exiſtente; nam ſicut eſſet malum contra iuſtitiam commutatiuam ſine cauſa iuſta & rationabili theſaurum diuitiarum Chriſti per indulgentias diſpenſare, quia ſi indulgentia conſideratur: vt inquit Suarius *loco citato de indulgentiis*, vt abſolutio iudiciaria continet iniuſtum iudicium contra ſatisfactionem Deo debitam; ſi verò conſideratur vt ſuffragium quoddam, eſt veluti eleemoſyna quædam facta ex bonis alicuius contra voluntatem eius, cuius ſunt bona elargienda; ita etiam dicendum eſt eſſe contra iuſtitiam commutatiuam ſine cauſſa iuſta, & rationabili indulgentia reuocare, maximam contineret iniuſtitiam, & iniuria fieret illi, cui eſt conceſſa indulgentia: quia ſi cauſa ob quam eſt indulgentia concedenda, continet iuſtitiam, eadem permanente, eamdem etiam iuſtitiam contineret; ſicut igitur eſſet malum, & contra iuſtitiam commutatiuam ſine tali iuſtitia diſpenſare indulgentias, ita malum eſſet ſine tali etiam cauſa, eſſet peccaminoſum eas reuocare.

## CAPVT VI.

*Principis quæſtionis reſolutio.*

1 EX his, quæ in ſuperioribus capitibus determinauimus, ad quæſtionem principalem reſpondendum eſt, per ſequentem concluſionem. Indulgentiæ quæ viuæ vocis oraculo cōceſſæ ſunt mendicantibus, vel nō mendicantibus Ordinibus, eorúmque ſuperioribus, & perſonis, non comprehenduntur ſub hac Apoſtolica reuocatoria conſtitutione: ita ſentit doctiſſimus Auguſtinus Barboſa, qui conſultus reſpondit in hunc modum.

2 *Exiſtimo gratias mere ſpirituales, quæ non reſpiciunt tertij præiudicium, nec offendunt aliquam prohibitionem ſpecialem non comprehendi ſub dicta Bulla; huius ſpeciei ſunt indulgentiæ: tum quia non ſuſpenduntur, nec reuocantur, niſi de eis fiat ſpecialis mentio, vt in Bulla Cruciatæ: at verò aliæ quæ ſpecialem habent prohibitionem, etiamſi in earum executione gratia tantùm, non verò odium aliquod reperiatur, puto reuocari; huiuſmodi eſt licentia officiorum aliquorū Sanctorum aliis diebus præter deſtinatos: quia prohibetur eleuare feſta ad nobiliorem ritum, vel ad alium quem deſtinatum diem, ex decreto Congregationis ſacri Concilij Tridentini ſanctiſſimo Domino Vrbano VIII. approbante ſub die 28. Octobris 1628.*

3 *Vnde ſi diceret vnus ſe habuiſſe indulgentiam plenariam à Papa, vel aliam pro articulo mortis, ei credendum eſt, prout creditur pœnitenti dicenti ſe habere legitimam licentiam à proprio Parocho, vel ab habente poteſtatem abſoluendi à reſeruatis, vt cum multis reſolui* de officio, & poteſtate Parochi cap. 19. num. 30. cum ſequentibus, *verùm cum confeſſio pertinet ad externam Eccleſiæ gubernationem, vt eſt confeſſio annua, non eſt Parochus adhibiturus fidem dicenti, ſe adimpleuiſſe præceptum; niſi illud probet legitime. Ioannes Valerius* de differentiis inter vtrumque forum, verbo præ notitia differt. num. 5. in fine. *Vnde puto gratias, quæ ad externam Eccleſiæ gubernationem, hoc eſt recitandi ſecundum ritum eiuſdem Eccleſiæ officia diuina pertinent, cenſeri reuocatas per nouam reuocatoriam conſtitutionem, eo quòd non creditur aſſerenti ſibi conceſſas, ſicut creditur affirmanti Pontificem ſummum indulgentiam plenariam conceſſiſſe, & ita exiſtimo; ſaluo, &c.*

AVGVSTINVS BARBOSA.



Poteſt etiam probari noſtra hæc aſſertio ex his, quæ Pater Suarez *lib. 8 de legibus cap, 9. in fine* habet, quæ hîc referenda eſſe iudico. *Indulgentia verò habet ſpecimen quoddam priuilegij, communi tamen vſu non ita vocatur, nec ſolet comprehendi ſub nomine priuilegiorum in generalibus reſcriptis Pontificum, niſi mentio proprio nomine fiat; & ratio eſt, quia indulgentia eſt quædam abſolutio, & non eſt facultas aliquid agendi, vel non agendi, quam priuilegium ſpecialiter ſignificat, vt dixi, vel certe quædam ſpiritualis eleemoſyna de theſauro Chriſti per diſpenſationem eius facta, eleemoſyna autem non eſt priuilegium, ſed purum beneficium alterius rationis.* Hæc Suarez.

Ex quibus verbis non obſcure ad mentem doctiſſimi Suarez colligitur, indulgentias Ordinibus mendicantibus, eorúmque ſuperioribus, & perſonis conceſſas viuæ vocis oraculo, ſub hac reuocatoria non comprehendi conſtitutione: tum quia non comprehenduntur ſub nomine priuilegij, vel gratiæ, quia illud facultatem aliquid agendi, vel non agendi contra ius commune, vel aliquam poſitiuam legem ſignificat; hæc verò agendi, vel non agendi vltra, vel citra ius, facultatem importat; at indulgentia eſt quædam ſolutio, vel abſolutio, vel donatio (non enim de hoc diſputo) & non facultas agendi, igitur non comprehenditur ſub nomine gratiæ, & priuilegij, ac conſequenter non reuocantur indulgentiæ viuæ vocis oraculo conceſſæ: tum quia ſicut in generalibus reſcriptis Pontificum indulgentia non comprehenditur niſi mentio proprio nomine fiat, ita in generali priuilegiorum reuocatione non cenſetur indulgentia comprehenſa, niſi nominatim ſub ſuo proprio indiuiduo nomine ſpecialiter reuocetur; manifeſtum autem eſt per hanc conſtitutionem reuocatoriam, nullam fieri indulgentiarum mentionem, nec directe, nec indirecte, 5
ergo. Maior probatur ex declaratione quadam Leonis X. quæ habetur in monumento Ordinis Minorum de Obſeruantia *n. 9.* vbi ſummus Pontifex declarauit non reuocari per generalem indulgentiarum reuocationem indulgentias conceſſas Fratribus Minorum de Obſeruantia quoad eorum perſonas; niſi expreſſe, ſpecifice, & nominatim mentio fiat, ita Ioannes della Cruz *lib. 2. cap. 3. dubio 7. concluſione 3.* rationes quibus oſtendimus ſub gratiæ nomine indulgentias non comprehendi, optime probant hanc noſtram concluſionem. 6

Atque ex his faciliter argumenta pro dubitandi ratione in principio quæſtionis poſita, ſoluuntur. Ad primum iuxta aliorum placita reſpondeo negando conſequentiam, quia licet gratia generaliter 7

accepta

accepta de indulgentia, in quantum eſt quædam gratuita, & liberalis donatio dicatur, non tamen ſequitur ex hoc quòd cenſeantur reuocatæ virtute huius conſtitutionis indulgentiæ Regularibus conceſſæ viuæ vocis oraculo, nam in indulgentiis hoc eſt proprium, &
8 peculiare, vt in generali priuilegiorum, facultatum, & gratiarum reuocatione quarumcunque non ſint comprehenſæ, niſi ſub proprio, & ſpecifico nomine nominatim mentio ſpecialis fiat: vt patet in pu-
9 blicatione Bullæ cœnæ; vbi indulgentiæ, quæ obſtare poſſunt dictæ bullæ executioni, ſpecifice per clauſulam *non obſtantibus* tolluntur.
10 Neque iura allegata aliquid probant, quia verbum *indulgemus* adeo eſt in iure æquiuocum, quòd non ſolum conceſſionem omnino gratuitam, & gratioſam ſignificet, ſed quandoque etiam eam, quæ ex iuſtitia eſt debita, quemadmodum dici ſolet omne ius Principis indulgentiam & gratiam continere, ita *in cap. illo dudum, de priuilegiis*, & *in cap. vltimo, lite pendente*, accipitur indulgentia in quantum videlicet ſub illo generaliſſimo conceptu omnia priuilegia, gratias, facultates, licentias, & iura comprehendit; in præſenti autem accipitur ſub ſpecialiſſimo conceptu in quantum importat relaxationem pœnæ debitæ, vel abſolutionem eiuſdem, vel ſolutionem, in quo diſtinguitur indulgentia tanquam ſpecies ſpecialiſſima à genere ge-
11 neraliſſimo, ſecundum propriam ſententiam aliter eſt reſpondendum, negando minorem propoſitionem & conſequentiam: nam gratia in ſenſu quo eſt in Bulla hac reuocatoria, accipienda in ſuo formaliſſimo conceptu prout contra diſtinguitur à priuilegio, facultate, & licentia, dicit facultatem aliquam faciendi, vel non faciendi
11 aliquid circa ius commune, non comprehendit indulgentiam quæ eſt conceſſio quædam per modum eleemoſynæ de theſauro Chriſti ab habente authoritatem facta fidelibus, neque vt dicit actionem paſtoralis iuriſdictionis ex parte indulgentis, quia eſt debita modaliter fidelibus iuxta ſenſum iam declaratum; quia conce-
13 ptus iſte formalis indulgentiæ formaliter, & realiter diſtinguitur à conceptu gratiæ, iuridice & moraliter loquendo. Ac proinde non eſt bona conſequentia, quia ſicut indulgentiæ Regularibus quomodolibet viuæ vocis oraculo conceſſæ non comprehenduntur ſub nomine gratiæ, ita ex generali illa gratiarum, priuilegiorum, facultatúmque reuocatione, non colligitur indulgentiarum reuocatio.
14 Ad ſecundum Reſpondeo, quòd cap. illud *interfectores*, de inceſtuoſis, 23. *quæſt.* 2. indiget expoſitione, videlicet indulgentiam pro-



priè non eſſe ius commune, vt falsò imaginati ſunt Geminianus, & Archidiaconus *in cap. indulgentiæ, de pœn. & remiſſ. lib. 6.* ſed valdè impropriè, ita vt ſenſus ſit, quòd id quod aliquando fuit indulgentia, bene poteſt eſſe ius commune, iuxta gloſſam *in dicto cap. interfectores.* ac proinde negamus primam, & ſecundam conſequentiam, non enim indulgentiarum conceſſio vocari ſolet priuilegium, nec ſub nomine priuilegij à Pontificibus in generalibus reſcriptis ſumi, vt Pater Suarius docuit.

# DISPVTATIO SEXTA.

## *De priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum promulgatione, ac acceptatione.*

HANC Diſputationem vltimo loco Fratris Philippi à 1
ſancto Antonio opinio petit, non eſſe reuocata priuilegia viuæ vocis oraculo Regularibus conceſſa, ex eo aſſerentis in ſua expoſitione, quam huius Bullæ ipſe edidit, quia non fuit plenè eius promulgatio facta, nam manu magiſtri Curſorum non fuit firmata, cuius intereſt ratione proprij officij teſtificationem de Bullæ affixione, publicationéque facere, hoc profectò ſane modo, & non alio legum canonicarum, Bullarúmque Pontificum in aliis terræ Orbis partibus publicationes innoteſcunt: ita enim publicatio eſt de extrinſeca ſua ratione legis poſitiuæ, ac reuocatiuæ, ſine qua, illa obli- 2
gationem non parit, & iſta ſuo priuilegiato non priuat priuilegio. Diſputandum igitur neceſſariò eſt de priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum promulgatione, & reuocatione per ſequentes quæſtiones.

## QVÆSTIO PRIMA.

*An promulgatio ſit neceſſaria, vt reuocatio priuilegiorum conceſſorum viuæ vocis oraculo plenè facta ſit, & ſuum effectum conſequatur.*

### CAPVT I.

*Magiſtri Suarez opinio ponitur, & reijcitur.*

1 MAgiſter Franciſcus Suarius *de lege fauorabili lib. 8. cap. 40. num. 1. & 2.* tenet neceſſariam eſſe promulgationem ad priuilegiorum reuocationem, ſi per publicam legem reuocentur, quæ ſi ſufficienter promulgata non fuerit, non conſequitur ſuum effectum; vnam
2 tantùm addit promulgationem in Curia Principis, vel in loco ad hoc conſtituto ſufficere ad hunc effectum reuocationis priuilegiorũ, ſicut ſufficit ad alios effectus legis, quando aliud non exprimitur in ipſa le-
3 ge. Ratio eſſe poteſt, quia ante promulgationem nondum eſt lex illa verè, & ſufficienter conſtituta in ratione legis, & ideò non habet alios effectus legis; ergo neque hunc habere poteſt, ita ex parte ſentire videtur Soto *de iuſtitia, & iure quæſt. 1. art. 4. lib. 1.* Medina *prima ſecundæ quæſt. 90. art. 4.* Vaſquez *diſput. 4. cap. 4. in prima ſecundæ*, & alij quos ſub tacito nomine citat, & ſequitur idem P. Suarius *loco citato.*

4 Verùm hæc Suarij ſententia vt minus probabilis eſt reiicienda, ex eodem Suario ſibi ipſi contrario *lib. 6. de interpretatione, ceſſatione, & mutatione legis humanæ, cap. 27. num. 17.* vbi habet, quòd pura reuocatio legis per ſe, & eſſentialiter non requirit promulgationem; igitur ſi lex reuocatoria priuilegiorum non inducit aliquam obligationem per ſe primo, ſed tantùm mere priuatiue ſe habeat, abſque vlla alia promulgatione ſuum cõſequetur formalem effectum. Conſequentiam probo ex fundamento eiuſdem Suarij, quia talis reuocatio pura, & per ſe ſola, ad modum legis vniuerſalis profertur, & non per aliquam legem poſitiuam, ad quam ſolam neceſſaria eſt promulgatio.

5 Præterea vt lex non miſta, ſed ſimpliciter reuocatoria ſuum ſortiatur



tur effectum, tantùm voluntatis Principis reuocantis manifeſtatio requiritur; igitur ad priuilegiorum reuocationem per legem publicam non eſt neceſſaria promulgatio. Antecedens patet ex Suario *loco citato*, vbi hanc probationem ita inſinuat, *vnde ſi hoc concedatur, diſtinguenda erit manifeſtatio voluntatis Principis à promulgatione, nam hæc requirit peculiarem ſolemnitatem, quam negamus eſſe neceſſariam ad puram reuocationem legis, quia ſufficiet qualibet manifeſtatio voluntatis pro his, quibus immediatè fit, pro aliis verò ſatis erit diuulgatio illius notitiæ, per ſufficientem famam, aut teſtificationem.* Conſequentia probatur; ideo cognoſcit neceſſariam ad legem reuocantem aduerſarius promulgationem, quia aliquam obligationem contrariam priuilegio reuocato inducit; igitur vbi lex reuocatoria non inducit obligationem, ſed tantùm priuilegia, vt minus conuenientia bono communi reuocet, non eſt neceſſaria aliqua promulgatio, licet talis lex publica ſit.

Tertiò interna retractatio voluntatis per ſe poteſt ſufficere ad tol- 6
lendam legem communem, ſi ſupponatur Princeps abſolutè velle, vt ex tunc non obliget; igitur multo minus requiritur affixatio, ſeu publicatio legis reuocatoriæ reuocantis omnia priuilegia, vt poſſit ſuum conſequi effectum. Antecedens conceditur à Suario *loco citato, & diſput. vltima de indulgentiis*, vbi affirmat poſſe Papam per ſolum actum internum reuocare indulgentias iam conceſſas; & probatur, quia, vt ipſe ait, ſicut lex in fieri pendet ab interna intentione Principis, ita etiam in conſeruari, ac proinde ſtatim quòd ceſſat voluntas Principis per reuocationem, ceſſat lex ex defectu cauſæ conſeruantis. Conſequentia tenet ex propriis terminis.

Poſſet fortaſſe aliquis pro Suario dicere, reuocationem legis vni- 7
uerſalis, vel particularis duplici fieri modo, vt per modum legis publicæ, & vniuerſalis, quæ vt in ratione perfectæ legis conſtituatur, & reuocatoriæ legis ſortiatur effectum, neceſſariò ſolemnitatem promulgationis requirit, ſine qua, ſicut non cenſebitur perfecta lex, ita nec effectum legis habebit. Aut enim per modum alicuius ſimplicis manifeſtationis, ad quam tantùm aliquod externum ſignum ad legiſlatoris mentem declarandam opus eſt volentis abſolutè, & efficaciter prioris legis obligationem tollere. Priori modo ſi priuilegiorum fiat reuocatio neceſſariam promulgationem eſſe cognoſcit Suarez: ſi verò poſteriori modo nullam eſſe neceſſariam affirmat, ob id non ſibi eſt contrarius, dum ſub alia, & alia ratione de

reuocatione legis loquatur in vtroque loco allegato; quia hæc non eſt lex, neque vt talis profertur, illa verò vt talis habeatur, requirit promulgationem tanquam quid intrinſecum, & eſſentiale, vt docet ſanctus Thomas 1.2. *quæſt.*90. *art.* 4. Syluester *verbo lex*, *quæſito* 6. Nauarrus *in manuali cap.* 23. *num.* 44. Vaſquez 1. 2. *diſput.* 155. *cap.*2. Azorius *prima parte cap.* 3. *quæſito* 1. *lib.* 5. Molina *tract.* 5. *de iuriſdictione*, *diſput.*70. *num.*1. Rodriquez *tomo primo quæſt. reg. quæſt.*6. *art.* 3. idem Suarez *de legibus lib.* 6. *cap.* 11. *& lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 2. Salas *de legibus diſput.* 12. *ſectione prima num.* 1. Molfeſius *tract.* 9. *cap.* 1. *num.* 22. Laym. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 2. Filliucius *tract.* 21. *num.* 393. *cap.* 11. Clauis regia *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 18. Valentia 1. 2. *diſp.* 7. *quæſt. prima*, *puncto* 2. Toletus *cap.* 18. Bonacina *diſput.* 1. *quæſ.* 1. *puncto* 4. *propoſitione prima de legibus num.* 1. *& puncto primo num. primo*, & alij quamplurimi.

8 At verò hæc euaſio non iuuat pro Suario, tum quia hîc non diſputamus, an promulgatio neceſſaria ſit ad conſtituendam ſufficienter reuocationem legis prioris vniuerſalis, vel particularis, hoc eſt, priuilegiorum in ratione perfectæ legis. Quod quæritur eſt, an ad reuocationem priuilegiorum, & cuiuſuis alterius legis requiratur ſolemnis promulgatio, vt poſſit ſuum conſequi effectum? & ſanè ſi ad reuocationem per modum ſimplicis manifeſtationis promulgationem neceſſariam non cognoſcit; neſcio qua ratione ad reuocationem per
9 modum legis publicæ neceſſariam eſſe promulgationem affirmet: nam tam legis particularis priuilegiorum; quàm generalis conſeruatio eſſentialiter pendet à voluntate Principis, conſequenter eius obligatio ceſſat ceſſante intentione per contrarium actum efficacis voluntatis, ſufficienter declaratæ ex vi ceſſationis cauſæ conſeruantis, qui quandoque vim legis publicæ habet, vt de Principe ſeculari docere videtur Vaſquez *diſput.* 46. *cap.* 4. *prima ſecundæ n.* 25. quando ſolo verbo ſuo ſimplici vellet legem reuocare, quia tunc illa reuocatoria voluntas ſolo verbo ſufficienter declaratur, & habet vim præcepti & regulæ apud homines.

10 De ſummo autem Pontifice manifeſtum eſt vim legis habere omnem, & quamcunque declarationem ſolo ſuo verbo factam, quia ſi ſuper aliquo dubio fuerit interrogatus, eius reſponſio habet vim præcepti, & regulæ apud fideles ita Felino placuit *in cap. Paſtoralis de exceptionibus num. primo* Panormitanos *eodem cap. num.* 1. *& cap.* 1. *de dolo & contumacia*, *verſ. ſecundo*, etiam tenet Antonius de Butrio

cap. 1.



*cap.* 1. *de appell.* Immola ad *cap. in noſtra*, *de reſcriptis col.* 3. Cardinalis *in Clemen. fin.* 2. *oppoſitione*, *de præbendis* Ana *in cap. ſecundo de adulteriis*; Immola *in cap. ſecundo*, *de vita*, *& honeſtate clericorum*, Domi. *in cap. de libellis circa medium* 20. *diſtinct.* idem Abbas *in cap. fin.* 3. *col. de vit. & hon. cler.* & *in cap. ſi diligenti* 15. *col. de foro competenti*, *& in cap. cum ſimus de reg.* ſentit *gloſſa prima in fin. in cap.* 1. *de clericis coniugatis*, gloſſa *Clem. attendentes*, *de ſtatu Regularium*, & textus *in* §. *ſi verò*, *in authen. in medio litis ſacras formas non fieri*, quem ad hoc allegat Abbas *in cap. venerabilis*, *de Iudiciis*, *col.* 2. & eſt textus rotundus *in cap. ex multa*, *in principio*, *de voto*, ibi, *in conſultatione noſtra ius editur.* tùm quia in illo *cap.* 27. *lib.* 6. Suarez de reuocatoria lege publica loquitur, nam poſtquam opinionem Vaſquez adducit, aſſerentis ad legem reuocatoriam eſſe neceſſariam promulgationem, refert Cordubæ, & aliorum ſententiam negantium ad reuocationem legis neceſſariam promulgationem; intermediando diſtinguit de reuocatione miſta, & ſimplici, inquit, ad miſtam reuocationem legis eſſe neceſſariam promulgationem, ad ſimplicem verò quæ per modum alicuius ſimplicis manifeſtationis fit, negat: igitur non negat reuocationem ſimplicem legis vniuerſalis, & particularis vim legis publicæ habere Suarez, quemadmodum, illa, quam miſtam vocat, quia ſicut iſta commune bonum reſpicit, ita illa: ergo neceſſariò dicendum eſt, quòd eodem fere modo, quo cognoſcit neceſſariam promulgationem eſſe ad miſtam reuocationem; debet etiam ad ſimplicem, vel de vtraque negare ſi velimus à contradictione, quam ſibi ipſi facit, liberare.

Atque hinc reiiciuntur, qui dicunt in legibus canonicis reuocantibus priuilegia conſuetudine introductum eſſe, vt ſit neceſſaria 11
promulgatio in ſingulis diœceſibus, vt priuilegia maneant cum effectu reuocata, quod tenet ſoto *lib.* 1. *de iuſt. & iure quæſt.* 1. *art.* 4. Medina *prima ſecundæ quæſt.* 90. *art.* 4. poſt quintam concluſionem; tum quia non conſtat de tali conſuetudine, nam quotidie fieri videmus leges Pontificias reuocantes priuilegia, vt Pius V. & Gregorius XIII. reuocauerunt priuilegia, ingrediendi monaſteria Monialiũ, motibus propriis ad hoc ſpecialiter editis, & Romę tantùm promulgatis, nec iuſſerũt, nec procurauerũt alias promulgationes in ſingulis diœceſibus fieri, ex quo ſignũ eſt, non eſſe neceſſarias tales promulgationes.

Inſuper ſæpe fiunt aliæ leges Pontificiæ directe ad alios effectus 12
cum clauſula *non obſtantibus priuilegiis*, quæ ad illorum derogatio-



nem

nem ſufficit (vt in propria quæſtione dictum eſt) & vnica promulgatione Romæ facta cenſetur ſufficere ad totam obligationem eius, & ad illius clauſulæ effectum; ergo eadem promulgatio ſufficit ad priuilegiorum reuocationem, ſicut Vaſquez & alij moderniores Scholaſtici contra Sotum, & alios docent.

13 Idem dicendum eſſe cenſeo de Pontificiis legibus poſitiuis, ſufficere nempe promulgationem in Curia Romana factam, ad obligationem inducendam ſeruandæ legis, quia nullo iure aliter cautum, ita Syluester *verbo lex. quæſito 6.* Valentia *diſp. 7. quæſt. 5. puncto 5.* Vaſquez *prima ſecundæ diſp. 156. cap. 2.* Azorius *lib. 5. cap. 3. dubio 2. quæſt. 3.* Salas *de legibus diſp. 12. quæſt. 2. num. 10.* Reginaldus *lib. 13. num. 155.* Ioannes Andreas *ſuper data ſexti libri decretalium*, Panormitanus *in cap. nouerit, de ſententia excommunicationis.* Ioannes Monachus *in regula generali, de regulis iuris*, Gomezius *in proœmio regularum Cancellariæ quæſt. 2. §. quartò pro iſta.* Roſella *verbo lex*, Suarez *lib. 4. cap. 15. num. 3.* Bonacina *de legibus quæſt. 1. diſp. 1. puncto 4. num. 16.* idem Sotus *loco citato*, licet de legibus reuocatoriis, & irritantibus aliam ferat ſententiam, vt viſum eſt.

14 Sed obiicies, nimis graue onus impoſitum eſſet ſubditis ſi leges Pontificiæ, quæ Romæ tantummodo publicantur, vbique eſſent ſeruandæ. Reſpondeo negando antecedens, quia lex promulgata, cuius promulgatio ignoratur, ſolum obligat in actu primo, & in conſcientia, lex verò promulgata, & cognita obligat in actu ſecundo, quatenus faciens contra legem promulgatam incurrit culpam, ob id falſum eſt ex publicatione legis Romæ factæ tantum eſſe ſubditis impoſitum graue onus, cum Chriſti fideles alibi commorantes non peccent, ſi leges Pontificias non ſeruent, quandiu ad illorum aures non peruenerint, qui ſolum in actu primo tunc aſtricti videntur, ita Layman *lib. 1. tract. 4. cap. 2.* Azorius *cap. 3. quæſito vltimo* Filliucius *tract. 21. num 394.* Valentia *loco citato*, & alij.

15 Ex qua doctrina colligendum eſt primò legem ſufficienter promulgatam, ſiue poſitiua ſit, ſiue reuocatoria, ſtatim obligare omnes ſubditos, præſertim regulares, & Eccleſiaſticos, niſi aliter in lege exprimatur, nam lex ſufficienter promulgata obligat, vt fuſiùs infrà docebimus, ità Molina *tratt. 5. de iuriſdict. diſput. 70. num. 12.* gloſſa *Clement. 2. de hæreticis, verbo ex tunc*, & *ibi* DD. Panormitanus *in cap. 2. de conſtitutionibus num. 27.* Felinus *eodem cap. num. 19. limit 5.* Decius, Immola, & alij, Nauarrus *conſilio 1. de conſtitutionibus quæſt. 4. num. 15.* & *in ſumma cap. 33. num. 44.* & nouiſſime docuit Bonacina



contra Suarium *lib. 3. de legibus. cap. 17. num. 3.* loquens de lege ciuili, docet non ſimul, & eodem tempore obligare, in toto territorio, pro 16
quo fertur, ſed ſucceſſiue, & intra tempus moraliter ſufficiens ad habendam in toto territorio legis cognitionem.

Secundò, ſubditum ſummo Pontifici lethaliter peccare non obediendo legi reuocatoriæ, vel poſitiuæ Romæ debite promulgatæ, 17
etiam ſi promulgatio legis perueniat ad ipſius aures, tantumodo diuina reuelatione, vel ope Angelica, vt nouiſſime docuit Salas *de legibus diſput. 12. ſect. 9. num. 34.* contra Suarium affirmantem *lib. 3. de legibus, cap. 7. num. 14. in fine*, ſubditum qui in remotis terræ partibus ante tempus, in quo humano modo poſſet habere legis promulgationis notitiam, ſi ab Angelo, ſiue à Deo eſſet inſtructus per reuelationem, non teneri ad legis obligationem Romæ promulgatæ: quia reuera reſpectu illius, non eſſet vere promulgata ſufficienter, vt illa notitia per Angelum collata non pertinet ad promulgationem, nec 18
ad humanam notitiam.

Verum hæc doctrina non eſt digna doctiſſimo tanto viro; nam 19
in primis probare tenebatur notitiam illam per Angelum, ſiue per Deum media reuelatione alicui in remotis terræ partibus exiſtenti factam, non eſſe ſufficientem ad promulgationem legis Romæ debite promulgatæ. Secundò ad inducendam obligationem obſeruandæ legis ſufficienter promulgatæ (vt ipſemet Suarez *lib. 6. cap. 27. ſub. num. 17.* per ſequentia verba fatetur: *pro aliis verò ſatis diuulgatio illius notitiæ per ſufficientem famam, aut teſtificationem, ità vt quàm primùm aliquis illam notitiam conſequatur, priori lege reuocata non obligetur*) aliud non requiritur niſi *promulgationis notitia, vt ſic, modus verò, quo legis promulgatæ notitia comparatur, non eſt de ſubſtantia rei*, ità vt oporteat, quòd ſit talis, & determinatus, qua talitate, & determinatione deficiente, notitia promulgationis deficiat ad inducendam obligationem; ergo ſola notitia legis promulgatæ ſufficienter à quocunque habeatur, ſufficit ad obſeruantiam promulgatæ legis inducendam. Imò ex vi dignitatis perſonæ reuelantis, & teſti- 20
ficantis verius, certiúſque conſequitur notitiã legis, ille, cui reuelatio facta fuerit in quocunque loco exiſtenti; igitur ſi per Angelum, ſiue per Deum immediate collata fuerit legis obſeruandæ notitia, ad obſeruantiam legis magis, ac ſtrictius obligabitur. Conſequentia valet, quia ſi per Suarium quælibet ſufficiens fama & teſtificatio promulgatio-

nem ſufficit (vt in propria quæſtione dictum eſt) & vnica promulgatione Romæ facta cenſetur ſufficere ad totam obligationem eius, & ad illius clauſulæ effectum; ergo eadem promulgatio ſufficit ad priuilegiorum reuocationem, ſicut Vaſquez & alij moderniores Scholaſtici contra Sotum, & alios docent.

13 Idem dicendum eſſe cenſeo de Pontificiis legibus poſitiuis, ſufficere nempe promulgationem in Curia Romana factam, ad obligationem inducendam ſeruandæ legis, quia nullo iure aliter cautum, ita Syluester *verbo lex. quæſito* 6. Valentia *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *puncto* 5. Vaſquez *prima ſecundæ diſp.* 156. *cap.* 2. Azorius *lib.* 5. *cap.* 3. *dubio* 2. *quæſt.* 3. Salas *de legibus diſp.* 12. *quæſt.* 2. *num.* 10. Reginaldus *lib.* 13. *num.* 155. Ioannes Andreas *ſuper data ſexti libri decretalium*, Panormitanus *in cap. nouerit, de ſententia excommunicationis.* Ioannes Monachus *in regula generali, de regulis iuris*, Gomezius *in proœmio regularum Cancellariæ quæſt.* 2. §. *quartò pro iſta.* Roſella *verbo lex*, Suarez *lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 3. Bonacina *de legibus quæſt.* 1. *diſp.* 1. *puncto* 4. *num.* 16. idem Sotus *loco citato*, licet de legibus reuocatoriis, & irritantibus aliam ferat ſententiam, vt viſum eſt.

14 Sed obiicies, nimis graue onus impoſitum eſſet ſubditis ſi leges Pontificiæ, quæ Romæ tantummodo publicantur, vbique eſſent ſeruandæ. Reſpondeo negando antecedens, quia lex promulgata, cuius promulgatio ignoratur, ſolum obligat in actu primo, & in conſcientia, lex verò promulgata, & cognita obligat in actu ſecundo, quatenus faciens contra legem promulgatam incurrit culpam, ob id falſum eſt ex publicatione legis Romæ factæ tantum eſſe ſubditis impoſitum graue onus, cum Chriſti fideles alibi commorantes non peccent, ſi leges Pontificias non ſeruent, quandiu ad illorum aures non peruenerint, qui ſolum in actu primo tunc aſtricti videntur, ita Layman *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 2. Azorius *cap.* 3. *quæſito vltimo* Filliucius *tract.* 21. *num* 394. Valentia *loco citato*, & alij.

15 Ex qua doctrina colligendum eſt primò legem ſufficienter promulgatam, ſiue poſitiua ſit, ſiue reuocatoria, ſtatim obligare omnes ſubditos, præſertim regulares, & Eccleſiaſticos, niſi aliter in lege exprimatur, nam lex ſufficienter promulgata obligat, vt fuſiùs infrà docebimus, ità Molina *tract.* 5. *de iuriſdict. diſput.* 70. *num.* 12. gloſſa *Clement.* 2. *de hæreticis*, *verbo ex tunc*, & *ibi* DD. Panormitanus *in cap.* 2. *de conſtitutionibus num.* 27. Felinus *eodem cap. num.* 19. *limit* 5. Decius, Immola, & alij, Nauarrus *conſilio* 1. *de conſtitutionibus quæſt.* 4. *num.*



*num.* 15. *& in ſumma cap.* 33. *num.* 44. & nouiſſime docuit Bonacina contra Suarium *lib.* 3. *de legibus cap.* 17. *num.* 3. loquens de lege ciuili, docet non ſimul, & eodem tempore obligare, in toto territorio, pro 16
quo fertur, ſed ſucceſſiue, & intra tempus moraliter ſufficiens ad habendam in toto territorio legis cognitionem.

Secundò, ſubditum ſummo Pontifici lethaliter peccare non obediendo legi reuocatoriæ, vel poſitiuæ Romæ debite promulgatæ, 17
etiam ſi promulgatio legis perueniat ad ipſius aures, tantumodo diuina reuelatione, vel ope Angelica, vt nouiſſime docuit Salas *de legibus diſput.* 12. *ſect.* 9. *num.* 34. contra Suarium affirmantem *lib.* 3. *de legibus, cap.* 7. *num.* 14. *in fine*, ſubditum qui in remotis terræ partibus ante tempus, in quo humano modo poſſet habere legis promulgationis notitiam, ſi ab Angelo, ſiue à Deo eſſet inſtructus per reuelationem, non teneri ad legis obligationem Romæ promulgatæ: quia reuera reſpectu illius, non eſſet vere promulgata ſufficienter, vt illa notitia per Angelum collata non pertinet ad promulgationem, nec 18
ad humanam notitiam.

Verum hæc doctrina non eſt digna doctiſſimo tanto viro; nam 19
in primis probare tenebatur notitiam illam per Angelum, ſiue per Deum media reuelatione alicui in remotis terræ partibus exiſtenti factam, non eſſe ſufficientem ad promulgationem legis Romæ debite promulgatæ. Secundò ad inducendam obligationem obſeruandæ legis ſufficienter promulgatæ (vt ipſemet Suarez *lib.* 6. *cap.* 27. *ſub. num.* 17. per ſequentia verba fatetur: *pro aliis verò ſatis diuulgatio illius notitiæ per ſufficientem famam, aut teſtificationem, ità vt quàm primùm aliquis illam notitiam conſequatur, priori lege reuocata non obligetur*) *aliud non requiritur niſi promulgationis notitia, vt ſic, modus verò, quo legis promulgatæ notitia comparatur, non eſt de ſubſtantia rei*, ità vt oporteat, quòd ſit talis, & determinatus, qua talitate, & determinatione deficiente, notitia promulgationis deficiat ad inducendam obligationem; ergo ſola notitia legis promulgatæ ſufficienter à quocunque habeatur, ſufficit ad obſeruantiam promulgatæ legis inducendam. Imò ex vi dignitatis perſonæ reuelantis, & teſti- 20
ficantis verius, certiùſque conſequitur notitiã legis, ille, cui reuelatio facta fuerit in quocunque loco exiſtenti; igitur ſi per Angelum, ſiue per Deum immediate collata fuerit legis obſeruandæ notitia, ad obſeruantiam legis magis, ac ſtrictius obligabitur. Conſequentia valet, quia ſi per Suarium quælibet ſufficiens fama & teſtificatio promulgatio-

mulgationis ſatis eſt, multo magis valebit Angelica, ſiue Diuina, nec iuuat illud, quod dicit; quòd notitia collata per Angelum non pertinet ad humanam notitiam, quia ex parte recipientis eſt tam humana, ac ſi à quolibet alio receperit.

---

## CAPVT II.

*Reſolutio quæſtionis ſecundum propriam Authoris ſententiam, reiecta opinio ex parte cum limitatione admittitur.*

1 DVplici modo præpoſita difficultas tractari poteſt, vt ſecundùm propriam noſtram eam determinemus ſententiam; aut ſpeculatiue, ideſt, reuocationis ſimplicis, attentis natura, & eſſentia, & ſummi Pontificis potentia, priuilegia quæcunque, ſiue quamlibet aliam legem reuocantem: aut practice, hoc eſt vt prudenter & debito fiat modo; ſi priori modo loquamur, ſit noſtra concluſio.

2 Pura priuilegiorum, ſeu alterius legis reuocatio, à ſummo Pontifice, vel à quouis alio Principe ſeculari poteſtatem habente leges ferendi, facta, non requirit promulgationem: hanc aſſertionem habent Capreolus *in 4. ſentent. diſtinct. 1. quæſt. 3. ad primum, contra primam concluſionem.* Corradus *prima ſecundæ quæſt. 90. art. 4.* Medina *ibidem circa finem*, Noſter Corduba *lib. 5. de indulgentiis quæſt. 86. de lege vniuerſali*, eam tenet Suarius *lib. 6. cap. 27.* licet non cum reſtri-
3 ctione, ſed abſolute. Probatur primò, nulla promulgatio neceſſariò requiritur ad conſtituenda priuilegia; ſolùm neceſſariam cognoſcimus aliquam notitiam ex parte priuilegiarij ſaltem ſi motu proprio, vel ad intuitum aliorum concedantur communitatibus, Religionibus, aut particularibus perſonis, vt poſſint habere proprium effectum; igitur ad eorum reuocationem nulla promulgatio eſt neceſſaria. Conſequentia tenet: tùm quia oppoſitorum eadem eſt ratio, tùm quia plura requiruntur ad conſtruendum. Antecedens verò docent Felinus *in cap. cognoſcentes, de conſtitutionibus num. 7. limitatione 3.* Bartolus *in l. omnes populi ff. de legibus.* Panormitanus, & Imola *eodem cap. cognoſcentes de conſtitutionibus*, & fere omnes Iuriſperiti: Syluester *in ſumma verbo priuilegium quæſt. 16.* Vaſquez *diſput. 156. cap 4. num. 31. & 33.* ratione verò ſic oſtendi poteſt: nam cura notificandi
4 priuilegium non ſpectat ad ſummum Pontificem, vel ad Principem, ſicut



ſicut pertinere ſolet ſolemnis promulgationis cura, vbi neceſſaria eſt, ſed ſpectat ad ipſum priuilegiarium ſuum priuilegium intimare, aut notum facere, prout ſibi vtile fuerit; igitur ſignum eſt quòd ad conſtituenda priuilegia nulla eſt neceſſaria promulgatio. Conſequentia eſt euidens, quia ſi eſſet promulgatio neceſſaria, curarent eodem modo, vt promulgarentur priuilegia, quo leges publicæ: at vſus docet talia priuilegia nunquam promulgari: ex quo etiam antecedens patet, quia ad ſummum Pontificem, ſi non immediatè concedit priuilegium priuilegiario, vel motu proprio tantùm ſpectat notificare, vel notificare facere priuilegium conceſſum, vt docent omnes Iuriſperiti *in cap. cognoſcentes, de conſtitutionibus*, ita gloſſa *in cap. ex parte, de conceſsionibus præbend. in 6. verbo vim*, Cardinalis *ibidem*, *& in proœmio Clement. vniuerſitati q. 5.* Bart. *in l. beneficium, ff. de conſtitutionibus Principum, num. 4.* Baldus *ibidem num. 15.* Sanchez *lib. 3. de matrimonio, diſput. 36. num. 2.* Panormitanus *in cap. cognoſcentes, num. 7.* igitur priuilegiorum publicatio non pertinet ad Principem concedentem, ſed tantùm notificatio, ſi priuilegium conceditur motu proprio, ſeu petitione alterius quàm priuilegiati.

Huic argumento reſponderi poteſt diſtinguendo antecedens: nam 5
priuilegia in ſe duo continere manifeſtum eſt, conceſſiones ſcilicet, & præcepta, vel prohibitiones ſub cenſuris, vt nemo talia indulta impediat, quæ legis communis vim habent, in quantum omnes ad illorum obſeruantiam obligant. Præſcindendo ergo priuilegium à præcepto; in ſeipſo conſideratum quatenus aliquam gratioſam conceſſionem importat, non indiget neceſſariò promulgatione, ſiue publicatione, & ſic antecedens conceditur, vt autem coniunctum eſt cum præcepto, & totum coniunctum dicit, habet vim legis communis, ex vi talis præcepti coniuncti requirit neceſſariò promulgationem, tanquam quid intrinſecum, & eſſentiale, ſicut omnis communis & publica lex, & ſic falſum eſt antecedens, & eius probatio; quia quemadmodum ad ſummum Pontificem, & quemcunque alium Principem pertinet legis communis promulgatio, ita & priuilegiorum obligatio ad propriam obſeruantiam imponentium; ac proinde priuilegiorum pura reuocatio, quia vtrumque reſpicit, vt proprium obiectum, conceſſiones nempe, & præcepta, vtrumque tollit, & reuocat, expoſcit neceſſariò promulgationem, vt ſciant ſubditi ampliùs non teneri ad eorum obſeruantiam.

Cæterùm hæc reſponſio non tollit vim argumenti, quia totum 6
 illud

illud coniunctum per priuilegium importatum non imponit obligationem generalem, ita vt neceſſariò requiratur promulgatio ad illam inducendam? & ratio eſt, quia præceptum iniunctum conceſſioni liberali ac gratuitæ in priuilegio, ſeu totum coniunctum non imponitur Eccleſiæ, aut alicui communitati per ſe propter publicum bonum, aut gubernationem, ſed ponitur particulare præceptum aliis datum in fauorem priuilegiarij, ſolùm ad effectum, ac obſeruantiam priuilegij, igitur tale coniunctum non habet vim legis communis, conſequenter non eſt in illo neceſſaria promulgatio ſolemnis, ſed tantùm ſufficit notificatio particularis, accommodata fini talis præcepti.

7 Confirmatur, nam in tali indulto priuilegium ipſum eſt principale, præceptum autem quaſi acceſſorium, at acceſſorium ſequitur principalis naturam; ergo cùm priuilegium lex ſit particularis, totum coniunctum erit particularis lex, quæ ad ſuam obſeruantiam, & effectum non poſtulat ſolemnem promulgationem, ſed aliquam notificationem.

8 Secundò principaliter probatur concluſio ex ſecunda aſſertionis parte, quam Suarez opinionem reiiciendo oſtendimus. Lex pura reuocatoria cuiuſcunque alterius legis, ad ſui conſtitutionem eſſentialiter non expoſcit promulgationem; igitur ad puram reuocationem priuilegiorum, etiamſi per modum legis fiat, non requiritur promulgatio. Conſequentia tenet, nam lex communis, & priuilegium ſunt eiuſdem generis, & rationis, quia priuilegium eſt quædam priuata lex, vt docent cum Panormitano *in cap. Abbate, de verborum ſignificatione*, ſancto Antonino *prima parte titulo* 19. *cap.* 1. Sylueſtro *verbo priuilegium*, & aliis, Suarez *lib.* 8. *de legibus cap.* 1. *num.* 3. Vaſquez *prima ſecundæ diſput.* 151. *num.* 3. Azorius *prima parte lib.* 5. *capite* 22. Salas *de legibus diſput.* 17. Molfeſius *tract.* 9. *cap.* 12. *num.* 15. Paulus Layman. *lib.* 1. *tract.* 23. Bonacina *de legibus diſput.* 1. *quæſt.* 3. *puncto primo num.* 1. quia in omnibus conuenit cum ipſa lege, & ſeruat proportionem ad legem, & per modum legis obſeruatur. Antecedens verò probatur ratione Capreoli, & Cordubæ, quia plus re-
9 quiritur ad ponendam obligationem, quàm ad auferendam; nam ad primum requiritur concurſus omnium conditionum neceſſariarum ad veritatem, & ſubſtantiam legis; ad ſecundum verò ſufficit cuiuſlibet conditionis, at reuocatio legis pura non ponit, ſed aufert obligationem; ergo non eſt cur ad illam requirantur omnes conditiones, quæ



quæ ad legem, ac proinde ſicut ceſſante euidenter iuſtitia legis, ceſſat lex ipſa, eiúſque obligatio ſine alia promulgatione; ita etiam ceſſante voluntate ſummi Pontificis de obligatione legis, reuocabitur lex ſine aliqua promulgatione; igitur.

Secunda concluſio ad puram reuocationem priuilegiorum ab ex- 10
trinſeco, hoc eſt, vt prudenti, & honeſto modo fiat, requiritur promulgatio in hoc ſenſu vera eſt ſententia Suarez; & patet, nam ſi priuilegiorum reuocatio publicè non proponitur, faciliter poſſunt multa ſcandala exoriri: quia priuilegiarius propter ſui priuilegij ignorantiam reuocationis non ſeruabit communem legem à qua ex vi priuilegij reuocati eximebatur; tum quia alios poterit ad obſeruantiæ obligationem ſui priuilegij aſtringere, ad quam non tenentur, tum quia ſicut neceſſaria eſt aliqua ſaltem manifeſtatio ad præcepti obſeruantiam appoſiti in priuilegio, ita etiam ad auferendam talis præcepti obligationem per reuocationem, debet aliqua promulgatio fieri: tum de- 11
nique quia ratio dictat ſummum Pontificem neminem debere decipere; nam ſi abſque vlla promulgatione priuilegia reuocare, vel leges communes, in Eccleſia eſſet maxima deceptio, & illuſio, & 12
ideo nunquam præſumendum eſt Principem aliquem voluiſſe aliter priuilegia reuocare quam per promulgationem, vel ſaltem per manifeſtationem vim publicæ promulgationis habentem.

Tertia concluſio. Vt lex pura priuilegiorum reuocatoria ſuffi- 13
cienter cenſeatur publicata, non requiritur vt publice proponatur voce præconis, vel in publico loco, vel alio ſimili affixetur, ſed ſufficit quilibet promulgationis modus prudenti arbitrio Principis proponendus: tum quia in iure non eſt certus, nec diffinitus modus publicationis, tum quia non videtur neceſſarium in priuilegiorum reuocatione ſeruari quid pro legum promulgatione præſcribitur, quia non eſt æqualis ratio, neque oportet quòd, in fauorem introductum eſt, extendere ad rigorem, ita ſentire videtur Suarez *lib.* 6. *de legibus c.* 27. *in fine*, Molina *de iuriſdictione diſput.* 70. Filliucius *tract.* 2. *n.* 394. Layman *tract.* 4. *lib.* 1. *cap.* 2. Bonacina *de legibus diſput.* 1. *quæſt. prima, puncto quarto num.* 8.

Quarta concluſio Priuilegiorum viuæ vocis oraculo factorum 14
reuocatoria conſtitutio Sanctiſſimi Domini Papæ Vrbani Octaui per modum legis vniuerſalis edita, eſt, & fuit ſufficientiſſime promulgata. Probatur, tum quia fuit omnibus generalibus cuiuſcunque ordinis mendicantium, & non mendicantium, ſocietatum, Congre-

gationum, & eorum Generalibus, Procuratoribus perſonaliter intimata de ſpeciali mandato ſanctiſſimi Domini Papæ, vt apparet ex atteſtationibus factis ab eiſdem Procuratoribus, ac Generalibus: tum quia inſinuata fuit omnibus, & ſingulis conuentibus cuiuſuis Ordinis Societatis, & Congregationis ex mandato eiuſdem Pontificis; tum quia affixa fuit ad valuas ſancti Ioannis in Laterano, ſancti Petri, ſanctæ Mariæ Maioris, & in acie campi Floræ: tum ex decreto ſacræ Congregationis ſupremæ Inquiſitionis Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium contra hereticam prauitatem, cautum eſt vt prædicta lex ſimul cum aliis affixetur in vno quoque Monaſterio cuiuſcunque ordinis in loco publico, ac patenti, necnon in qualibet ſexta feria poſt Octauam Aſſumptionis Beatiſſimæ, ac immaculatæ Virginis Mariæ ſine peccato originali conceptæ in refectorio publice omnibus Religioſis legatur, hæc ſunt decreti, inter alia, verba, *ſanctitatis ſuæ conſtitutio extenſiue ad quoſcunque quantumvis priuilegiatos, & exemptos, incipit alias felicis recordationis Gregorius Papa XV. ſub datum Romæ 20. Decembris 1631.* & ex his patet quid ſit dicendum ad rationem dubitandi in principio diſputationis poſitam.

## Capvt III.

*Argumenta, quæ contra doctrinam præcedentis capitis fieri poſſunt, diluuntur.*

1 DOctrina, qua primam fundauimus noſtram concluſionem, non caret aliquibus difficultatibus, nam retorqueri poſſunt argumẽta facili negotio, ſic ad perfectam conſtitutionem priuilegij, & ad eius effectum neceſſaria eſt promulgatio, ergò ad purã reuocationem eorundem requiritur eadem promulgatio. Antecedens probatur.
2 Priuilegium eſt quædam lex, ſed promulgatio eſt neceſſaria ad legis conſtitutionem, itaut ante illam nondum ſit vera lex, at lex non poteſt operari antequam ſit; igitur nec priuilegium. Conſequentia tenet, maiori, & minori probata. Maiorem oſtendunt Panormitanus *in cap. Abbate, de verborum ſignificatione, & in cap. hinc eſt 16. q. 1.* Decius, & alij *in rubrica de reſcriptis.* Suarez *lib. 8. de legibus cap. 1.* & alij moderniores ſuprà allegati. Minorem probo, nam promulgatio pertinet



tinet ad eſſentiam, & extrinſecam rationem legis; igitur eſt neceſſaria. Antecedens eſt notum; tum quia in diffinitione legis dicitur, 3
legem eſſe rationis ordinationem promulgatam, quæ autem ponuntur in definitione ad rei eſſentiam pertinent, hoc eſt, ad genus, & 4
differentiam quæ conſtituunt totam rei eſſentiam; tum quia eſt communis DD. ſententia quam ſequitur ſanctus Thomas *prima ſecundæ quæſt. 90. art. 4.* Sylueſt. *verbo lex, quæſito 6.* Nauarrus *in manuali cap. 23. num. 44.* Vaſquez *prima ſecundæ diſput. 155. cap. 2.* Azorius *prima parte lib. 5. cap. 3. quæſito primo.* Molina *tract. 5. de Iuriſdictione. diſput. 70. num. 1.* Rodriquez *tomo primo quæſt. reg. quæſt. 6. art. 3.* Suarez *lib. 6. de legibus cap. 11. & lib. 3. cap. 16. num. 2.* Salas *de legibus diſp. 12. ſect. 1. num. 1.* Molfetius *tratt. 9. num. 22. cap. 1.* Layman, Filliucius, Valentia, Toletus, Clauis regia, Bonacina, & alij, quos retuli *in cap. præcedenti.*

Ad hoc argumentum aliqui reſpondent, in priuilegio duplicem 5
rationem contineri, ſcilicet ſpecialis conceſſionis, & legis; quatenus lex eſt non operari, id eſt, non obligare ante promulgationem, operari tamen vt priuilegium eſt, id eſt, fauorem concedendo. Verùm licet hæc reſponſio concedat priuilegium, vt priuilegium eſt, non indigere promulgatione, nihilominus ſub illa ratione ſpecialis legis admittit promulgationem neceſſariam ad conſtituendum priuilegium, quod nos negamus, ac proinde ſic argumentari poteſt, priuilegium 6
non eſt prius priuilegium quàm ſit lex, tum quia de intrinſeca ratione priuilegij, & quaſi genus eius eſt, quòd ſit lex; tum quia non poteſt priuilegium concedere beneficium, quia obligat alios ad ſeruandum priuilegiario ius per priuilegium acquiſitum.

Reſpondeo igitur aliter negando conſequentiam, & antecedens, 7
quia priuilegium vt duas illas rationes formales continet conceſſionem gratioſam, & præceptum; non eſt vera lex niſi per anologiam ad communem legem, in quantum dicitur lex priuata, & ideo non eſt eadem neceſſitas promulgationis in illo, quæ in lege communi, & propria eſſe ſolet: nam lex generalis loquitur ad Communitatem, & ideò per ſe requirit publicam notitiam, & propter hanc neceſſaria eſt promulgatio, hæc autem neceſſitas ceſſat in lege priuata, ad quam ſolùm ſufficere poteſt priuata notitia: nam aliud eſt loqui de 8
notitia, aliud de promulgatione, ſunt enim hæc duo valde diuerſa, quia ignorari poteſt lex promulgata, & ſiue non promulgata: in priuilegio; ergo neceſſaria eſſe poterit notitia, vt vim legis exerceat obli-

gando, illa verò ſufficeret, etiam ſi non præceſſerit promulgatio, quia
cum priuilegium ſit lex priuata, ſufficiet priuatim intimari illis, qui
virtute illius obligandi ſunt, alij verò ignorantes non obligabuntur,
tum ratione ignorantiæ, tum quia ad illos forte non dirigitur p riui-
9 legij obligatio. Aliter reſponderi poteſt conceſſo antecedenti, ne-
gando conſequentiam; nam ad reuocatoriam legem, non requiritur
promulgatio, vt ſupra oſtenſum eſt; licet concedamus quod priui-
legium ad ſui conſtitutionem neceſſariò, & quaſi à principio intrin-
ſeco petat promulgationem, non ſequitur verò quod eius reuocatio
requirat promulgationem: nam lex generalis (vt bene allegati DD.
docent) tanquam quid intrinſecum promulgationem petit; non ideo
eius oppoſita reuocatoria lex cognoſcit promulgationis neceſſitatem,
quia ſine tali ſuum conſequitur effectum: erat neceſſario probanda
conſequentia.

10 Sed contra obligatio legis reuocatæ, & nondum promulgatæ for-
maliter manet in ſubditis; igitur lex reuocata non cenſetur, priuſ-
quam non promulgetur reuocatio, & ideò neceſſaria eſt promulga-
tio, ad hoc vt poſſit ſuum reuocatio conſequi effectum. Idem à pari-
tate rationis dicendum eſt de priuilegiorum reuocatione, qua abſ-
que promulgatione remanente, præcepti obligatio non tollitur adiun-
cti priuilegio ex parte aliorum; & facultas integra faciendi, vel non
faciẽdi aliquid contra iuris communis diſpoſitionem in priuilegiario
manet; igitur vt obligatio præcepti auferatur reſpectu illorum quibus
imponitur, & conceſſio gratuita priuilegiorum facta tollatur, requi-
ritur neceſſariò reuocationis promulgatio.

11 Reſpondeo negando antecedens, nam legis obligatio, in ſubditis
eſt mere per accidens, & ex ſola ignorantia, & fictione legiſlatoris, &
non per ſe manet, & formaliter; nam ſi de voluntate eius conſtaret
etiam ope Angelica, aut per reuelationem Dei lex reuocata, per ſe
non obligaret, eſſet nihilominus talis Principis voluntas irrationa-
lis, quia contra debitam gubernationem, & rectam rationem. Con-
ſequentia non valet, quia formaliter illa reuocatoria lex conſequuta
eſt ſuum effectum, licet accidentaliter ex vi fictionis legiſlatoris cen-
ſeatur obligatio manere in ſubditis.

Ad illud de Priuilegiorum reuocatione, dico eodem fere modo
12 manere præcepti obligationem in aliis, ſicut manet in priuilegiario
agendi, vel non agendi facultas contra ius commune: nam hæc manet
ſolùm in actu ſecundo, & non in actu primo in quo ſufficienter eſt re-
uocata



uocata, ſic etiam præcepti adiuncti conceſſioni factæ priuilegiorum
obligatio reſpectu aliorum obligat in actu primo, & non in actu ſe-
cundo, quia formaliter talis obligatio naturam conceſſioni priuile-
gij cui adiungitur, ſequitur, quæ per actum voluntatis Principis ef-
ficaciter reuocare volentis illam conceſſionem, ſufficienter tollitur
in actu primo; in actu verò ſecundo conſentaneum eſt rationi, ac re-
ctæ gubernationi debitæ Eccleſiæ vt reuocatio priuilegij aliquo mo- 13
do innoteſcat priuilegiario, & aliis, quibus eſt impoſitum præceptum,
ad hoc vt reuocatio ſuum ſortiatur effectum, ita etiam interpretan-
tur voluntatem, & mentem Pontificum, & Principum DD. vt tam
lex, quàm reuocatoria eius non habeant effectum in actu ſecundo, niſi
poſt debitam manifeſtationem.

Hinc colligere licet validam eſſe inprimis confeſſionem, quam 14
quis ex priuilegio Bullæ, aut confeſſionis alicuius fecit coram Preſ-
bytero à ſe electo; virtute illius; etiam ſi tale priuilegium reuocatum
eſſet, ipſi tamen priuilegiario non innoteſceret: ita Sotus *lib. 1. de
iuſt. & iure quæſt.* 1. *art.* 4. Vaſquez *prima ſecundæ diſput.* 156. *cap.* 4.
*num.* 29. Bonacina *de legibus*, & alij; & colligitur ex *cap.* 1. *de conceſſio-
nibus præbendarum in* 6. & *ibi* DD. vt inquit Abbas *in cap. cognoſcen-
tes num.* 7. & facit textus *in l. qui abſenti*, & ibi Aretinus, *ff. de acqui-
renda poſſeſſione*; adde Sebaſtian. cap. in annotationibus ad Panormi- 15
tanum *vbi ſuprà, in verbo priuilegiati*, citans Iaſonem *in l. fin. col.* 9.
*verſ. ſucceſſiue, ff. de conſtitut. principum.*

Secundò Confeſſarium cui conceſſa fuerat facultas abſoluendi 16
à peccatis reſeruatis, valide abſoluere pœnitentes poſt reuocatio-
nem facultatis factam priuatim & ſibi ignotam: ita Bonacina *de le-
gibus diſput.* 1. *quæſt.* 3. *puncto* 8. §. 3. *propoſitione tertia, num.* 22.

Tertiò valide effectum indulgentiarum conſequi eos, qui opera 17
præſtant ad illas conſequendas, ſi eis nondum earum reuocatio in-
notuit, docet Nauarrus *in tract. de indulgentiis, notabili* 31. *num.* 28.
Corduba *lib.* 5. *de indulgentiis quæſt.* 36. *concluſ.* 3. Geminianus, *in cap.*
1. *de conceſſio. præben. in* 6. & Dominici *ibidem*, Suarez *tomo* 4. *de pœ-
nitentia diſp. vltima* Vaſquez *loco citato*, Bonacina *loco citato*, Sylue-
ſter *verbo indulgentia quæſt.* 5. *dicto* 8. & *verbo gratia quæſt.* 2. *circa me-
dium*, Armilla *eodem verbo num.* 6. Azorius *tomo* 1. *lib.* 5. *cap.* 22 *quæſi-
to* 7. Salas *de legibus diſput.* 17. *ſect.* 17. *num*, 82. *in finem*, Paulus Lay-
man. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 23. *num.* 28. niſi aliter ſummus Pontifex expreſ-
ſerit, quia Doctores paſſim ita interpretati ſunt mentem Papæ, quo- 18
tieſcun

tieſcunque ipſe aliud expreſſe non dixerit.

19 Arguitur ſecundò principaliter redit in idem: nam licet verum ſit quod priuilegium dicitur lex priuata in ordine ad effectum per ſe intentum, hoc eſt, fauorem priuatum, & ius ſpeciale, quod conſtituit: nihilominus quatenus vim habet contra alios, reſpectu priuilegiati aliquod grauamen, aut obligationem illis imponendo, habet rationem legis communis, quia vniuerſaliter ad omnes loquitur, & omnes obligare poteſt, ad quos priuilegij materia pertinuerit; ergo vt priuilegium ſub hac ratione obliget, neceſſaria eſt promulgatio, qualis in lege commune expoſcitur; igitur ad tollendam talem obligationem intentam per priuilegium, ad reuocationem requiritur (etiam puram) promulgatio. Antecedens patet ex tenore priuilegiorum ſolito. Conſequentia verò probatur, quia eadem neceſſitas, & ratio promulgationis inuenitur in priuilegio ſub dicta ratione ſpectato reſpectu obli-

20 gationis, quam vniuerſaliter imponit. Confirmatur, quia lex priuilegij aliis non promulgata facile poterit ab eis ignorari, & ita poterunt à priuilegij obſeruatione excuſari, conſequenter neque iuſte, & rationabiliter ob eam tranſgreſſionem puniri poterunt, quia ſecluſa promulgatione nemo tenetur inquirere legis ſcientiam.

21 Argumentum hoc, aliqualem difficultatem apud Suarez *lib.* 8. *de legibus cap.* 24. facit; ſecundum verò meam ſententiam plura falſa continere, nam falſum eſt priuilegium quatenus vim habeat contra alios reſpectu priuilegiarij aliquod grauamen, aut obligationem illis imponendo, habere rationem legis communis, etiam ſi ad omnes lo-

22 quatur, ad quos ratio, & materia priuilegij ſpectat: nam ratio obligationis orta ex præcepto impoſita priuilegio licet ad vniuerſam Eccleſiam loquatur, per ſe & primario non imponitur toti Eccleſiæ, aut alicui communitati, ſed tantùm per accidens inquantum includit ſingulares perſonas, quibus præceptum imponitur, prout impedire poſſunt priuilegij executionem, quia ad hoc vt tale præceptum legis communis habeat rationem per ſe; & primò, oportet vt bonum commune totius Eccleſiæ, & gubernationem reſpiciat, & vt ſic imponatur: at verò præceptum adiunctum priuilegio licet conſequenter & per reſultantia commune bonum poſſit quandoque importare, tamen ponitur vt particulare præceptum alij datum in fauorem priuilegiarij, ſolùm ad effectum vt non impediant gratiæ, & conceſſionis effectum, & ideo non eſt neceſſaria in illo promulgatio, ſed tantùm particularis intimatio per authentica inſtrumenta, vel æquiualentem probationem, ſicuti conſuetudo in praxi demonſtrat; quapropter conſequentia eſt falſa, nec probatio aliquid valet, quia legi com- 23
muni ideo neceſſariã cognoſcimus publicationem, quia obligat omnes indifferenter, non valet autem omnes obligare, niſi omnibus intimetur, vt DD. omnes contra Panormitanum, & Reginaldum poſt eum, docent, in priuilegio verò, quia non obligat præceptum niſi vt particulare, vt tale talem requirit notificationem. Ad confirmatio- 24
nem verò dico excuſari ab obſeruatione eos, qui ignorant, in actu ſecundo enim non tenentur ob talem reuocationem ad obſeruantiam priuilegij, licèt in actu primo obligatione aſtringantur.

Conceſſo verò eo totum illud argumentum nihil contra nos, quia 25
etſi ad conſtituenda priuilegia eſſet neceſſaria promulgatio (vt dictum eſt) non ſequitur quòd ſit ad eorum reuocationem etiam neceſſaria, vt in ſimili de reuocatione legis communis affirmant Capreolus, Corduba, & alij.

Tertiò Pater Vaſquez *loco citato cap.* 4. arguit, legis reuocatio ad 26
ſuum conſequendum effectum neceſſariò promulgationem expoſcit; igitur ad priuilegiorum reuocationem, vt ſuum ſortiatur effectum, etiam neceſſaria erit promulgatio. Conſequentia patet, quia eadem eſt vtriuſque ratio ex diſcurſu ſecundi argumenti. Antecedens verò probatur, tum quia ſeruari debet proportio inter legem, & reuo- 27
cationem eius, quia opponuntur quaſi priuatiuè; priuatio autem reducitur ad genus formæ contrariæ, & ex parte ſubiecti requirit omnes conditiones requiſitas ad poſitiuum oppoſitum, aliàs propria priuatio non erit; tum quia ſicut lex eſt regula humanarum actio- 28
num, ita etiam reuocatio legis ſuo modo, eſt regula ſaltem permittens oppoſitum eius, quod lex vetabat, vel prohibebat; ergo ſicut lex non poteſt habere rationem regulæ niſi promulgata ſit, ita nec legis reuocatio.

Reſpondeo negando antecedens, & ad probationem, dico, ſeruan- 29
dam eſſe proportionem inter legem, & eius reuocationem miſtam ex parte poſitiui, quod obſeruandum eſſe præceptum, non verò inter legem, & eius puram, & ſimplicem reuocationem per ſe tantùm factam, quia obligatio legis obſeruandæ à principio ſuo proprio intrinſeco petit, vt poſſit omnes, pro quibus fertur, obligare per promulgationem, ſine qua non ſortitur ſuum effectum, reuocatio verò, quia il- 30
lam legis obligationem tollit, tollit etiam omne illud, quod eſt de intrinſeca ratione legis, & obligationis eiuſdem, cuiuſmodi eſt promul

31 mulgatio; & ideò non requirit cauſam, quia obligatio legis vt inducatur oportet habere omnes conditiones ad legem condendam requiſitas; ad reuocationem autem ſolum principium ſufficit, nempe ſola Principis voluntas, ſufficienter ab extrinſeco manifeſtata, vt prudenter cenſeatur agere. Cônſequentia etiam falſa eſt, etiamſi ad reuocationem legis neceſſariam concedamus promulgationem, quia alia eſt ratio priuilegij, vt lex eſt, & alia legis communis: nam priui-
32 legium non eſt verè lex, niſi tantùm per accidens, & ideo non omnia quæ ad conſtituendam legem deſiderantur, cognoſcuntur neceſſaria
33 ad reuocationem priuilegij. Vel aliter dicendum eſt, proportionem inter legem, & eius priuationem, ſiue reuocationem ciuiliter, & naturaliter ſumendam eſſe, ac proinde ſicut ad legem conſtituendam voluntas Principis ratione informata principaliſſimè requiritur, ita etiam ad deſtruendam legem eidem rationabiliter cum debita proportione requiritur, prout bonum reipublicæ gubernium poſtulat:
34 quæ proportio ſufficit, & nulla alia eſt excogitanda. Vel aliter dico proportionem inter legem, & reuocationem eius non ex parte eſſentiæ, nec ex parte modi eſſentialis, ſed ſolùm ex parte effectus, quia aliàs ſequeretur non poſſe Principem ſuam propriã legem nullo modo liberè reuocare: ſi eſſent attendendæ omnes conditiones, quæ eſſentialiter ad legem ferendam requiruntur proportionabiliter ad faciendam reuocationem; nam certum eſt apud bene opinantes, ſi
35 illam Principis efficacem voluntatem ad legem reuocandam ſufficere, ad verò ferendam legem minime; ergo plura eſſentialiter requiruntur ad conſtituẽdum illud poſitiuum in lege obſeruandum, quàm priuationem illius, ac proinde proportio non eſt ex parte eſſentiæ, ſed ex parte effectus, eſt ſumenda.

36 Ad ſecundam proportionem, nego paritatem, nam reuocatio legis non eſt regula, ſed priuatio regulæ, neque aliquid valet, illud quod dicit Vaſquez quòd priuatio eſt regula per modum permiſſio-
37 nis, nam valdè hæc duo reuocatio, & permiſſio opponuntur, nam reuocatio dicit actum poſitiuum voluntatis volentis tollere obligationem præcepti poſiti; permiſſio verò eiuſdem actus negationem, ſaltem explicitè; neque ex eo quòd permittitur oppoſitum eius, quod lex vetabat, ſequitur quòd reuocatio legis ſit regula humanarum
38 actionum: nam regula actus humani dicit rationem rectam, & poſitiuam, quò dirigendæ ſunt omnes actiones hominis, vt prudẽter, & laudabiliter fiant, quæ deſcriptio non conuenit reuocationi legis poſitiui.

QVÆSTIO



## QVÆSTIO SECVNDA.

*An ad legem reuocatoriam priuilegiorum etiam viuæ vocis oraculo factorum requiratur, vt ſuum poſſit habere effectum complete acceptatio?*

### CAPVT I.

*Ratio reuocatoriæ legis explanatur. Prima ſententia cum ſuis fundamentis adducitur.*

DIſtinctio, qua frequenter vtebamur, de duplici reuocatione le- 1
gis miſta, & pura in hoc loco explicanda venit. Priuilegiorum igitur reuocatio altera eſt miſta, altera verò pura. Miſtam priuilegiorum reuocationem voco illam, quæ profertur cum aliqua obligatione contraria, & quaſi conſequentem ad illam, ſiue illa obligatio ſit ad actum repugnantem priori priuilegio, ſiue ſit præciſè ad non vtendum illo, ſiue ad non ſeruandum, quæ etiam dupliciter fieri contingit, vno modo directè, quando videlicet reuocatio priuilegiorum ad illa reuocanda præciſè, & per ſe tendit, aliquam obligationem indirectè, ſeu vt rectiùs dicam, non primariò imponendo, poſteriori modo quando primario imponit aliquam obligationem, aliquid faciendum, vel non faciendum præcipiendo, & ſecundariò per clauſulam *non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis*, reuocantur in quantum impedire poſſunt legis factæ executionem.

Reuocatio verò pura, & per ſe tantùm facta etiam duplex eſt. Pri- 2
ma eſt quando priuilegia reuocantur per modum cuiuſdam ſimplicis manifeſtationis, qua voluntas Principis reuocantis ſufficienter manifeſtatur ad effectum reuocationis conſequendum. Secunda eſt, quæ 3
per modum legis communis proponitur, & promulgatur, quia Princeps mouetur iuſta, & rationabili cauſa bonum commune totius reipublicæ inſpiciendo, qualis eſſe ſolet vtilitas Eccleſiæ vniuerſalis, diſciplinæ Eccleſiaſticæ conſeruatio impedire aliqua alia inconuenientia, quæ ex multiplicatione priuilegiorum oriri ſolet, hæc enim reuocatio habet vim legis communis, ita ſentire videtur Suarez

 libro

*libro* 8. *de legibus cap.* 40. Vaſquez *prima ſecundæ diſputatione* 156.
*cap.* 4. Bonacina *de legibus.* Salas *de legibus diſput.* 17. *ſectione* 17. *nu-*
*mero* 8. Layman. *loco quo ſuprà num.* 28. huius generis eſt hæc priuile-
giorum viuæ vocis oraculo conceſſorum reuocatoria conſtitutio ſan-
ctiſſimi Domini Vrbani VIII.

4 Atque hinc notandum eſt nos in hac quæſtione non agere de pri-
uilegiorum reuocatione miſta quocunque modo accipiatur; neque
de pura per modum ſimplicis manifeſtationis facta, ſed de priui-
legiorum reuocatione ad modum legis vniuerſalis edita, neque
de reuocatoria lege ciuili, qua reuocantur omnia Imperialia, & Re-
5 galia priuilegia ſubditis conceſſa: nam apud me conſtans, ac in-
dubitatum eſt neceſſariam eſſe ſubditorum acceptationem, ad
hoc vt leges ciuiles ſuum poſſint habere effectum, prout com-
munis Iuriſtarum, & aliquorum Theologorum affirmat opinio,
ita Felinus *in cap. de tranq. & pace, numer.* 12. Dominicus *in Ca-*
*nonem in iſtis, §. leges, diſtinctione* 4. Couarruuias *libro primo va-*
*riarum, capite* 16. *numero* 6. vbi plures etiam citat, & ſequitur
Vvillelmus Benedictus *in cap. Rainuntius de teſtamentis, in verbo*
*vxorem nomine Adelaſiam num.* 232. Rebuffus *in Prooemio conſtitutio-*
*num Gallicarum, tomo primo num.* 11. *&* 12. Nauarrus *cap.* 23. *num.* 41.
*& conſ.* 1. *de conſtitut. quæſt.* 5. Iaſon *in l. rem non nouam, §. rationi, C. de*
*iudic.* vbi Gloſſa *verbo pactis idem indicat*, ex noſtratibus tenet Ma-
ior *in* 4. *diſtinct.* 15. *quæſt.* 4. Dried. *lib. primo de libertate Chriſtiana*
*cap.* 9. *documento ſecundo* Armilla *verbo lex num.* 11. Angelus *eodem ver-*
*bo num.* 4. Syluest. *ibidem quæſt.* 6. *dicto* 4. *Emanuel Sà verbo lex*
*num.* 1. Caſtro *de poteſtate legis pœnalis* Fumus *verbo lex*, Valentia
*diſput.* 7. *quæſt.* 5. Azorius *lib* 5. *cap.* 4. *quæſito* 1. Salas *de legibus diſput.*
14. *ſect.* 1. *&* 5. Reginaldus *lib.* 13. *num.* 160. Bonacina *de legibus diſput.*
1. *quæſt.* 1. *puncto* 4. *num.* 27. *&* alij. Sed de puris priuilegiorum reuoca-
tionibus Pontificiis, quæ per modum communis legis proferunt, de
quibus quærimus, an hæ reuocatoriæ leges, ad hoc vt ſuum valeant
effectum conſequi complete, & perfecte fidelium conſenſum & ac-
ceptationem requirant.

6 In qua re multi authores citati qui in lege ciuili ponunt depen-
dentiam ab acceptione ſubditorum, eandem ponunt in lege cano-
nica, & indifferenter de vtraque loquuntur, affirmantes legem
non obligare ſi à populo non acceptatur, ac ſubinde fidelium acce-
ptationem ſicut neceſſariam cognoſcunt, vt lex Canonica habeat
effectum



effectum, & efficaciam legis, ita ad reuocationem priuilegiorum ad
modum legis à Pontifice factam, neceſſariam eſſe acceptationem: ita
ſentiunt Maior, Driedo, Angelus, Armilla, Nauarrus, Couar. Felinus,
& alij Iuriſperiti ſupra citati *in cap. primo, de tregu. & pace*, vbi gloſſa
*verbo frangere*, & ſequitur Henricus *tract. de ſynodo poſt tertiam*
*partem art.* 2. *à num.* 50. præſertim verò *num.* 62. & nouiſſime docuit
Tanerus *in pract.* 2. 2. *diui Thomæ diſp.* 5. *quæſt.* 5. *dubio* 4. *num.* 130.
Cochier *de iuriſdict. tomo* 1. *quæſt.* 50. *num.* 8. Becanus *in Summa Theo-*
*logiæ parte* 2. *tract.* 3. *cap. vltimo num.* 479. Sanctarellus *tract. de hæ-*
*reſi cap.* 13. *num.* 22. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 22. *dub.* 13. *num.* 98. Homobonus
*de examin. Eccleſ. part.* 2. *tract.* 11. *cap.* 7. *num.* 17. Pater Miranda in
Manuali Prælator. *tom.* 2. *quæſt.* 25. *art.* 21. *concluſ.* 1. Filliucius *tract.*
21. *cap.* 11. *quæſt.* 11. *n.* 429. Bonacina *loco citato* quia ad integritatem 7
legis, & conſtitutionem tria requiri dicunt tanquam extrinſeca, &
eſſentialia cuiuſuis legis. Primò, vt conſtituatur, ſecundò vt promul-
getur, tertiò vt moribus vtentium approbetur, quod ſi aliquid ho-
rum deſit, non debet dici lex, referunt Panormitanum *in dicto primo*
*cap.* Decium *in cap. nam concupiſcentiam de conſtitutionibus, lect.* 1. Prin- 8
cipale fundamentum huius ſententiæ illud videtur eſſe, quia leges
feruntur ſub tacita conditione vt vim habeant ſi fuerint acceptatæ, &
vſu receptæ; hoc enim videtur conforme benignæ legiſlatoris vo-
luntati ne nimis ſuis ſubditis oneroſi videantur, ſicut determinatum
eſt *in l. de quibus, ff. de legibus*, vbi illud habetur, *leges nulla alia de*
*cauſſa nos tenent, quàm quod iudicio populi receptæ ſunt*; ergo ſignum,
eſt leges conditas à legitimo ſuperiore ſufficienterque promulgatas
non obligare, niſi fuerint acceptatæ, ſeu vſu receptæ à communita-
te, vel à maiore parte communitatis. Ac ſubinde populi acceptatio
ad valorem legis neceſſariò requirenda, tanquam quid eſſentiale:
quæ quidem ratio non ſolum militat quoad leges Principum ſecu-
larium, ſed etiam quoad leges canonicas, vt notauit Azorius *parte*
*prima lib.* 5 *cap.* 4. *quæſ.* 1. Villalobos *in ſumma tomo* 1. *tract.* 2. *dubio* 9
16. *num.* 6. Reginaldus, & Becanus *locis citat.*; quia voluntas ſummi
Pontificis ita interpretatur, vt quandiu lex ipſius non eſt à fidelibus
recepta, velit eius obligationem ſuſpendi, ne detur peccandi occaſio.

Confirmatur ex verbis Pauli 2. *Corinth. cap.* 13. vbi aſſerit [illegible]hriſtum 10
dediſſe hanc poteſtatem Eccleſiæ, non in deſtructionem, ſed in ædifi-
cationem, ergo præſumendum eſt ſummum Pontificem, alioſq;
inferiores Prælatos non velle vti ſua poteſtate, contra cor-

populorum conſenſum: hoc enim eſt vti in deſtructionem, non in ædificationem. Solus Maior alio nititur fundamento, id eſſe, nempe ex defectu poteſtatis, quia non poſſunt aliter eas ferre, & ad hoc ſuadendum dicit; Eccleſiã eſſe ſupra Papam, & ideo ſi Eccleſia non acceptat legem Papæ, non poſſe per illam obligari ita ſunt principaliora fundamenta, quæ ego apud citatos authores vidi. Nihilominus
12 oſtendi etiam poteſt alio argumento deſumpto ex coniecturis, nam credendum eſt ſummum Pontificem nolle obligare, ſi lex non ſit conueniens bono communi; ſi autem à fidelibus non acceptatur, ſignum euidens eſt, legem non eſſe conuenientem bono communi; ergo.
13 Confirmatur tandem, quia conſuetudo poteſt abrogare legem iam obligantem; ergo multo magis præuenire ne obliget maxime, quia videntur populi in hoc iam quaſi præſcripſiſſe, ita acquiſiuiſſe ius non parendi legibus, donec acceptentur.

---

## CAPVT II.

*Prædicta ſententia reiicitur.*

1 ALlatam ſententiam erroneam putat Sayrus *in ſua Claui Regia lib. 3. cap. 1. num. 11.* idem ſentit Pater Suarius *lib. 4. de legibus cap. 16. num. 2. in medio:* & meritò quia authores allegati materialiter, & quaſi in obliquo, vt ita dicam affirmare videntur poteſtatem ſummi Pontificis, eſſe aliquo modo dependentem à populo; ſi quidem ſi multitudo populi Chriſtiani poſſet acceptare, & non acceptare leges Eccleſiaſticas, ſuperior eſſet ſummo Pontifice, quod abſurdum plane eſt, & ab omni ratione alienum, vt docent gloſſa *in cap. in iſtis diſ. 4.* Alphon. de Caſtro *lib. 1. de poteſtate legis pæn. cap. 1.* Medina *prima ſecundæ quæſt. 90. art. 3.* Sotus *lib. 1. de iuſt. & iure quæſt. 1. art. 3.* & alij quos infra allegabimus.

2 Ad conuincendum igitur, in quanto errore verſantur hi, qui affirmant leges Pontificias non obligare, donec à populo acceptantur tria animaduerſione digna, hic notanda ſunt. Primò enim aduertendum eſſe doceo, ad qualemcunque ferendam legem, ſiue poſitiuam, ſiue reuocatiuam in legiſlatore duo neceſſariò concurrere debent, poteſtas nimirum, & voluntas efficax ſufficienter promulgata, ex defectu populi acceptatio poteſt requiri, vt fundare conantur



tur authores in principio primi capitis allegati: & quoad primum indubitatum, ac conſtans eſt in legiſlatore ad condendam legem poteſtatem publicam, & ſupremam iuriſdictionis neceſſariò requiri: ita docent Canoniſtæ communiter *in cap. cùm acceſſiſſent, & cap. cùm in Eccleſia ſanctæ Mariæ* per (textum ipſum) *de conſtitutionibus, & in c. Eccleſiarum, & cap. ſolitæ, de maior. & obed. & cap. duo ſunt, & cap. bene quidem; diſt. 96.* Bart. *in l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure in 1. quæſt. princ.* idem *in l. imperium, ff. de iurid. om. iud.* vbi *num.* 8. ait *legum lationem pertinere ad iuriſdictionem meri imperij, vel exiſtentis in gradu proximo*, quod ibi ſequuntur communiter DD. Antonius de Butreo *in cap. vltimo, de his, quæ fiunt à Prælatis*, Baldus *in l. prima ff. de iuſt. & iure.* Conſentiunt etiam Theologi cum D. Thoma *prima ſecundæ quæſt. 90. art. 3. & quæſt. 69. art 5. ſecunda ſecundæ quæſt. 67. art. 15.* Sotus *lib. 1. de iuſt. & iure quæſt. 1. art. 3.* Suarez *lib. 1. de legibus cap. 8. num. 6.* Salas, Bonacina *de legibus:* Summiſtæ *verbo lex*, Syluester, & Angelus *eodem verbo* & ſumitur ex Philoſopho *lib. 1. ethic. cap. vltimo*, dicente, *Patris præceptio vires non habet, neque neceſſitatem, neque vllius omnino vnius viri, niſi ſit Rex, vel aliquis talis; lex autem vim* habet cogentem. Plato *in dialogo ciuilis, ſeu de regno, verſus finem, legum lationem* (inquit) *ad dignitatem Regiam pertinere;* *quod & latè proſequitur* Plutar. *in commentar. in Principe requiri doctrinam* (ait) *legem eſſe Principis opus;* vnde Philo *lib. 2. de vita Moſis, in principio, Regis* (*inquit*) *officium eſt iubere, quæ oportet fieri, & vitare à quibus abſtinere decet, cæterorum iuſsio faciendorum; & interdictio cauendorum proprie ad legem pertinet.* Eodem fere modo loquuntur ſancti Patres, Baſilius *hom. cap. 2. init. prouerbio. ſi regnum* (inquit) *eſt legitima poteſtas, manifeſtum eſt, quòd ex Rege, aliqui hoc nomine digni exeuntes viæ præceptiones, multum apud omnes momenti habeant ad conſiderandam, conſequendam in communi bono vtilitatem*, & Clemens Alexandrinus *lib. 1. ſtromatum cap. 14. verſus finem*, legum ferendarum ſapientiam Imperatoriam vocat, & maxime Regiam, & infra, *quemadmodum paſtoralem artem omnium curam gerere dicimus, ita etiam legum ferendarum artem dicimus virtutem hominum comparare humanum bonum pro viribus excitantem, vt quæ gregis hominum curam gerat, & prouidentiam.* Nam legiſlatio eſt potiſſi- 3
mus actus, quo reſpublica gubernatur, & ideo propter eius commune commodum ferri debet, igitur per ſe pertinet ad poteſtatem publicam gubernantium, ad quam ſpectat eius commune bonum pro-

curare; hæc autem poteſtas eſt iuriſdictionis; igitur neceſſario requiritur in legiſlatore.

4 Obſeruandum eſt ſecundò hanc legiſlatiuam poteſtatem diuerſa, aliáque ratione in ſummo Pontifice reſidere, ac in Principe, Rege, ſiue Imperatore, in iſtis enim certum eſt legitimo, ac ordinario iure à populo, & Communitate manare, vel proxime, vel remote, nec aliter poteſt haberi, vt iuſta ſit, ita docet communis Iuriſperitorum ſententia *in l. prima, ff. de conſtitut. Princip. & in l. prima ff. de origine iuris*, ex quibus iuribus id habetur; idem ſentit Panormitanus, & alij Canoniſtæ *in cap. per Venerabilem, qui filij ſunt legitimi*. Idem Diuus Thomas 1. 2. *quæſt.* 90. *art.* 3. & *quæſt.* 97. Caietanus *opuſculo de poteſtate Papæ parte* 2. *cap.* 2. & 10. Victor. *in propria relectione de hac re*. Leſſius *lib.* 1. *de iuſt. & iur. loco citato* Suarez *lib.* 3. *de legibus, cap* 4. Ratio verò eſſe poteſt, quia hæc poteſtas ex natura rei eſt immediate in communitate; ergo vt iuſte incipiat eſſe in aliqua perſona tanquam in ſupremo Principe, neceſſe eſt, vt ex conſenſu communitatis illi tribuatur: hoc conſentaneum explicatur ſimul ex ſufficienti partium enumeratione. Probatur, nam hæc poteſtas, vel eſt data Regibus immediate à Deo, ſed hoc, licet aliquãdo ſit factum, vt in Saül, & Dauide; tamen illud fuit extraordinarium & ſupernaturale quoadmodum; iuxta autem communem, & ordinariam prouidentiam, non ita fit, quia homines iuxta naturæ ordinem, non in reuelationibus, ſed naturali ratione reguntur, in his, quæ ciuilia ſunt.

5 Nec obſtat dicere, quòd ſacra Scriptura dicit Deum dare regna, & mutare ſuo nutu, vt *in Daniele* 4. & *Iſa.* 75. dicitur Cyrus à Deo conſtitutus Rex. Vnde *Ioannis* 19. Chriſtus dixit, *non haberes in me poteſtatem vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper*: in his enim ſolùm ſignantur hæc omnia non fieri abſque ſpeciali Dei prouidentia, vel ordinantis; vel permittentis, vt publice Diuus Auguſtinus *tract.* 6. *in Ioannem contra Fauſtum cap.* 74. hoc autem non excludit quin per homines fiant, ſicut alij effectus omnes, qui fiunt per cauſſas ſecundas, principaliter tribuuntur prouidentiæ diuinæ.

6 Neque alia ſimilia ſacræ Scripturæ loca aliquid obſtant, vt ſunt illa prouerbiorum 8. *Per me Reges regnant, per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam*; & Pauli ad Romanos 13. *Miniſter enim Dei eſt*, non obſtaret, inquam, nam gubernatiua hæc poteſtas politice, & ſecundum ſe conſiderata ſine dubio eſt à Deo, eſt iuſta, conformiſque diuinæ voluntati; prout tamen eſt in hoc, vel illo homine, eſt



eſt ex donatione ipſius Reipublicæ, Scripturæ ſacræ dico, important; Primò, eſſe ſcilicet hanc poteſtatem abſolutè à Deo. Secundò ſuppoſita tranſlatione huius poteſtatis in Regem, iam vicem Dei gerere, & naturales ius obligare ad parendum illi; vt patet exemplo deducto à Suario *loco citato*, de homine priuato, qui ſeipſum vendidit, & tradidit alteri in ſeruum, dominium illud ſimpliciter ab homine eſt; ſuppoſito verò illò contractu venditionis, iure diuino, & naturali obligatur ſeruus obedire domino ſuo, ita in propoſito dicendum regiam poteſtatem, reſidente in particulari homine; eſſe de iure humano.
Debitam verò obedientiam ſuppoſito donationis contractu, à com- 7
munitate facto eſſe Regi præſtandam iure diuino, & naturali, ſic ſacræ Scripturæ explanandæ ſunt.

Aut ſecundò poteſt eſſe in Rege hæc poteſtas, per hæreditariam 8
ſucceſſionem, ſicut nonnulli Iuriſperiti exiſtimant fuiſſe à principio; Verùm ſucceſſio neceſſariò ſupponit dominium, vel poteſtatem, in eo cui ſucceditur, ob id neceſſariò deueniendum eſt ad aliquem, qui alteri non ſucceſſerit, nam non eſt proceſſus in infinitum. De illo igitur inquirere poſſumus, vnde regnum habuerit, & poteſtatem, quia non habet à ſe iure naturæ; igitur ſucceſſio non poteſt eſſe radix huius poteſtatis in Rege, ideo neceſſe eſt vt primus habuerit poteſtatem ſupremam immediatè à republica, ſucceſſores autem illius ab illa habent mediatè, & radicaliter; & quia res tranſit ad ſucceſſores cum ſuo onere, & conditiones illæ cum quibus primus Rex à communitate accepit regnum, ad ſucceſſores tranſeunt; quapropter neceſſarium eſt habere regnum cum eiſdem oneribus.

Si verò regnum per tyrannidem, & vim iniuſtam poſſidetur, ſicut 9
à principio omnia regna introducta ſunt, vt docuit noſter Aluarus Pelagius *libro* 1. *de planctu Eccleſiæ cap.* 41. Driedo *lib.* 1. *de libert.*
*Chriſt. cap.* 15. Petrus Bert. *in tract. de origine iuris*, non eſt vera po- 10
teſtas legiſlatiua in Rege, niſi ſucceſſu temporis populus conſenſerit, & admiſerit talem principatum, & tunc profectò reducitur poteſtas ad populi donationem, ac traditionem. Contingere autem poteſt, vt reſpublica antea libera, & nemini ſubiecta, regio imperio per iuſtum bellum ſubiiciatur, hoc eſt quidem accidentalis modus, in pœ-
nam alicuius delicti, vt accidere ſolet, & tunc ipſa tenetur parere, & 11
ſubiectioni conſentire; atque ita etiam ille modus quodammodo includit conſenſum reipublicæ, vel exhibitum, vel debitum. Hic ta-
men valdè aduertendum eſt, quod ſi hæc ſubiectio per iuſtum bellum 12
fit,

ſit, iam ſupponimus regiam poteſtatem, per quam tale [illegible] poſ-
ſit inducere, & illa ſolùm eſt veluti iuſta extenſio regni; igitur ſem-
per reducenda eſt hæc poteſtas regia ad aliquem, qui non per bellum,
ſed per iuſtam electionem, vel populi conſenſum illam comparaue-
rit, ſicut docet noſter Alph. de Caſtro *lib. 1. de lege pœnali cap.* 1. Drie-
do, & Petrus Bert. de quo *ſupra*; igitur à ſufficiẽti partium enumera-
tione concluditur regiam poteſtatem ad Principem manaſſe à re-
publica.

13 In ſummo autem Pontifice è contrario res ſe habet; nam imme-
diate à Chriſto Domino ex vi conſtitutionis accepit legiſlatiuam po-
teſtatem in vniuerſam Eccleſiam, ita Catholica docet fides, vt con-
ſtat ex traditione, & communi conſenſu Eccleſiæ vniuerſalis, & colli-
gitur ex Scriptura hoc modo: nam Chriſtus poteſtatem quam dedit
immediate D. Petro, non pro ſua tantùm perſona, ſed vt ſucceſſiue
pro ſuis omnibus ſucceſſoribus ad perpetuùm in Eccleſia durandam
contulit; igitur idem Chriſtus, qui hanc contulit Petro poteſtatem,
confert ſuis ſucceſſoribus, ex vi inſtitutionis, & illorum verborum,
*Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, & *paſce oues meas*. Con-
ſtat autem ex perpetua ſucceſſione, ſummum Pontificem eſſe ſuc-
ceſſorem Petri; ergo ab eodem Chriſto immediate habet poteſtatem.
Probatur conſequentia; tum quia Chriſtus ipſe conſtituit in Petro
Pontificatum duraturum vſque ad mundi finem; ac proinde quicun-
que Petro ſuccedit, à Chriſto accipit poteſtatem, vt eleganter ſan-
ctus Chryſoſtomus *lib. 2. de ſacerdotio, circa principium*, affirmat, *qua-
nam*, inquit, *de cauſa ille ſanguinem ſuum effudit? certè vt pecudes ac-
quireret, quarum curam tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus committe-
bat*; *& ſanctus Leo Papa ſermone 2. de anniuerſario aſſumptionis ſuæ
ad Pontificatum*; *Manet*, ait, *diſpoſitio veritatis*; *vt B. Petrus in acce-
pta fortitudine petræ perſeuerans, Eccleſiæ gubernacula nõ reliquit*. Per-
14 ſeuerat videlicet Petrus, & viuit in ſucceſſoribus. Anacletus Papa
*in cap. 2. diſtinct.* 22. etiam ait, *Romana Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed
ab ipſo Domino primatum obtinuit*, & probat ex verbis illis, *tu es Pe-
trus*: idem Gelaſius Papa *in cap. quamuis* 21. *diſt.* & Innocentius pri-
mus *in cap. quoties diſt.* 24. *quæſt.* 1. ſeipſum Petrum appellat, dicens:
*non niſi ad Petrum, id eſt, ad ſui nominis, & honoris authorem*: atque
hinc *in cap. ſignificaſti, de elect.* habetur, *leges Romani Pontificis non
pendere à Conciliis, ſed Conciliorum ab ipſo*, & ratio eleganter ibi in-
ſinuaretur, quia *poteſtas illius Sedis eſt eadem cum poteſtate Petri*, &
*cap.*



*cap. nouit ille, de redit.* de eadem Pontificis poteſtate dicitur, cùm non
humanæ conſtitutioni, ſed diuinæ innitatur. *Quia poteſtas noſtra non
ex homine, ſed ex Deo eſt*, idem *in cap. quarto*, & toto ferè titulo *de
tranſlat. Epiſcop.* hinc etiam in eodem textu Pontifex ſummus dici-
tur Chriſti Vicarius, non autem Petri, ſed ſucceſſor: dicitur autem
ſolus habere plenitudinem poteſtatis. *cap. ad honorem, de authorit. &
vſu pallij*; *& cap. Decreto. 2. q. 6.* poſſunt quamplura alia iura allegari
ad hoc, tum quia hæc poteſtas ſupernaturalis eſt, & propria Eccle- 16
ſiæ Chriſti; ergo nulli conuenire poteſt, niſi cui Chriſtus illam con-
tulit, vel confert: at non contulit, vt perpetuò duraturam, niſi Petro;
ergo idem Chriſtus eſt, qui eam eius ſucceſſoribus confert, ita vt
ſicut à principio dependens fuit à Chriſti donatione, vt eſſe ſuſcipe- 17
ret, ſic perpetuò pendet ex ſimili influxu, ſeu donatione eius, vt
conſeruetur, ita docent omnes DD. Catholici ex ſanctis Patribus,
& Conciliis, videatur Robertus Bellarminus *lib. 4. de ſummo Pontifi-
ce cap.* 15. Sanctus Thomas 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 4. Bartholomæus Me-
dina *ibidem*, Scholaſtici omnes *in ſecundo ſententiarum diſtinct.* 44.
Pitigianus noſter *tomo 2. tertij ſent. de authoritate ſummi Pontificis*,
Ioannes Maior *in tertio diſt.* 37. *quæſt.* 16. *& in* 4. *diſtinct.* 15. *quæſ.* 4.
Caietanus 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 14. Gabriel *in* 4. *diſtinct.* 16. *art.* 1. *no-
tabili* 6. Salon 2. 2. *tomo* 2. *quæſt.* 77. *art.* 1. *Controuerſ.* 7. Gregorius
de Valentia *tomo* 2. *diſput.* 7. *quæſt.* 5. *puncto* 6. idem Bellarminus
*Controuerſ. tomo* 1. *eodem loco.* Vaſquez 1. 2. *diſput.* 152. *cap.* 2. Salas
*de legibus diſput.* 8. *ſect.* 1. Azorius *prima parte lib.* 5. *c.* 6. Layman. *lib.* 1.
*tract.* 4. *cap.* 9. Suarius *lib.* 4. *de legibus cap.* 4. Sayrus *in ſua Claui Re-
gia lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 7. Bonacina *de legibus diſput.* 1. *quæſt.* 1. *puncto*
3. *propoſitione vnica num.* 5. Alphonſ. de Caſtro *lib. de poteſtate legis
pœnalis cap.* 4. Sotus *de iuſt. & iure lib.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 4. Adrianus
*quodlibeto* 6. *art.* 1. *&* 2. ex Canoniſtis Panormitanus *in cap. Canonum
ſtatuta num.* 9. Ioannes Andreas *in cap. quamquam, de vſuris in* 6.
Andr. ab Exea. *repet. in dicto cap. canonum ſtatuta, num.* 270. *de con-
ſtitut.* Summiſtæ ferè omnes, ſanctus Antoninus *prima parte ſummæ
titulo* 18. *cap. vnico* §. 2. Turrecrem. *in ſumma lib.* 2. *cap.* 45. Ioannes
de Medina *C. de ieiunio quæſt.* 7. Matth. Ledeſm. 24. *quæſt.* 18. *art.* 7.
*dub.* 5. Alber. Pighi. *lib.* 5. *Eccleſiaſt. Hierarchiæ*, Ruffenſis *art.* 27.
Piſanella *verbo lex*, §. 8. Angelica *eodem verbo num.* 3. Syluester *ver-
bo lex quæſt.* 8. *&* 9. Tabiena *eadem quæſt.* 23. Nauarrus *in Manuali
cap.* 23. *n.* 48. Couar. *in regula peccatum parte* 2. §. 5. *n.*.. Vbaldus *in*

 *ſua*

*ſuo Candelabro aureo part. 4. cap. 8. num.* 55. Sebaſtianus Medices *in ſumma hæreſium verbo Eccleſia, hæreſi* 3. Summa Corona *parte prima cap.* 1. *num* 33. Philiarchus *de officio ſacerdot. parte* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. Cardinalis Toletus *in ſumma tract. de ſeptem peccatis mort. cap.* 19. *&* 20. Rodriquez *in ſumma parte prima cap.* 194. *concluſ.* 1. & alij.

18 Obſeruandum eſt tertiò; alterum neceſſariò ad legem ferendum requiſitum, eſſe efficacem voluntatem legiſlatoris ſufficienter promulgatam; quia lex ipſa non ſolùm eſſentialiter à voluntate Principis pendet in fieri, & in conſeruari, verùm etiam eſt actus eiuſdem potentiæ, vt inprimis docuerunt Henricus de Gandauo *quodlibet* 9. *quæſ.* 6. Scotus *in ſecundo ſent. diſt.* 6. *quæſ.* 1. *& diſtinct.* 38. *quæſ.* 1. *ad vltimum, & quolibet* 17. in quibus locis Doctor ſubtilis, affirmauit ad voluntatem alium ad aliquid agendum ordinare, *& in* 3. *diſt.* 36. *q.* 1. *art.* 2. voluntati tribuit imperare; quam opinionem latè defendit noſter Alphonſus de Caſtro *lib.* 2. *de lege pœnali cap.* 1. Ochamus *in* 3. *quæſt.* 22. *art.* 4. Gabriel *in ſecundo diſtinct.* 37. *quæſt.* 1. *art.* 1. *notabili* 3. Maior *in tertio diſtinct.* 33. *quæſt.* 7. Almain *tract.* 3. *moralium cap.* 2. Angeſt. *in tract. moral.* 1. *p.* 3. *corol.* 3. S. Bonauentura *in* 3. *diſt.* 17. *art.* 1. *quæſ.* 1. *ad penultimum*, vbi ait voluntatem eſſe illud penes quod reſidet regnum, & imperium eorum, quæ ſunt in ipſo volente: idem ſentit Suarez *lib.* 1. *de natura legis in communi cap.* 5. *& lib.* 3. *de lege humana, & ciuili cap.* 20. *num.* 3. dum docet legem conſtare ex actu intellectus, & voluntatis, quam opinionem ſequuti ſumus in ſecunda diſputatione.

19 Probant idem non obſcurè nonnulla iura ciuilia, ita *in l. ambigua, ff. de legibus*, vbi habetur, quòd lex ſcripta, ſiue exterior indicat voluntatem Principis, quæ eſt voluntas ipſius legis; igitur talis voluntas eſt lex in ipſo Principe; vnde *in l. prima ff. de conſtitut. princip. & §. ſed & quod, inſtit. de iure naturali, gent. & ciuil. quod Principi placuit, legis habet vigorem.* Quæ verba abſque dubio actum voluntatis indicant: ſimiliter adduci poſſunt Philoſophi dicentes legem eſſe decretum & inſtitutum ciuitatis, ita Plato *in dialog. Minos*, vel eſſe conſenſum ciuitatis, vt Ariſtoteli placuit, Plut. *ad Alex. c.* 1. *&* 2. nam decretum propoſitum voluntatis indicat, imò eſt ipſemet voluntatis actus formaliſſimus, quam voluntatem, non nudam, ſed rationis actu informatam cognoſcimus, neceſſariò ad legem ferendam, ſufficienter promulgatam, alioquin non erit lex, vt paſſim tam in iure ciuili, quàm Canonico habetur, ita *in l. leges ſacratiſsimæ*





*cratiſsimæ C. de legibus, & conſtitutionibus, & in auth. vt factæ nouæ conſtitutiones, & cap. in iſtis, diſt.* 4. expreſſe habetur; leges tunc inſtitui cùm promulgantur, idem colligitur ex *cap. cognoſcentes, de conſtitut. & ex cap ad hæc de poſtulatione Prælatorum* gloſſa *in dicto cap. cognoſcentes, in verbo ante prohibitionem, & in dicto cap. ad hæc num* 6. Panor. *in dicto cap. cognoſcentes num* 6. *& in dicto cap. ad hæc num.* 9. Innocentius *in dicto cap. ad hæc num.* 6. Antonius de Burgos *in dicto cap. cognoſcentes num.* 203. Marcus Antonius Cuchus *lib.* 1. *de inſtit. maiorum titulo* 3. *num.* 16. Anglez de Floribus *in* 4. *ſent. in quæſt. de eſſentialibus baptiſmi art.* 8. Alphonſus Viualdus *in candelabro aureo parte* 4. *cap.* 8. *num.* 43. Summa corona *prima parte cap.* 1. *num.*.. Zerola *in praxi Epiſcopali p.* 1. *in verbo pragmatica, in principio;* Hugolinus *de cenſuris Eccleſ. tab. prima cap.* 9. §. 7. *num.* 1. Rodriquez *in ſumma parte* 1. *cap.* 1. *&* 94. *concluſ.* 7. Alphonſus à vera Cruce *in appendice ad ſpeculum coniug. dubio* 14. Petrus Cenedus *in collect. part. prima collect.* 1. *num* 5. Clauis Regia *lib.* 3. *cap.* 5. & alij, quos in prima quæſtione huius diſputationis allegauimus.

Obſeruandum eſt quartò legiſlatoris voluntatem ad leges con- 22
ſtituendas dupliciter concurrere, efficaciter, & abſolutè; vel inefficaciter, & conditionaliter: priori modo dicemus abſolute, & efficaciter concurrere, ſi lex feratur, & publicetur cum efficaci intentione obligandi omnes independenter à quacunque populi acceptatione; poſteriori verò modo ſi Princeps efficacem voluntatem, & intentionem non habet obligandi ad obſeruantiam legis, à ſe conditæ, niſi ſub conditione tacita, & non promulgata, ſi fuerit videlicet à populo, & maiori communitatis parte acceptata, (quomodo hæc voluntas efficax poteſt cognoſci, & diſtingui, in Principe legiſlatore in proprio quæſito dicemus.) Hanc doctrinam docere cenſeo Suarez *lib.* 3. *de legibus c.* 19. *num.* 12. Bonacinam *de legibus diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto quarto num.* 39. *vnica propoſitione.*

Ex his notatis duo fundamenta, quibus innititur contraria ſenten- 23
tia aperte colliguntur; primum legiſlatiua poteſtas in Principe, Rege, & Imperatore legitimo, & ordinario iure immediate, vel ſaltem radicaliter dependenter à communitate, reſidet, & ex vi talis dependentiæ lex ciuilis quocunque modo feratur, non ſortitur ſuum effectum, & vigorem, niſi ab eadem communitate acceptetur: ac ſubinde ex vi eiuſdem dependentiæ ſequitur ſecundum fundamentum, voluntatem Principis legiſlatoris non eſſe efficacem, ſed conditionatam

tam in legibus edendis, non ſolum præſumptiuè, ſed ex natura rei: quia dependentia legiſlatiuæ poteſtatis rationabiliter cenſetur expoſcere, vt leges non habeant vim obligandi eos, à quibus earum principia dependent niſi ab ipſiſmet acceptentur.

24 Eadem oppoſita fundamenta, ex notatis, deducuntur pro noſtra ſententia, ex diuerſo, differentéque modo, quo legiſlatiua eadem potentia reſidet in ſummo Pontifice, eſt quippe ſupernaturalis ex parte modi, quatenus immediate à Deo dependet, ob id in legibus ferendis, omnes, & ſingulos fideles obligare poteſt ad earum obſeruantiam abſque vlla Chriſtiani populi acceptatione; eſt primum fundamentum ex quo ſequitur ſecundum, ſemper eſſe & fere abſolutam & efficacem in ferendis Canonicis legibus, niſi aliter non conſtiterit ex eius expreſſa intentione.

25 Hîc euidenter impugno aduerſariorum opinionem. Primò ex defectu poteſtatis legiſlatiuæ, quæ in Principe ſeculari eſt dependens à populis, ac eiuſdem voluntatis, quæ ſemper præſumitur inefficax, & conditionata, ex vi talis dependentiæ, ad legis ciuilis valorem, & effectum ex natura rei requiritur populi conſenſus, & acceptatio; igitur ad conſequendum ſuum effectum, & valorem lex Canonica, non requirit neceſſario populi Chriſtiani conſenſum, & acceptationem. Antecedens probatur ex dictis, nam ad legem ferendam hæc duo principia requiruntur, poteſtas, & voluntas efficax ſufficienter, promulgata; igitur acceptatio poteſt requiri, vel ex defectu poteſtatis ad legem aliter ferendam, vel ex defectu voluntatis tantùm. Conſequentia etiam eſt formaliſſima ex oppoſitorum regulis; nam legiſlatiua potentia ſummi Pontificis eſt immediata à Deo, & voluntas ſemper efficax, & abſoluta in condendis legibus, vt probabimus.

26 Secundò eodem modo ineſt in populis Chriſtianis obligatio legibus Pontificiis parendi, quo legiſlatiua poteſtas eſt in ſummo Paſtore, ſed certum eſt de iure diuino eſſe talem poteſtatem in ſummo Pontifice; igitur in populis etiam de iure diuino eſt obligatio obediendi mandatis, ac legibus Pontificiis, nulla igitur acceptatio populi eſt neceſſaria ad valorem legis Canonicę, quia præceptum diuinum obligat ad obediendum ſummo Paſtori ſemper, niſi lex contineat euidentem; & apertam iniuſtitiam, vel impotentiam ex parte ſubditorum, vt docet Bellarminus *lib. 4. de ſummo Pontifice cap. 15.*

27 Tertiò reiicitur argumento aliorum ſic lex ſufficienter promulgata, & propoſita ab habente authoritatem; obligat ad ſui obſeruantiam: ergo



ergo & ad ſui acceptationem; ergo non eſt poſſibile vt acceptatio ſit conditio neceſſaria ad obligationem legis. Conſequentiæ patent, nam fieri non poteſt vt effectus cauſæ ſit conditio neceſſaria in ipſa cauſa, vel ad eſſe, vel ad operari; quia talis conditio neceſſariò ſupponitur ad effectum. Declaratur ac probatur aſſumptum; quia vel ſubditi tenentur acceptare legem ex vi, & obligatione ipſius legis, vel eſt liberum ſubditis acceptare. Si primum; igitur acceptatio non requiritur ad legem, ſed ſequitur ex lege; ſi ſecundum, ergo non poſſunt ſubditi obligare ad legem acceptandam, quod negant authores contrarium opinantes, ita Rodriquez *tomo 1. quæſt. reg. quæſt. 6. art. 6.* Bonacina *de legibus loco citato num.* 41. & probatur, quia in ſummo Pontifice non deeſt poteſtas, & poteſt non deeſſe voluntas, vt præſumendum eſt, & probat primum argumentum, quando abſolute fert legem, ex his enim duobus principiis tantùm obligatio pendet, vt dictum eſt.

Quartò ſummi Pontifices leges imponunt ratione ſupremæ præ- 28
fecturæ, & dominij; quod iure diuino in ſubditos habent, & legis obligatio oritur ex ſubjectione, qua ſubditi ipſis ſubſunt, & obedientia quam eiſdem præſtare tenentur: at obedientia, & obligatio legis obſeruandæ non oritur ex ſubditorum acceptatione; nam ſi liberum eſſet populo Chriſtiano diſſentire, & leges Pontificias reſpuere, non eſſent ſubditi; quia voluntate, & non neceſſitate parerent, igitur ad valorem, & effectum legis ferendæ per ſummos Pontifices populi
conſenſus, & acceptatio non eſt neceſſaria tanquam conditio. Con- 29
firmatur; quia præceptum actuale obligat nullo aſpectato conſenſu illius, cui imponitur, ergo & lex. Antecedens patet ex communi DD. conſenſu, nam nullus oppoſitum excogitauit, vt docuit Lorea *in prima ſecundæ tract. de legibus diſp.* 20. Conſequentia probatur, quia vis legis maior eſt, quàm ſimplicis præcepti vis, igitur.

CAPVT.

## Capvt III.

*Nullam acceptationem, ſeu populi conſenſum eſſe neceſſarium, vt lex Pontificia reuocatoria, ſiue quælibet alia affirmatiua, negatiuáque ſuum habeat valorem, & effectum, oſtenditur, ac declaratur.*

1 ALiorum ſententiam declarauimus, & reiecimus in præcedenti capite; nunc dicendum, & explanandum eſt, quid reuera ſit in præſenti quæſtione ſentiendum. Mihi reſpondendum eſſe videtur cum diſtinctione illa, quam ſuprà tetigimus de duplici volútate abſoluta, & efficace, vel conditionata, & inefficaci; leges enim Pontificiæ, aut voluntate abſoluta, & efficaci conduntur cum intentione omnes ad earum obſeruantiam obligandi; aut contingere poteſt Papam tantùm voluntatem conditionatam, & inefficacem habere in ferendis legibus, ita vt obligare neminem velit ad obſeruantiam earum, niſi populi Chriſtiani expectato conſenſu, ſi priori modo ferantur leges, ſit prima concluſio.

2 Ad valorem, effectúmque legis Pontificiæ reuocatoriæ, aut poſitiuæ; nullus conſenſus, ſiue acceptatio populi requiritur, ſed ſtatim vt fuerit ſufficienter promulgata, obligat in conſcientia ad eius obſeruantiam. Hanc aſſertionem tenent in primis omnes authores, qui docent quamcunque legem obligare independenter à populi acceptatione, ita Cardinalis Zabarellus *in proœmio Clement. verbo vniuerſitati, quæſt.* 2. inquit enim non receptionem indiſtinctè nihil operari, niſi tranſeat in conſuetudinem à legiſlatore non ignoratam Turrecrem: *in* §. *ideo diſt.* 4. dicens cum Archidiacono, & Hugone, legiſlatorem poſſe compellere ſubditos ad acceptandam legem, aliàs eſſet eius poteſtas illuſoria, idem ſentit Præpoſit. *eodem* §. & inclinat Syluest. *quæſt.* 6. quatenus non receptionem docet non tollere legem, niſi per modum conſuetudinis, quando Princeps ſcit, & tolerat; Gregorius Lopez *in l.* 16. *titulo primo part.* 1. *n.* 4. vbi plures refert, & dicit eſſe communem intentionem DD. loquentium in hac materia, Medina *C. de reſtitutione quæſt.* 36. *ad quintum*, Caſtro *lib.* 1. *de lege pœnali, cap. primo* Marcus Burgenſis *in proœmio legum Tauri num.* 293. Dominicus *in Canone erit, verſ. ideo*, idem ſentire videtur Angelus *in ſum-*

*ma*



*ma verbo lex, num.* 4. ſi attentè legatur, docet enim tunc legem non obligare quando non recipitur à populo, conſentiente tamen legiſlatore, ex Theologis eam tenent Suarez *lib.* 3. *de legibus cap.* 19. *num.* 9. & *lib.* 4. *c.* 16. *n.* 1. & 2. Lorca 1. 2. *tract. de legib. diſp.* 20. Vaſquez *in* 1. 2 *to.* 2. *diſp.* 156. *c.* 5. *n.* 36. Malderus *in* 1. 2. *q.* 90. *art.* 3. *dub.* 2. Iacobus Granado *in p.* 1. *contr.* 7. *tract.* 3. *p.* 1. *diſp.* 7. *num.* 3. Baſilius Pontius *de matrimonio lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 2. Puteanus *in primam ſecundæ D. Thomæ quæſt.* 95. *art.* 3. *dubio vnico, concluſione* 2. Clauis Regia *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 11. Antoninus Diana *tract.* 10. *de legibus reſolutione* 1. *in fine* Rodriquez *tomo* 1. *quæſt. reg. quæſ.* 6. *art.* 6. vbi hæc habet, *Papa & quicunque Princeps habens authoritatem condendi leges poteſt compellere ſubditos ad earum obſeruantiam, ſuppoſito quòd ipſæ ſint iuſtæ, & rationabiles.* Hoc clariſſimè in iure probatur *in cap. de Liguribus diſt.* 23. *q.* 5. prout ibi notat Archidiaconus, & hanc opinionem tenet Hoſtienſis & Imola *in cap.* 1. *de tregu. & pace*, Burgos de Pace *in proœmio legum Tauri*, Syluester vnde non eſt expectandus aſſenſus populi ad vim legis, prout tenet Felinus. Hæc Rodriquez, nec diſſentit Bonacina *diſp.* 1. *de legibus quæſ.* 1. *puncto* 4. *num.* 29. ſequens Rodriquez, rationibus eiſdem quibus contrariam impugnauimus probari poteſt; præcipue verò oſtenditur argumento ex teſtimoniis ſacræ Scripturæ deſumpto. Et primò, ex illo *Ioannis* 20. vbi Chriſtus ait, *Pax vobis, ſicut miſit me viuens Pater, & ego mitto vos*, hoc eſt, inquit ſanctus Chryſoſtomus, *ſuum eis reliquit miniſterium*, & vt ait Theophylactus, *opus meum ſuſcipite.* Vnde perpetuò Catholici Patres verba iſta Chriſti ſic intellexerunt, vt reliquerit Dominus Apoſtolis, eorúmque ſucceſſoribus locum ſuum, & vices, ac vt ſua fungantur authoritate in gubernanda Eccleſia, cum hac tamen differentia, vt D. Petro data intelligatur vt ordinario, paſtori cui perpetuò ſuccederetur; aliis autem Apoſtolis tanquam Delegatis, & perſonalis muneris finiendi cum vita illorum, quibus non ſuccederetur, vt docuit D. Cyprianus *lib. de vnitate Eccleſiæ*; vbi inquit, *Dominus ad Petrum loquitur, Tibi dabo claues Regni Cælorum, & eidem poſt reſurrectionem ſuam, dicit, Paſce oues meas, & quamuis Apoſtolis omnibus, poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat, ſicut miſit me viuens Pater, & ego mitto vos, tamen vt vnitatem manifeſtaret, & vnam Cathedram conſtituit*; ita Caietanus *in tract. de authoritate Papæ & Conciliis cap.* 3. Sotus *in* 4. *diſt.* 20. *quæſt.* 1. *art.* 2. Franc. Vargas *in libello de poteſtate Eccleſiæ.* Heruæus *in libro de poteſtate Papæ.* Gabriel *in Canone Miſſæ*

 *lect.* 3.

*lect.* 3. idem ſentire videntur Scholaſtici omnes, ſanctus Banauentu-
ra, Albertus Magnus, Durandus *in* 4. *ſent. diſt.* 18. *art.* 20. *&* 24.
3 Bellarminus *lib.* 1. *de poteſtate Papæ cap.* 9. at conſtans eſt Chriſtum
miſſum fuiſſe à Patre cum poteſtate, non ſolùm prædicandi, & do-
cendi, ſed etiam condendi leges independenter à quacunque populi
acceptatione; ac iudicandi, vt Pſalmiſta ait Pſalm. 3. *Poſtula à me,
& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam, terminos
terræ, reges eos in virga ferrea*; quæ verba ſummam iudiciariam,&
legiſlatiuam Chriſti poteſtatem demonſtrant, vt placuit Chryſoſto-
mo *in cap.* 4. *primæ ad Corinth.* & Auguſtino *lib.* 3. *cap.* 1. *contra Epi-
ſtolam Parmeniani*, & Pſalm. 17. *Conſtitues me in caput gentium: po-
pulus quem non cognoui, ſeruiuit mihi; in auditu auris, obediuit mihi
Deus qui das vindictam mihi, & ſubdis populos ſub me*; ergo Petrus vt
caput totius Eccleſiæ, & eius ſucceſſores eandem habent authorita-
4 tem; igitur ſummi Pontifices habent leges ferendi abſque accepta-
tione populi poteſtatem,& poſſunt ſubditos omnes ad earum obſer-
uantiam obligare. Conſequentiæ ſunt claræ, nam vt ſuprà *in ſecun-
do not.* 2. *capitis* oſtendimus Petro eſſe datam à Chriſto Domino ſu-
premam poteſtatem in Eccleſia, & non alteri, ac ſubinde habere il-
lam Pontificem ſucceſſorem Petri immediate ab eodem Chriſto, à
quo illam Petrus habuit, & non ab Eccleſia; hinc ergo concludimus
6 Chriſtum Dominum ita hanc poteſtatem ſicut à ſuo etiam diuinóque
Patre accepit, dediſſe Vicario ſuo, vt per ſe poſſet validè, & efficaci-
ter operari ſine dependentia, & conſenſu populi; ergo per illam po-
teſt ferre leges habentes efficaciam, & valorem ad obligandam Ec-
cleſiam ad conſentiendum, acceptandámque legem, vel præceptum.
Hæc conſequentia patet; quia aliàs poteſtas non eſſet abſoluta,& ef-
ficax. Prior verò probatur, tum quia aliàs illa poteſtas magna ex par-
te eſſet data populo Chriſtiano: nam tunc lex Eccleſiaſtica non ha-
beret vim, vt eſt à Pontifice ſolo, ſed vt ab illo ſimul cùm Eccleſia,
7 ſi enim lex non poſſet eſſe lex niſi conſentiente populo, eſſet profe-
ctò populus conlegiſlator ſimul cum Pontifice; quod nullus exco-
gitare poteſt, tum quia Chriſtus abſolute dixit, *Quodcunque liga-
ueris, & paſce oues meas*, de populo autem nihil dixit,nec poſuit con-
ditionem ſi populus acceptauerit; igitur ſicut habebat poteſtatem
communicauit Petro,& ſuis ſucceſſoribus.

8 Verùm reſpondebis, poteſtatem, quam Chriſtus accepit à Patre
ſupra omnem Eccleſiam, alio modo Petro fuiſſe communicatam,&
alio



alio modo ſucceſſoribus Petri; ſiquidem Petro immediatè, ſucceſſo-
ribus verò mediis hominibus: nam Chriſtus ſuæ Eccleſiæ cõmuni-
cauit vt iam per electionem transferat ſummis Pontificibus in Petri
Cathedra ſuccedentibus, ob id non habent eandem authoritatem
quam Petrus habuit, cùm iſte immediatè à Deo, & independenter
à populo; illi verò mediatè ab Eccleſia, niſi cuius conſenſu non poſ-
ſunt leges ferre,

At hæc reſponſio multa falſa aſſumit, nam falſum eſt inprimis po- 9
teſtatem ſuam alio, & alio modo fuiſſe à Chriſto, Petro, & ſucceſ-
ſoribus traditam, quia poteſtas non confertur ſucceſſoribus Petri per
homines tanquam cauſam per ſe (vt ita dicam) quia nemo dat quod
non habet, neque Chriſtus hanc poteſtatem contulit Eccleſiæ, vel
aliis hominibus vt poſſent in alium transferre; ergo Chriſtus per ſe
immediatè confert. Vnde Adrianus Papa in epiſtola ad Imperato-
rem, quæ refertur in ſeptima ſynodo *art.* 2. in additione, quæ inci-
pit, *ſi verò, &c.* inquit, *per continuam ſucceſsionem in ſede Petri imple-
ri verbum Chriſti, Tu es Petrus*; & infrà ait, *ab ipſo Redemptore mun-
di B. Petro Apoſtolo principatus, ac poteſtas data eſt, vt per eundem
Apoſtolum Catholica,& Apoſtolica Eccleſia Romana vſque hactenus te-
net principatum, & poteſtatem*, nihilominus neceſſarium cognoſci-
mus aliquem hominum concurſum, vt ſucceſſorem eligant, quia
hæc ſucceſſio non eſt iure ſanguinis, aut hæreditario, ſed eſt morali
modo per electionem,qui ſtatim à Chriſto accepit ſupremam ſupra
totam vniuerſalem Eccleſiam authoritatem.

Secundò idem probant ea Scripturæ loca, quæ docent obedien- 10
tiam datam Prælatis Eccleſiæ, exhibitam ac datam eſſe Deo, & è
contrà iniuriam fieri Deo, quando illis debita reuerentia, & obe-
dientia non præſtatur, eo quòd Dei authoritate regant,vnde & præ-
cepta Paſtorum Eccleſiæ, præcepta Dei cenſentur; qui à Deo im- 11
mediatè illam poteſtatem receperunt, vt populo ſibi commiſſo ea,
quæ ad legis Dei obſeruantiam maximè conducunt, per leges, &
præcepta independenter imponere valeant. Hinc cùm populus Iſraël
murmuraſſet contra Moyſen, & Aaron ſummum Sacerdotem, fra-
trem eius, dixit illis Moyſes, *Nos enim quid ſumus? nec contra nos eſt
murmur veſtrum, ſed contra Dominum.* Quod non ex alio capite Moy-
ſes dixit, niſi quia poteſtatem illam ſupremam tam Aaron, quàm ipſe
à Deo immediatè ad populi regimen acceperant, & ob id iniuriam
illatam ipſis, Deo inferri cenſebant, & 1. *Regum cap.* 8. de filiis Iſ-

raël petentibus Regem loco Samuëlis Sacerdotis ſummi, ait ibi Do-
minus; *Non in te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos*, & Lucæ 10.
*Qui vos*, ait, *audit, me audit, & qui vos ſpernit, ſpernit eum, qui mi-
ſit me*, & *Actorum* 15. *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis*; & Paulus 1.
*Theſſalon. cap.* 4. *ſcitis*, inquit, *quæ præcepta dederim vobis per Domi-
num Ieſum*; & paucis interpoſitis ſubdit, *Itaque qui hæc ſpernit, non
hominem ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit Spiritum ſanctum ſuum in
nobis*, ex quibus euidenter colligitur non ſolùm authoritatem impe-
randi, atque à Deo leges ferendi diuinitùs ſummo Pontifici, & cum
12 proportione Epiſcopis tributam eſſe, ſed etiam legem diuinam id
ipſum dictare faciendum, quòd Prælati præcipiunt, quemadmodum
ſi ab ipſomet Deo eſſet præceptum. Hinc ergo concludimus, quòd
ſicuti Deus per ſuam legem obligare poteſt totam vniuerſalem Ec-
cleſiam independenter à quacunque eius acceptatione, etiam ſum-
mus Pōtifex propter authoritatem ſupremam, quam Deus ipſi com-
municauit, id ipſum facere poteſt, ac ſubinde, ex vi diuinæ legis, ſub-
diti tenentur obedire, ex quo faciliùs redditur concluſionis noſtræ
intellectus: nam ſi de iure diuino obligantur fideles præſtare ſummo
Pontifici, & aliis Eccleſiæ Prælatis, proportionabiliter obedientiam;
igitur non requiritur aliqua acceptio, vt leges Eccleſiaſticæ vim ha-
beant, & ad earum obſeruationem obligent.

13 Hæc conſequentia tenet. Prior verò probatur; quia Sacerdotium
legis Euangelicæ multo præſtantius, & Maioris dignitatis, ac autho-
ritatis eſt, quàm fuerit illud Aaronis in lege veteri, vt elegantiùs pro-
bat Diuus Paulus ad *Heb.* 7. at ſummus Sacerdos legis veteris obliga-
re poterat ſibi ſubditos, & iſti ſub peccato mortali de iure diuino
tenebātur obedire, ſicuti conſtat ex illo *deuteronomio* 17. *cap.* vbi dici-
*tur, qui ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis Imperio, qui ex tempore mi-
niſtrat domino Deo ſuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & aufe-
res malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus dein-
ceps intumeſcat ſuperbia*; & *Prouerbiorum* 6. dicitur, *Conſerua fili præce-
pta patris tui, & ne dimittas legem matris*, vbi nomine patris intelligi-
tur Deus, & nomine matris Eccleſia: vnde ait *Matth.* 18. Chriſtus, *ſi
Eccleſiam*, ideſt, Prælatorum mandata, *non audierit, ſic tibi tanquam
ethnicus, & publicanus*; ex quibus omnibus ſatis cōprobatum eſt, quod
ſicut ineſt ſubditis præceptum diuinum de obediendis ſummis Pon-
tificibus, ita in iſtis ineſt authoritas præcipiendi, & leges ferendi abſ-
que illorum conſenſu alioquin voluntate, & non præcepti diuini ne-





ceſſitate obedirent legibus & Eccleſiæ præceptis.

Tertiò ex Bellamontano *prima ſecundæ diſp.* 156. *cap.* 5. probatur 14
aſſertio: quia legiſlatiua poteſtas ſuprema ſummi Pontificis non de-
pendet ab Eccleſia per electionem, aut alio modo, ſed à Chriſto im-
mediate in caput totius Eccleſiæ conſtituitur, vt probatum eſt; qua
igitur ratione eius imperium, & gubernatio à reliquis membris pen-
debit, quod ſi eſt contra rationem membrorum corporis vt capiti
repugnent, cùm ab eo dirigūtur, & influxum vitalem recipiunt; mul-
to maiori ratione erit abſurdum in corpore myſtico, membra nō obe-
dire capiti; non poterit ergo reliquum Eccleſiæ corpus latæ ſemel
legis, & promulgato præcepto non obedire. Lex enim vt habeat ve- 15
ram rationem Imperij, profectò à ſolo capite, quod ius præcipiendi
habet, pendere poteſt. Porrò reliquum corpus Eccleſiæ etiam in con-
cilio congregatum, non eſt ſuper Pontificem, ſed potiùs Pontificem 16
eſſe ſupra reliquum corpus, vera & communis ſententia eſt, ita Al-
bertus Magnus. Sanctus Thomas, diuus Bonauentura, Riccardus, Pa-
ludanus, & alij *in quarto ſentent. diſtinct.* 19. vbi de clauibus agitur.
ſanctus Antoninus 3. *part. titulo* 22. *cap.* 10. §. 4. *ſummæ hiſtorialis, & ſe-
cunda parte titulo tertio cap.* 11. *ſummæ Theologiæ*; Turrecremata *lib.* 2.
*cap.* 93. *&* 104. *ſummæ de Eccleſia*, in reſponſione ad oratores Baſilien-
ſes de ſummi Pontificis, & Concilij generalis authoritate. Noſter
Aluarus Pelagius *de Planctu Eccleſiæ primo lib. art.* 6. Iacobatius *lib.*
10. *de Conciliis art.* 7. Caietanus *in tract. de comparatione Papæ, & Con-
ciliorum*, *Albertus Pighius lib.* 6. *de Hierarchia Eccleſiæ*, Franciſcus Fer-
rarienſis *lib.* 4. *contra gentes cap.* 76. Auguſtinus de Ancona *in tract. de
poteſtate Eccleſiæ*, Petrus de Monte *in lib. de poteſtate Papæ, & Concilij.*
Aretinus noſter *tomo* 2. *in tertium Scoti ſent. tract. de Conciliis*, Cano-
niſtæ fere omnes *in cap. ſignificati de electione, & Can. ſi Papa diſtin.*
40. noſter Antonius Delphinus *lib.* 2. *de Eccleſia cap. vltimo* Thomas
Campegius *in tract. de poteſtate Romani Pontificis cap.* 22. *& ſequen-
tibus*, Robertus Bellarminus *lib.* 2. *de Conciliis cap.* 16. idem Vaſquez
12. *quæſt.* 1. *art.* 10. quare nec extra Concilium, nec in Concilio legi à
Pontifice latæ iuſte refragari poteſt.

At huic Bellamontani rationi reſpondere poſſunt aduerſarij ne- 17
gando antecedens, nam licet verum ſit Papam eſſe caput, & Paſto-
rem ſingulorum Chriſtianorum, & ſingularum Eccleſiarum ſi ſeor-
ſim ſumantur, non eſt autem totius Eccleſiæ ſimul congregatæ in
Concilio generali in quo immediatiùs, principaliùs, & immobiliùs

ſumma legiſlatiua poteſtas totius Eccleſiæ vniuerſalis reſidet : quia
Chriſtus Dominus omnem poteſtatem ligandi, & ſoluendi ſuæ Ec-
cleſiæ tribuit, quam poteſtatem per ſeipſam (quia non poteſt ſemper
19 congregata manere) exercere non valet, ob id Chriſtus inſtituit ſum-
mum Pontificem tanquam inſtrumentum generale ad omnes actio-
nes Eccleſiæ, & in eo poſuit hanc poteſtatem ſummam, ita vt ſit for-
20 maliter, & ſubiectiue principaliter in Eccleſia, inſtrumentaliter in
Pontifice, vt eam nomine Eccleſiæ exerceat, ac ſubinde ſumma legiſ-
21 latiua poteſtas dependet in ſummo Pontifice aliquo modo ab ipſa
Eccleſia, cui leges imponere non poteſt, niſi ex conſenſu ipſius, ex vi
22 talis miniſterialis poteſtatis, nec repugnat membra capiti nō obedire
quando caput metaphorice tantùm dicitur, & eius poteſtas eſt in
membris formaliter, repugnaret vtique reſpectu ſingulorum Chri-
ſtianorum, & ſingularum Eccleſiarum, quarum eſt vere, & reale Ca-
put: ità docent Panormitanus *cap. ſignificaſti, de electione in 6.* Cardi-
nalis Florentinus *eodem cap.* Abulenſis *in cap. 18. ſuper Matth. quæſt.*
108. Nicolaus Cuſanus *in tract. de concordantia Canonica lib. 2. cap. vl-*
*timo* Ioannes Gerſon, & Cardinalis Camaracenſis *in ſuis tract. de po-*
*teſtate Eccleſiæ.*

23 Veruntamen reſponſio iſta repugnat cum Conciliis, ac ſacra ſcri-
ptura: quia Petrus eſt Eccleſiæ fundamentum à Chriſto poſitum, iux-
ta illud Matth. 16. *tu es Petrus & ſuper hāc petram ædificabo Eccleſiam*
*meam*; igitur poteſtas legiſlatiua, & ſumma Pontificis Romani non
pendet ab Eccleſia congregata in Concilio. Probatur conſequentia:
nam quod eſt in domo fundamentum, eſt in corpore caput, & in gre-
ge Paſtor; igitur ſicut fundamentum non pendet à domo, ſed domus
à fundamento, ità etiam caput non pendet à corpore, ſed corpus à ca-
pite; & Paſtor non pendet à grege, ſed grex à Paſtore; quòd autem per
24 Eccleſiam in eo loco intelligatur Eccleſia vniuerſalis, etiam con-
gregata, vt eſt in generali Concilio, probatur tum ex *cap. 15. Matth.*
vbi de eadem ſua Eccleſia Chriſtus dicit, *ſi eos non audierit, dic Ec-*
*cleſiæ,* quo loco per Eccleſiam intelligunt generale Concilium; tam
aduerſarij, quàm alij Doctores, tum quia paulo ſuperiùs eo ſenſu de-
25 clarauimus hunc ſacræ Scripturæ ſenſum. Præterea Eccleſia ſemper
eſt congregata formaliter; igitur ſi Pontifex eſt caput, & Paſtor Ec-
cleſiæ non profectò diſperſæ, quæ nulla eſt, ſed congregatæ Eccleſiæ,
eſt Paſtor, & Caput. Antecedens probatur, quia vnum eſt regnum, vna
familia, vnus grex, licet loco diſperſa videatur; igitur formaliter
eſt



eſt ſemper congregata. Conſequentia probatur ex illo Ioannis cap.
vltimo, *paſce oues meas*, tunc ſic vel Eccleſia congregata in Concilio 26
generali, pertinet ad oues Chriſti, vel non; ſi pertinet; ergo Petrus, &
eius ſucceſſores eſt Caput, & Paſtor Eccleſiæ congregatæ, & Concilij
generalis; ſi non pertinet; ergo Chriſtiani per congregationem deſi-
nunt oues Chriſti eſſe, quod eſt falſiſſimum. Item Concilium Lug- 27
dunenſe, vt habetur, *vbi periculum*, vocat Pontificem rectorem vni-
uerſalis Eccleſiæ, igitur non eſt ſolum ſingularum Eccleſiarum ca-
put. Similiter in Concilio Florentino cautum eſt Pontificem eſſe
totius Eccleſiæ Caput, & accepiſſe à Domino pleniſſimam poteſta- 28
tem regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam. Concilium Con-
ſtantienſe damnauit *in ſeſſ.* 15. hæreſim Ioannis Hus, dicentis Papam
non eſſe caput Eccleſiæ, ex quibus euidens eſt, non ſolùm Pontificem
ſummum eſſe Caput per ſe, & immediate totius vniuerſalis Eccleſiæ,
etiam congregatæ in generali Concilio, verùm etiam authoritatem
imperandi, ac leges ferendi, ad earum obſeruantiam obligandi totam
Eccleſiam congregatam, habere immediate à Chriſto Domino; ac
ſubinde poteſt ipſe legem imponere, & conſtituere independenter
ab acceptatione.

Si verò voluntas ſummi Pontificis in ferendis legibus poſteriori 29
modo concurrat, hoc eſt inefficaciter, & conditionate, vt dictum eſt:
Sit ſecunda concluſio. Ad legem quamcunque ferendam, conſtituen-
dámque vt legis poſſit habere eſſe, vim, & effectum; neceſſariò re-
quiritur populi acceptatio, & conſenſus. Hanc concluſionem doce-
re videntur omnes DD. primæ ſententiæ, quam ſuprà in primo cap.
adduximus, dum dicunt leges promulgari ſub tacita conditione, ſi
à populo acceptentur, quod idem eſt, ac ſi affirmarent Pontificem
ſummum non ſemper habere efficacem voluntatem obligandi Eccle-
ſiam per leges latas; ſed aliquando ferre ſub conditione, ſi accepten-
tur à populis Chriſtianis, qua conditione ſtante, voluntas eius cer-
te, conditionate, & inefficaciter concurrit ad illas leges edendas, &
in hoc ſenſu nobiſcum concurrunt. Probatur igitur aſſertio.

Primò omnis lex eſſentialiter pendet in ſuo eſſe, ac inſtitutione ab 30
efficace voluntate, & intentione legiſlatoris; igitur quando Ponti-
ficis ſummi voluntas eſt inefficax, & conditionata in ferendis legi-
bus, non cenſetur illam ferre; nec illa erit lex niſi adimpleta condi-
tione; per quam in abſolutam, & efficacem tranſit: at conditio non
adimpletur niſi à populi acceptatione; ergo neceſſaria eſt ad legem
conſti

conſtituendam, & ad eius efficaciam, vim, effectúmque. Maior propoſitio, eiuſque illatio oſtenditur, quia actus moralis pendet eſſentialiter ab intentione efficaci, ſine qua non eſt verus actus, ſed fictus in ſuo ordine, & in ſua ſpecie; ſic votum exterius factum ſine intentione non eſt votum, nec cenſura lata ſine intentione ligandi eſt cenſura, nec Sacramentum ſine intentione collatum eſt Sacramentum, & ſic de aliis; igitur lex non erit lex ſi abſque efficace voluntate, & intentione legiſlatoris, quamuis proferat verba de ſe ſufficientia ad præcipiendum, & cum omnibus exteriùs requiſitis ad conſtitutionem legis, ſi non habeat intentionem ferendi legem, non fert illam, nec illa erit vera lex: at euidens eſt voluntatem conditionatam, & intentionem inefficacem non eſſe intentionem, nec veram voluntatem, niſi poſt adimpletam conditionem; igitur atque hoc modo rectè intelligitur illud, *quod Principi placuit, legis habet vigorem, inſtit. de iure nat. genti. & ciuil. §. ſed &*, quia ex beneplacito Principis tota lex pendet, & ideo *in l. non dubium, C. de legibus* dicitur *in legem peccare qui verba legis amplexus contra legem nititur voluntatem*, vtique quia voluntas eſt intrinſeca forma, & anima legis, vt abſoluta, & efficax.

33 Inſuper probatur ſecundo: nam eſſentialis actus requiſitus in voluntate legiſlatoris ad legem conſtituendam, ferendámque eſt efficax voluntas obligandi ſubditos; igitur voluntas, quæ neceſſariò requiritur ad legem, eſt voluntas inſinuandi ſubdito voluntatem obligandi illum ad legis obſeruationem, at cùm voluntas eſt conditionata, & inefficax, non eſt voluntas obligandi, niſi adimpleta conditione; igitur conditionis adimpletio, quæ facienda eſt per populi acceptationem, neceſſariò requiritur ad legem conſtituendam. Hæc conſequentia patet, quia voluntas & intentio legiſlatoris redditur abſoluta, & efficax reſpectu obligationis, quam intēdit in lege. Maior probatur, quia hæc eſt voluntas præceptiua, ſine qua non poteſt intelligi obligatio, nec etiam alia voluntas ex cogitari poteſt, quæ per ſe neceſſaria ſit ad legem conſtituendam.

34 Tandem aduertendum eſt, quòd hæc concluſio ſecunda ſpeculatiue ſuſtentari poteſt in praxi verò exiſtimo impoſibile eſſe ſummum Pontificem habere intentionem inefficacem, & conditionatam in ſuis ferendis legibus, præſertim reuocatoriis, tum quia nec legem faceret, nec ad aliquid obligaret Eccleſiam; conſequenter nullum eſſet reuocatum priuilegium aut indulgentiam, neque aliquam abrogatam



gatam legem; quia actus morales non obligant vltra intentionē agentium, tum quia repugnat eſſe legem, & non inducere obligationem, 35
quia extrinſecè eſt vinculum quoddam, & obligatio eſt quaſi formalis effectus eius; tum quia Eccleſia eſſet ſupra Pontificem, nam conſtitueret per propriam voluntariam acceptationem voluntatem, & intentionem ſummi Pontificis efficacem, & conderet perfectiuè, & vltimatè legem Canonicam; tum tandem, quia ſequeretur Papam ſuam authoritatem habere dependenter ab Eccleſia, & inſtrumentaliter Eccleſiæ actiones exerceret, quæ ſunt valdè abſurda, ob id ſoluendæ veniunt rationes primæ ſententiæ.

Ad primam igitur, reſpondeo rationem illam nihil contra noſtram 36
probare ſententiam, ſolùm enim oſtendere ad legem ciuilem ferendam, vt legis vim poſſit habere, valorem, effectúmque, neceſſarium eſſe populi aſſenſum, & acceptationem ex vi conditionis inbibitæ in lege lata, quia voluntas legiſlatoris ſemper cenſetur conditionatè concurrere, dum ſuos ſubditos obligare ad legis obſeruantiam non intendit, niſi priùs ab ipſis ſit acceptata: nam ita petit eius poteſtas ratione propriæ dependentiæ, quà à populo pendet, ſic intelligitur ille textus *in l. de quibus.* ſi verò extendatur ad leges Canonicas, ſicut voluêre Doctores citati pro contraria ſententia. Reſpondeo negan antecedens: nam Papa ſemper in legibus edendis tam poſitiuis negatiuis, & reuocatiuis, efficacem habet voluntatem, Eccle earum obſeruationem obligandi, vt rectè colligunt Doctores do præcipiendi, quandoque enim aliquid prohibetur, vel præc in virtute ſanctæ obedientiæ, vel ſub oſtentatione diuini iudicij, ſub indignatione beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, vel vtuntu verbo *præcipimus, iubemus, mandamus, inhibemus; neceſſe eſt, teneantur; vel tollimus, caſſamus, abrogamus, annullamus; volumus eſſe vacua, & nullius effectus, & valoris*: tum ex pœnis impoſitis, quæ grauiſſimæ eſſe ſolent, *ſub pæna interdicti, excommunicationis, degradationis, priuationis gradus dignitatis, etiam Regia, Imperiali*, &c. ita DD. communiter, Alphonſus de Caſtro *lib. 1. de legis pœnalis poteſtate, capite 5. documento 4. verſiculo quicquid in iure*, Nauarrus *in Manuali cap. 23. num. 53.* Gregorius de Valentia *tomo 2. diſput. 7. quæſ. 5. dubio 3.* Michaël Salon *2. 2. tomo 2. quæſ. 77. art. 1. controuerſ. 8. regula 2.* Sotus *lib. 1. de iuſt. & iure quæſt. 6. art. 5.* Ioannes Medina *C. de ieiunio quæſt. 7.* Martinus Ledeſma *2. 4. quæſt. 17. art. 7. dubio 6.* Bartholomæus Medina *in 1. 2. quæſt. 96. art. 4.* Clauis regia *libro 3. cap. 7.*

37 *cap.*7. Suarez *libro* 4. *de legibus*, *cap.* 18. nec poteſt ſummus Pontifex
habere voluntatem conſtituendi leges, & non habere voluntatem, ſi-
ue intentionem efficacem obligandi Eccleſiam ad illarum obſerua-
tionem, quia euidenter eſſet implicatio in obiectis, tum quia volun-
tas ferendi leges, & intentio per illas obligandi, eſt vna, & formalis
voluntas, vel ſaltem vna eſſentialiter aliam includit, tum quia poſte-
rior deſtrueret priorem: textus verò illius legis *de quibus*, non mili-
tat in lege Canonica, nihilominus dico, eſſe interpretandum de po-
puli acceptatione in ordine ad firmam, & ſtabilem legum obſeruatio-
nem de facto habendam, non verò de iure, vel ad firmam & ſtabi-
lem legum obſeruationem in facto eſſe, requiritur aſſenſus populi;
non autem reſpectu authoritatis, ita indicant illa verba, *ipſæ leges nul-
la alia cauſa nos tenent*.

38 Ad ſecundam nego minorem, nam leges Pontificiæ iuſtæ, & ratio-
nabiles, non ſunt ad deſtructionem, ſed ad ædificationem conditæ; fe-
runtur enim pro totius Eccleſiæ communi bono, ad Dei honorem, &
animarum ſalutem: eſſet ſiquidem legiſlatiua iſta ſupranaturalis po-
teſtas à Deo immediatè ſummo Pontifici data in deſtructionem, ſi
abſolutè, & efficaciter non exerceretur, quoties opus eſt, & neceſ-
s Eccleſiæ expoſcit, ouiúmque ſalus exquirit, quòd ſi populi con-
ac acceptatio eſſet expectandus, quàm maxime Eccleſiæ vni-
gubernium periclitaretur. Ad illud verò maioris iam reſ-
eſt, Papam eſſe ſupra Eccleſiam vniuerſalem, etiam con-
um, ac proinde falſum eſſe antecedens, & conſequentiam.
a vltimum dico, acceptationem, vel non acceptationem populi
on eſſe ſufficientem conjecturam, qua dijudicari poteſt legem non
ſſe pro bono communi latam, nam ſi lex non fertur pro bono vniuer-
ali, non habet iuſtitiam, nec legis rationem, vnde falſa eſt minor,
& conſequentia. Ad confirmationem reſpondeo petere maximam
41 examinandam difficultatem, breuiter tamen quatenus militare vi-
detur contra Pontificiam legem: dico falſam eſſe paritatem, tum quia
legis abrogatio per conſuetudinem ſupponit ipſam iam acceptatam,
42 moribúſque populi firmatam; tum quia ad abrogationem legis per
conſuetudinē inter alias conditiones requiritur poteſtas populi con-
iuncta cum Principis ſui, & legiſlatoris voluntate, ſiquidem totum
iſtud coniunctum concurrit neceſſariò ad legem abrogandam, quia in
plebe eſt poteſtas facti potius, quam iuris ad abiiciendam illam legem
quantum in ſe eſt, & ex parte Principis eſt etiā poteſtas ad cōuenien-
dum,



dum, & conſentiendum voluntati populi; & ita completur poteſtas,
ad auferendam legem, quia in effectu, qui eam tulit; idemmet illam 43
aufert: quòd facere poteſt, quòd ſi deficiat Principis voluntas, non
poteſt conſuetudo auferre legem; non acceptatio verò legis exclu-
dit voluntatem Principis legiſlatoris: quia ſemper cenſetur habere
intentionem, & voluntatem efficacem obligandi ſuos ſubditos ad
obſeruationem legis, quam condidit, & ob id diuerſa eſt ratio vtriuſ-
que, vt declarabitur in quæſtione quarta.

## QVÆSTIO TERTIA.

### *An ſubditi teneantur leges Pontificias reuocatorias acceptare.*

### CAPVT VNICVM.

LIcèt fundamenta, quibus prima noſtra aſſertio capitis præceden-
tis oſtenditur, præſentem hanc difficultatem aliquo modo de- 1
clarent, ſiquidem docebamus diuino iure eſſe Prælatis Eccleſiæ, præ-
ſertim ſummo Pontifici in ferendis legibus obediendum. Nihilomi-
nus fuſiùs nunc expediendam eſſe exiſtimo. Pro quæſtionis intelle-
ctu notandum eſt igitur, ſimplicem reuocationem, tam communis
legis, quàm particularis, ſcriptæ, vel non ſcriptæ, duas quaſi ratio-
nes formales habere, vnam intrinſecam, qua in ratione veræ legis
conſtituitur, & conuenit quidditatiuè, & formaliter cum omni poſi-
tiua lege, ſaltem in ratione generica; alteram verò extrinſecam, qua
ab aliis legibus, quaſi à poſteriori, tam affirmatiuis, quàm negatiuis,
diſtinguitur.

Prima eſt, vt pro communi bono feratur, quatenus gubernium 2
totius vniuerſalis Eccleſiæ ad conſeruandam Eccleſiaſticam diſcipli-
nam, moréſque populorum reformandum exigit, vt priuilegia om-
nia viuæ vocis oraculo conceſſa, non ſolùm Ordinibus mendicanti-
bus, vel non mendicantibus, ſed etiam Principibus, Regibus, Im-
peratori, reuocentur. Idem cum proportione eſt dicendum de reuo-
catione cuiuſuis legis, etiam ciuilis, & conſuetudinis, vt patet ex
*cap. final. de præſcriptionibus*, Panormitanus *in cap. Canonum ſtatuta*,
*num.* 3. Syluester *verbo lex*, *quæſito* 9. Tabien. *eodem verbo num.* 84.

Suarez apud Bonacinam *de legibus diſputatione* 1. *quæſito* 1. *puncto* 2. *num.* 17.

4 Secunda formalitas, qua diſtinguitur ab aliis legibus, ſumitur ab effectu: nam aliarum legum effectus eſt, præcepta imponere, vel prohibere ne aliqua fiant; effectus verò reuocatoriæ legis eſt, præcepta tollere, facultatem faciendi, vel non faciendi annullare.

5 Notandum eſt ſecundò, quòd ſicut ex iuſtitia legis poſitiuæ oritur obligatio ad eam acceptandam; ita ſuppoſita iuſtitia legis reuocatoriæ, quam paulo antea ſuperiùs declarauimus, oritur obligatio reſpectu ſubditorum ad eam acceptandam poſt ſufficientem pro-
6 mulgationem: dixi notanter *ſuppoſita iuſtitia legis*, quia lex tam poſitiua, quàm reuocatiua euidenter iniuſta, non obligat, quia ceſſat ratio eſſentialis legis, vt ſumitur ex *cap. ante triennium*, *diſtinctione* 31. & latè proſequitur noſter Corduba *libro* 4. *de poteſtate Papæ cap.* 15. Panormitanus *in cap. cùm teneamus*, Felinus *in cap. ſi quando, de reſcriptis, & in cap. accepimus, de fide inſtrumentorum*, & alij communiter.

7 His ſuppoſitis ſit noſtra concluſio, omnes ſubditi quamcunque Apoſtolicam reuocationem tam legis communis, quàm conſuetudinis, & priuilegiorum quorumcunque tenentur acceptare, quæ per modum legis vniuerſalis iuſtè, & rationabiliter pro bono communi iuxta primam formalitatem explanatam fertur, ita vt peccent ſubditi, qui poſt ſufficientem promulgationem in principio illam non obſeruant ſolùm, quia illam acceptare nolunt, ita docent Doctores tam primæ, quàm ſecundæ ſententiæ in primo, & tertio capite ſuperioris quæſtionis adducti, eſſe communem
8 opinionem putat Pater Suarez *lib.* 3. *de legibus cap.* 19. *num.* 10. Hæc aſſertio neceſſariò ſequitur ex dictis; nam lex obligat ad ſui acceptationem; ergo qui legem ſtatim violat poſt ſufficientem eius promulgationem, contra illam delinquit, & qui non acceptat, etiam in hoc legem tranſgreditur, igitur tenentur ſubditi ſtatim legem acceptare.

9 Secunda concluſio leges Pontificiæ reuocatoriæ non ſolùm priuilegiorum quorumcunque, verum etiam cuiuſuis alterius legis per immemorabilem conſuetudinem introductæ: dum iuſte feruntur, quamuis rigoroſæ, difficiles, aut duræ reſpectu effectus earum cenſeantur, ſunt acceptandæ, ita Corduba *lib.* 4. *de poteſtate Papæ quæſt.* 7.

§. *reſpon*



§. *reſpondeo.* Suarez *lib.* 4. *de legibus cap.* 16. *num.* 4. Idem ſentire videtur Archidiaconus *in cap. ſicut, diſt.* 15. & Dominicus *in cap. in iſtis, ea diſt.* Cardinalis Alex. *ibidem* Turrecrem. *in decreto diſt.* 4. *ea ideo.* & probatur per textum *in cap. in memoriam* 19. *diſt.* ibi, *licet vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus*, & *cap. contra morem diſt.* 100. Et facit ad hoc *l. proſpexit, ff. qui & à quibus*, tùm quia licet durum ſit ſuperioris mandatum, obediendum eſt, ex gloſſa *ex parte* 2. *de officio delegati*, quia poteſtas Canonica ex eo quia maior eſt, quàm ciuilis, magis vim habet obli- 10
gandi, tum quia ex vi poteſtatis abſolute feruntur leges canonicæ, 11
ac proinde obligant ſubditos ad eas acceptãdas, aliàs nulla eſſet obligatio; quod eſt intelligendum; cùm de voluntate ſummi Pontificis ſatis conſtat, tum ex verbis legis, tum ex modo præcipiendi, tum ex illis indiciis, & circunſtantiis legis, nam vbi poteſtas non deeſt, & voluntas efficaciter concurrit, præciſam inducit obligationem. Addo verò oportere, vt veriſimile ſit legiſlatorem non 12
ignoraſſe rei præceptæ difficultatem pro tali loco, vel tempore, aut alia occaſione, & vt cenſeatur ex perfecta ſcientia rei præceptæ legem ferre; nam ſi probabiliter credatur hæc ignoraſſe, credi etiam poteſt noluiſſe, eam tanto rigore obligare. Hæc addidi, quia 13
quamuis verum ſit, legiſlatoris voluntatem ad legem ſtatuendam, vt ratione informatam ſemper concurrere, nam neceſſarius eſt vtriuſque potentiæ actus ad ferendam legem. Quamobrem ſemper præſumitur rei præceptæ perfectam, ac diſtinctam habere notitiam: poteſt nihilominus aliquando circunſtantias legem reddentes difficilem, ac duram ignorare; non abſolute, ſed reſpectu loci, conſuetudinis, & temporis.

# QVÆSTIO QVARTA.

*An populo reuocatoriam legem non acceptante, ſi à ſummo Pontifice iuſtè, ac boneſtè feratur cum voluntate efficaci obligandi, ſit valida, & obligationem inducat.*

## CAPVT I.

*Variæ DD. ſententiæ referuntur cum ſuis fundamentis.*

1 SEquitur ex declaratis in ſecunda quæſtione huius diſputationis
præpoſitæ difficultatis euidens determinatio. DD. nihilominus
de legibus indifferenter tractantes, eam ſub alio titulo examinando
non eodem modo ſentiunt, eorum placita hîc adducere opor-
tet, vt quid reuera ſit ſentiendum aperiamus. Emanuel Rodriq. *to-*
*mo primo quæst. reg. quæſt. 6. art.* 10. negatiue reſpondet: nam leges
confirmantur, cùm moribus vtentium approbantur, provt ait Diu.
Auguſtinus, & ſic dicitur in iure ciuili quod ipſæ leges non alia ex
cauſa nos tenent, quàm quod iudicio populi receptæ ſunt, & ſic ait
Nauarrus, quod lex antequam recipiatur, ſaltem per maiorem par-
tem ciuitatis eius, pars eſt, tranſgreſſorem non ligat, quoniam pro-
mulgata videtur cum conditione, ſi recipiatur ſaltem per maiorem
partem, vt ſingulariter dixit Dominicus per recentiores receptus,
& profundiùs doctiſſimus Felinus, & hoc probant prædicti Patres,
nam præſumitur legiſlatorem ferre illam ſub conditione, ſi fuerit
2 recepta, & in hoc nullam inuenio difficultatem. Difficultas huius
dubij verſatur in eo ſolùm, vtrùm primi non recipientes peccent? Ad
quod reſpondeo quod ſic, niſi aliqua rationabili, & iuſta cauſa excu-
ſentur, ſi quidem omnes tenentur ſuis præpoſitis obedire; & non eſt
in poteſtate ſubditorum leges à ſuperioribus latas recipere, vt dictum
eſt ſuprà, quod præcipue habet locum in legibus latis à Domino Pa-
pa, qui non ab hominibus, ſed à Deo habet ſuam iuriſdictionem. Di-
xi *niſi rationabili, & iuſta cauſa*, rationabilis, & iuſta cauſa erit quan-
do aliqui volentes ſeruare legem, & conſtitutionem, vident ſuos
maiores, aut maiorem partem illorum quibus fuit impoſita eam non
ſerua



ſeruare, neque cœpiſſe ſeruare, provt tenet D. Thomas *prima ſecundæ*
*quæst. 36. art. 6.* Archid. *in cap. vtinam, diſtinct.* 76. hæc Rodriquez.
Gregorius verò de Valentia *tomo ſecundo diſput. 7. & diſput. 5. quæſt. 5.* 4
*puncto 3. quæſtiuncula quarta*, & alij apud Salas *de legibus diſput. 13.*
*ſect. 1. quæſt. 1. num.* 2. putant legem à Principe latam cum intentione
populum obligandi, etiam ſi legem non acceptet, non eſſe validam,
nec legem; quia huiuſmodi lex magnam excitare poſſet in populo
perturbationem, & ob id conſequenter non eſt iuſta, nec lata ob com-
mune bonum; ac proinde ceſſat vera legis ratio.
Alij autem exiſtimarunt, legem quamcunque non habere vim 5
ad ſui acceptationem, & obſeruationem obligandi; quamobrem ſi
eam populus non acceptat, non erit lex, ex defectu acceptationis, quæ
eſt conditio neceſſariò requiſita ad legis obligationem. Si ergo lex 6
non acceptetur, non obligat; nec lethaliter peccant non acceptantes,
etiam ſi abſque ſufficienti ratione ſint in cauſa, ne lex iuſta ob com-
mune bonum condita vſu recipiatur, eámque promulgatam non ſer- 7
uent, niſi ab extrinſeco talis non receptio aliqua circunſtantia non
vitietur, quia legiſlator non intendit promulgare legem abſolute, ſed
ſub conditione ſaltem tacita, ſi ſcilicet acceptetur à populo, non enim
expedit homines ità per humanam poteſtatem, vt renitentes, atque
inuiti aſtringantur lege ad aliquid faciendum, ita tenere videntur
gloſſa *in cap. 1. verbo frangere, de tregu. & pace*, Panormitanus *ibi*
*num.* 4. M. Antonius Cuch. *lib. primo inſtitut. maiorum titulo 3. num.* 31.
Bartholom. Vgolinus *de cenſuris Eccleſ. tabula prima cap. 9.* §. 9. *n.* 10.
Sebaſtianus Medices *in ſumma de concordantia Canon. Decret. diſtin.*
4. *art.* 3. & alij.
At oppoſitam ſententiam, vt probabiliorem docet Bonacina *de* 8
*legibus in genere diſput. 1. quæſt. 1. puncto 4. propoſitione vnica num.* 29.
eámque tenere videtur Salas *de legibus diſp. 13. ſect. 1. quæſt. 1.* Paulus
Layman. *lib. 1. tract. 4. cap. 3.* Filliucius *tract. 16. cap.* 10. doctiſſimus
Suarez *lib. 3. de legibus cap. 19. num. 13. in fine*, Vaſquez *prima ſecundæ*
*diſp. 156. cap. 5. num.* 40. quia legiſlator videtur habere poteſtatem
inducendi populo obligationem per legem à ſe conditam eam non
acceptanti, aliàs maioris eſſet poteſtatis populus, quàm ſummus
Princeps: quando quidem poſſet legiſlatoris poteſtatem impedire;
igitur lex condita à legitimo ſuperiore, cum voluntate obligandi po-
pulum non acceptantem, ligat, & obligationem inducit ad ſui ob-
ſeruantiam. Conſequentia patet, quia conſuetudine conſtat puniri 9
cos

eos,qui legem promulgatam non acceptant,neque in principio,quando lex fertur audent ſubditis coram iudice excuſationem afferre, quod legem non obſeruauerint,quia recepta non fuerit, nam hoc eſt quod tunc agitur,& ad quod directe cogit, & propter quod puniuntur, ſcilicet, qui illam non obſeruant, & obſeruando non acceptant; igitur euidens ſignum eſt, legem obligare populum ad ſui obſeruantiam renitentem, & nolentem acceptare. Ac ſubinde nulla alia præuia acceptatio neceſſaria cenſetur,vt lex ſit valida, & obligandi vim habeat,alioquin peccarent grauiter iudices punientes eos, qui legem non obſeruant, quia recepta non fuit,& confirmari poteſt ex authentica,*vt factæ nouæ conſtitutiones*, vbi poſt publicationem legis, & lapſum temporis deſignati, præciſe exigitur obſeruantia legis; etiam ſi allegabitur, quòd recepta non fuerit, vt patet in Bulla Clementis VIII. *de largitione munerum*, quam non fuiſſe vſu receptam à ſuperioribus Regularibus docuerunt Megala *in parte ſecunda lib. 2. cap. 27. quæſt. 3. num. 65.* Stephanus Gratianus *in ſuis diſceptationibus forenſibus tomo 2. cap.* 202. *num.* 17. Et nihilominus ſacra Pœnitentiaria ſanctiſſimi Domini Papæ cum tranſgreſſoribus diſpenſat, & aliquando ad reſtitutionem faciendam obligat, tranſgreſſores Regulares acriter puniuntur,quando debite conuincuntur de tranſgreſſione; idem patet in conſtitutione Gregorij XV. contra Confeſſarios in confeſſione feminas ſollicitantes, quam in partibus Hiſpaniarum non fuiſſe receptam affirmant aliqui, & nihilominus Domini Inquiſitores iuxta illam ſollicitantes puniunt,igitur lex ad ſui obſeruantiam ligat,eam populo non acceptante,nec eam obſeruante.

## Capvt II.

*Poſterior ſententia præfertur, ac declaratur.*

1 VLtima ſententia,quam Bonacina *loco citato* probabiliorem exiſtimat, veriſſimam eſſe ego puto; indiget tamen aliqua explanatione,vt differentiam conſtituamus inter ſecundam & hanc quæſtionem:nam eſt valde longe diuerſa hæc ab illa; ſolum enim ibi quærebamus,an populi acceptatio, vt neceſſaria conditio, requiratur ad legem conſtituendam,ita vt ſine populi conſenſu legiſlator ferre legem non poſſit? hîc verò ſuppoſito, acceptationem non eſſe de intrinſeca





ratione, & quidditate legis, ſed potiùs eius effectus, vt probatum
eſt, inquirimus, an toto populo, vel maiori parte legem non acce-
ptante poſt ſufficientem promulgationem legis iuſte, ac honeſte con-
ditæ, nec acceptare volente, imò reſiſtente lex obliget, ita vt ſuum
ſortiatur effectum? Ad quam difficultatem DD. pro poſteriori ſen-
tentia adducti affirmatiuè reſpondere videntur. Pro cuius intellectu 2
nonnulla notanda ſunt. Et primò aduertendum eſt, quòd populi
legis Pontificiæ non acceptatio comparatur ad eam legem, ſicut con-
ſuetudo abrogans legem Canonicam, ad eandem acceptatam. Nam 3
conſuetudo vt poſſit Canonicam legem acceptatam abrogare, opus
eſt vt populi Chriſtiani conſenſus cum ſummi Pontificis voluntate
coniungatur; quamobrem in duplici acceptatione talem conſuetu-
dinem conſidero, vno modo quatenus nuda, & voluntatem, ſeu in-
tentionem legiſlatoris excludit, alio modo, prout dicit totum con-
iunctum. Primo modo indubitatū eſt non poſſe abrogare populi con-
ſuetudinem non ſolùm legem Pontificiam, verùm etiam & ciuilem,
ita docent Doctores qui affirmant eſſe neceſſarium Principis conſen-
ſum ad quamcunque conſuetudinem inducendam, quos commodiùs 4
infrà referam. Poſteriori vero modo conſuetudinem, ex communi
Doctorum ſententia, abrogare quamcunque legem, ita gloſſa *in cap.
vltimo de conſuetudine*, quam multi ſequuntur, vt ibi ait Panormita-
nus, & expreſsè tenent Innocentius *in rubrica de conſuetudine num.* 4.
idem tenet gloſſa *in l. ſecunda, C. quæ ſit longa conſuetudo*, Ioannes
Azor. Gregorius Lupus *in l. 3. gloſſa 7. titulo 2. parte prima*, ex Theo-
logis autem ita etiam docuerunt ſanctus Thomas *prima ſecundæ quæſt.*
97. *art. 3. ad tertium*, & Dominicus Soto *lib. 1. de iuſt. & iure quæ-
ſtione 7. art. 2.* Dried. *lib. de libertate Chriſtiana cap.* 12. *parum à prin-
cipio.* Syluester *verbo conſuetudo quæſt.* 3. Angelus *in ſumma eodem
verbo num. 9. in principio.* Sanctus Antoninus *prima parte titulo* 16 §.
2. quem ſequitur Corradus 1. 2. *quæſt.* 97. *art.* 3. Vaſquez *in 1. 2. diſ-
put.* 177. *art. 3. cap. 2. num,* 13. *per totum.* Suarez *lib. 7. de legibus ca-
pite* 13. quia ſicut Principis conſenſus, & efficax voluntas requiritur, 5
vt populus per conſuetudinem legem ferre poſſit, ſic opus eſt, vt le-
giſlatoris voluntas efficax concurrat ad effectum, vt conſuetudo ab-
rogare poſſit legem; nam cuius eſt condere legem, eſt reuocare, & cu-
ius eſt ferre, eſt tollere. Antecedens multipliciter perſuaderi poteſt,
Primò ex *l. de quibus, ff. de legibus*, vbi tota ratio conſuetudinis poni-
tur in conſenſu populi, qui poteſt legibus vim & efficaciam dare; ergo

hæc erat primaria vis conſuetudinis in populo, quando habebat in ſe poteſtatem ſupremam; igitur poſtquam illam tranſtulit in Principem, ab illius etiam conſenſu principaliter pendet vis & efficacia conſuetudinis; & conſequenter neceſſe eſt, vt præcedat ſcientia, ſine
6 qua non poteſt eſſe cônſenſus. Secundò ex *l. tertia, titulo 2. parte 1.* vbi hæc habentur. *Tertia vt qui ea vtuntur, id faciant ſcientia, & conſenſu illorum, ſub cuius poteſtate ſunt, vel aliorum, in quo ipſi poteſtatem habeant.* Ex quibus verbis apertè conſtat ad conſuetudinem
7 requiri inter alias conditiones, vt Principe conſentiente, introducatur. Tertiò probari poteſt ratione, quia non minus eſt neceſſaria legiſlatiua poteſtas, ad inducendum ius non ſcriptum, quàm ſcriptum, vt oſtenſum eſt in ſecunda quæſtione huius diſputationis, notabili primo, & ſecundo: at in populis non eſt poteſtas legiſlatiua, vt ſuppono, quia vel illam nunquam habuerunt, vt in legibus Canonicis, vel quia illam in Principem tranſtulerunt, vt in ciuibus; igitur neceſſarium eſt, vt ille apud quem eſt ſuprema poteſtas, det vires conſuetudini per ſuam voluntatem, & conſenſum, quæ perſuaſiones
8 multo magis militant, & probant conſuetudinem abrogantem Canonicam legem expoſcere voluntatem ſummi Pontificis; nam etiam Eccleſia vniuerſalis congregata non habet irrefragabilem poteſtatem
9 inducendi ius Eccleſiaſticum, ſine Papæ efficaci voluntate. An verò hæc voluntas, quam efficacem vocamus, debeat eſſe poſitiua, & expreſſa, vel ſufficiat interpretatiua, quia ſcit, & tolerat, vel non impedit, non eodem modo ſentiunt Anton. *loco citato*, putat neceſſariam eſſe expreſſam, præſertim in ſummo Pontifice; & probari poteſt, quia ſola tolerantia, ſuppoſita ſcientia non indicat ſufficienter conſenſum, quia multa per patientiam tolerantur, quę non approban-
10 tur, iuxta *cap. Cùm iam dudum, de præbendis.* Sanctus verò Thomas prædicta quæſt. expreſsè docet ſufficere tacitum conſenſum, cui opinioni cæteri ſubſcribere videntur, quia tacitus conſenſus æquiparatur expreſſe, vt habetur in dicta lege, *de quibus* Pater Suarez *lib. 7.*
11 *de legibus cap. 13.* addit oportere conſenſum tacitum, & tolerantiam, ſiue voluntatem legiſlatoris non eſſe tantùm permiſſiuam, ſed operatiuam, ſeu approbatiuam, quod ex circunſtantiis, & vſu conſtare debet; maximè quando vel approbatio eſt rationalis, vel per ſolam permiſſionem non ſufficienter prouidetur ſubditorum ſaluti, & commodis. Verùm quid ipſe in hac re ſenſerim, aliunde commodiùs explicabo.

Hinc



Hinc euidenter ſequitur cônſuetudinem, vt conſuetudo eſt, id eſt, 12
nudè conſiderata, prout legiſlatoris voluntatem excludit, non abrogare legem, quatenus maior pars populi, ſeu totus populus ipſam non obſeruat, ſed vt totum coniunctum dicit, quatenus nempe voluntas efficax legiſlatoris cum voluntate populi concurrit ſaltem tacitè, dum populum non cogit ad legis obſeruantiam, vel ſciens diſſimulat, & tolerat, quia tunc cenſetur legiſlator ſuam reuocare legem.

Eodem ferè modo conſideratur legis canonicæ non acceptatio, 13
poteſt enim conſiderari nudè, & abſolutè, in quantum omnem ſummi Pontificis conſenſum excludit, & ſolam legis violationem à populo Chriſtiano factam, dicit, legibus Pontificiis iuſtè & honeſtè latis reſiſtente: Aut vt importat totum coniunctum, videlicet conſenſum Papæ tolerantis legis nonobſeruantiam violatæ à maiore populi parte, tolerantia operatiua, & illam non obſeruationem legis à populo factam; ſi poſteriori hoc modo accipiatur, tunc lex non acceptata non obligat ad ſui obſeruantiam, non quia acceptata non fuit, per non obſeruantiam, & violationem, ſed quia ex conſenſu efficaci ſaltem implicitè ſummi Pontificis lex reuocata cenſetur, dum obligare non intendit, vt colligitur ex *cap. vltimo de conſuetudine*: ſic enim ſentire videtur communis ſententia DD. docentium legem non acceptatam non ligare ad ſui obligationem, vt ex eorum fundamento patet. Nam docent, quòd lex fertur, & promulgatur ſub tacita illa conditione, ſi à populo acceptetur; quamobrem voluntas legiſlatoris conditionatè concurrens conditione non 14
conſummata, intelligitur negatiua in ferendis legibus, hoc eſt, non habere intentionem per illam legem obligandi ſuos ſubditos ad eius obſeruantiam. Ac proinde reuocat talem legem; quæ vt reuocata non ligat, non quia non acceptata, ita Rodriquez *primo tomo quæſt. reg. art. 11.* Caſtro *de poteſtate legis pœnalis cap. 1.* Emanuel Sà *verbo lex.* Fumus *verbo lex, num. 11.* Valentia *diſput. 7. quæſtione 5. dub. 2.* Filiucius *tract. 21. cap. 11. quæſito 11. num. 429.* Azor. *p. 1. libro 5. capite 4. quæſito 1.* Salas *de legibus, diſput. 13. ſect. 1. & 5.* Reginaldus *libro 13. num. 160.* Sanchez *libro 3. de matrimonio diſput. 18.* Henriquez *lib. 11. capite 8. num. 8.* Petrus Ledeſma *quæſt. 45. art. 4. dubio 3.* Rebellus *2. p. lib. 2. quæſtione 7. num. 15.* Guttier. *de matrim. cap. 61. num. 12.* Ægidius Coninch. *diſp. 27. dub. 1. num. 14.* & ferè omnes Iuriſperiti, ita gloſſa *de tregu. & pace*, & gloſſa *in l. rem non*

 *nouam,*

15 *nouam, §. patroni, C. de iudiciis.* Si verò priori modo accipiatur, tunc
firma remanente, ac moraliter durante ſummi Pontificis efficace
obligandi voluntate ad legis ſuæ obſeruantiam, licèt totus popu-
lus non acceptet, vel renuens legis receptionem, lex ad ſui obſer-
uantiam obligat, ſtante tali reſiſtentia, & non acceptatione. Quam-
obrem tranſgreſſores peccare lethaliter, abſque dubio firmiter te-
nendum eſt, ita ſentit poſterior ſententia, quam veriſſimam iudica-
uimus. Probatur, nam lex quæ iuſtè, & honeſtè fertur à ſummo
Pontifice poſt ſufficientem promulgationem firma eius remanente
efficaci voluntate ſubditos obligandi, ligat tranſgreſſores, & non
acceptantes ad ſui obſeruationem acceptationémque: igitur lex non
acceptata ſuum habet effectum formalem, quamuis reſiſtat legi
promulgatæ, populus nolens eam recipere. Tenet conſequentia,
quia repugnat eſſe legem, & de ſe non inducere obligationem, quia
18 eſt vinculum quoddam, & obligatio eſt quaſi effectus eius for-
malis, at non acceptatio legis durante moraliter voluntate legiſ-
latoris non vacuat legem; igitur de ſe inducit obligationem ſtante
illa non acceptatione populi. Antecedens verò probatur *ex cap. ſi
poſtquam, de electione in 6.* vbi habetur legem obligare iuxta legiſ-
latoris voluntatem, ibi, *quoniam non ſolùm vt quis veniat, ſed etiam
ex ſui mente exigit quod vſque in finem negotium proſequatur*, & ex
*l. cùm mulier, ff. ſoluto matrimonio, & l. dubium, C. de legibus, & l.
ſcire ff. de legibus.* Quæ iura docent aduersùs legem committere, qui
facit contra mentem, & voluntatem legiſlatoris, quamuis verba cu-
ſtodire videatur; igitur firmiter, ac moraliter durante voluntate Pa-
pæ lex obligationem ad ſui obſeruantiam, & acceptationem inducit
poſt ſufficientem promulgationem.

19 Ex dictis ſequitur primò. quod ſi maior pars populi non ſeruat lè-
gem ex eo ſolùm, quia legem iuſte, ac debite promulgatam accepta-
re nequit, tunc tenentur alij obſeruare legem Pontificiam: tum quia
ſicut illi qui nolunt legem acceptare per eius violationem, & non
20 obſeruationem peccant mortaliter duplici peccato; nam in obſerua-
tione, & acceptatione legis Canonicæ duplex virtus inuenitur, vna
eſt obedientia, quæ ſummo debetur Pontifici, cui virtuti opponitur
21 quaſi contrarium, nolle obedire quatenus eſt ſuperioris præceptum,
quæ inobedientia poteſt eſſe ex contemptu formali, vel ex malitia
in quantum durum videtur ſibi legem obſeruare, quæ materialis con-
temptus dicitur, vt docuit ſanctus Thomas *ſecunda ſecundæ quæſt.*
*105. art.*



*105. art. 2.* Cajetanus *eodem articulo*, Viguerius *cap. 5. §. 12. verſ. primo,
titulo de inobedientia*: ſi ex primo cap. oriatur, non ſolùm eſt pecca-
tum lethale prout communiter DD. affirmant, ita Alphonſus de Ca-
ſtro *lib. 1. de poteſt. legis pænalis cap. 5. documento 9.* Adrianus *quo lib. 6.
art. 2* Driedo *lib. 1. de libertate Christiana cap. 12. prop. 5.* Barthol. Me-
dina *1. 2. quæſt. 96. art. 4. dubio primo, regula 5.* Gregor. de Valentia *to-
mo 2. diſp. 7. quæſt. 5. puncto 6. ante finem* Cardinalis Toletus *lib. inſt.
Sacerdot. in tract. de ſeptem peccatis mort. cap. 9.* Nauarrus *in manua-
li cap. 23. num 42.* Clauis Regia lib. 3. *cap. 7. num. 16.* & alij. Verùm 22
etiam eſt ſpeciale hæreſis peccatum: ita Paramus *de origine inqui-
ſitionis lib. 3. quæſt. 10. a num. 58. per totum.* Si verò ex ſecundo, erit 23
peccatum lethale ſimplicis inobedientiæ, vt colligitur ex D. Thoma
*loco citato, & 180. art 9. in corpore, & ad tertium.* Alia virtus in obſer- 24
uatione legis eſt virtus aliqua particularis; ſi quidem lex poſitiua, vt
optime docet Cajetanus *prima ſecundæ quæſt. 96. art. 4. in finem.* Sotus
*lib. 1. de iuſt. & iure quæſt. 6. art. 4.* Driedo *vbi ſuprà*, & communiter
Thomiſtæ *eadem quæſt.* præcipiens, aut prohibens actus, ex his quæ
ſunt in ſe indifferentia facit actus illos eſſe, aut in præcepto, aut in
prohibitione conſtituens eoſdem, vt ſint actus, aut huius, aut illius
virtutis, vt, v. g. lex ieiunij præcipiendo abſtinentiam facit actum il-
lum ſub præcepto temperantiæ, lex item ſanctificandi diem feſtum 25
præcipiens audire Miſſam, & abſtinere ab opere ſeruili, facit actus
illos eſſe virtutis Religionis, & latriæ. Vnde vnum idemque exter- 26
num opus diuerſarum virtutum actus eſſe poteſt, vt dare decimas,
poteſt eſſe actus Religionis, poteſt eſſe etiam actus iuſtitiæ, & actus
virtutis obedientiæ. Atque hinc legis non acceptatio ex eius inob- 27
ſeruantia, & violatione habet ſpecialem malitiam, quæ ſpeciali vir-
tuti opponitur, cuius eſt actus per legem præceptus, vel prohibitus;
éſtque vel guloſitas, vel ſacrilegium, vel iniuſtitia: ac ſubinde con-
cluditur, quòd ſicut illa maior populi pars legem non obſeruans, quia 28
nequit eam acceptare, continuò peccat duplici illa malitia, nam præ-
ceptum perſeuerat continuò, vt ſupponimus, ità alij non excuſantur
à peccato, ex eo, quia maior illa pars nolit legem per inobſeruantiam
acceptare, quia æqualiter tenentur legibus debite, & iuſte latis obe-
dire: tum quia ſequeretur multas alias Canonicas leges non obliga-
re timoratos, & iuſtos, quia maior pars reipublicæ eas non ſeruat
quód abſurdiſſimum eſt.

Secundò quando ſummi Pontificis conſenſus, quo lex non acce- 29

ptatur à populo, eſt purè negatiuus, tunc lex Pontificia ligat, & ad ſui obſeruantiam obligat, etiam ex vi talis non acceptationis, nam conſenſus qui requiritur ad legis ceſſationem, ex vi nonacceptationis,& ex parte legiſlatoris, oportet quod ſit poſitiuus efficax, ſaltem approbatiuus tacite, quia tolerantia ſola, ſuppoſita ſcientia,non iudi-
30 cat ſufficienter conſenſum, quia multa tolerantur per patientiam, quæ non approbantur, iuxta *cap. cùm iam dudum, de præbendis*. Multoties enim Pontifices habent actum pure negatiuum circà proprias leges, dum non prohibent, & tamen non conſentiunt, ſed tacent, quia non poſſunt commode remedium adhibere, quæ tolerantia
32 præciſe,& per ſe loquēdo tantùm permiſſionis actum importat,quem negatiuum vocamus, iuxta Scoti doctrinam; quamobrem talis actus non eſt ſufficiens ad non acceptationem legis,vt non cenſeantur ſubditi obligati ad legis obſeruationem: ità ſentit Magiſter Suarez *lib.7. de legibus cap.13. num. 12.* Antoninus Diana *tract. de legibus reſolut.4. in fine.*

33 Dices, aliquando conſuetudo ius de nouo inducit, abſque vllo conſenſu Principis expreſſo, ſiue tacito approbatiuo; igitur multo magis non erit neceſſarius talis conſenſus ad non recipiendam legem promulgatam per conſuetudinem, ac ſubinde lex Canonica dicitur non acceptata abſque Papæ conſenſu. Conſequentia tenet, quia tanta poteſtas requiritur ad abrogandam Principis legem, ſicut ad introducendum nouum ius: ergò; antecedens probatur:quia conſuetudo præſcripta quando nouum ius inducit, tunc non expoſcitur perſonalis Principis conſenſus, ac ſubinde nec ſpecialis ſcientia eius de tali conſuetudine, ſed ipſo nihil de nouo ſciente, aut volentè,tacite, aut expreſſe conſuetudo efficaciter inducitur: ita habetur *in dicto cap. vltimo, de conſuetudine*, & *ibi* communiter Iuriſperiti, teſte Panormitano *ibidem num.13. gloſſa vlt. in §. leges, poſt cap. in iſtis diſt.* 4. item gloſſa *in cap. fruſtra, diſtin. 8. in vltimis verbis*; ibi, *Cardinalis Alex. in fine*, idem Anton. Barboſ. & alij *in dicto cap. vltimo*, vbi Rochus Curar. *ſect.4. num. 24.* refert plures Domin. *diſtin. 11. in ſumma, circa finem*; Angelus *in ſumma verbo confeſſio. num.9.* Sylueſter *eodem verbo quæſt. 4.* vterque enim ſupponit præſcriptam conſuetudinem ſufficere ignorante Papa, Felinus *in cap. cùm ex officiis, de præſcriptio. num.11.* Filliuc. *tomo 2. tract.21. cap. vltimo num 429.* Azorius *parte 1. lib.5. cap.4. quæſito 2.* ex Theologis autem Paludanus *in 4. diſt. 42. quæſt. 3. art.1. num. 7.* ſupplementum *quæſt. 2. art.2. concluſ.3.* ſanctus



ctus Anton. *prima parte titulo 16. §.2.* Sanchez *lib.7. de matrim. diſp.4. num.11 & 14. & diſput. 28. num. 20.* Salas *de legibus diſp.13. ſect. 2. num. 12.* Suarez *lib.7. de legibus cap. 13.* & alij apud Sanchez, & euidenter colligitur *in l. de quibus ff. de legibus*, vbi hæc habentur, *Rectiſſime receptum eſt, vt leges non ſolùm ſuffragio legiſlatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per diſſuetudinem abrogentur*; vbi diſtinguitur populus à legiſlatore, & huius ſuffragium non poſtulatur; igitur conſenſus Principis tacitus, vel expreſſus ad inducendum ius de nouo, non eſt neceſſarius; nam ſufficit rationabilitas conſuetudinis, & nihil aliud expoſcitur, niſi quod ſit diuturna, & per annos plurimos obſeruata, vt pro iure habeatur;ita in lege diuturna, *& in l. ſed & ea, & in l. nam* vbi communiter iuris ciuilis interpretes ita habent.

Pro huius obiectionis ſolutione, aduertendum eſt Principis con- 34
ſenſum ad conſuetudinem neceſſarium duobus modis poſſe intelligi, vnum quem DD. perſonalem vocant, quia datur à perſona Principis, vel expreſſe conſentientis, vel antecedenter dando licentiam ad introducendam conſuetudinem, vel conſequenter, aut concomitanter approbando illam, aut expreſſe videndo,& non impediēdo, alium verò conſenſum legalem vocant, ſeu iuridicum, quia non datur perſonaliter à Principe,ſed per ipſum ius; quia ſi Princeps ſtatuit legem, vt conſuetudo habens illas, vel illas conditiones valet,ex tunc conſentit, & in particulari applicatur ille conſenſus ad ſimiles conſuetudines, quando introducuntur in virtute illius legis,conſenſum Principis eſſe neceſſarium indubitatum eſt, vno iſtorum modorum; nam dicimus non ſemper neceſſarium eſſe conſenſum priori modo præſtitum à Principe, ſed poſteriorem ſufficere; quod enim prior 35
ſufficiat, per ſe notum eſt; quòd verò non ſit neceſſarius, ſed ſecundus ſufficiat, probatur; quia lex ſemper loquitur,& non minus eſt voluntas Principis per legem loquens cùm immediate per ſe volens, aut præcipiens.

Inſuper aduertendum eſt quòd conſuetudo aliquando ex vi præ- 36
ſcriptionis, aut virtute legis non præualet, in quantum lex nihil diſponit,nec diffinit certum modum eius, tunc neceſſarius eſt Principis perſonalis conſenſus ſaltem tacitus, vt conſuetudo ex beneficio legis introducitur, tunc nec tacitus, nec expreſſus Principis conſenſus expoſcitur ad eius validitatem, quia ſufficiēter exprimitur,ac explicatur per ipſam legem: hoc conſentaneum probari poteſt *in cap. vltimo, de conſuetudine*, vbi tantùm duæ conditiones 37
ad

ad conſuetudinem requiruntur, ſcilicet vt conſuetudo ſit rationabi-
lis, & præſcripta; ergò ſine fundamento iuris, imò contra illud eſt
nouam exigere, quæ in illis non contineantur, at ſpecialis ſcientia
Principis eſt noua conditio in illis non incluſa; ergò non eſt neceſ-
ſaria; ac ſubinde non conſenſus, qui ſine illa ſcientia eſſe non po-
38 teſt. Confirmatur ſimul, & declaratur, quia Princeps potuit gene-
ralem legem ſtatuere, approbantem conſuetudinem, habentem
tales conditiones ab ipſo præſcriptas, vt vim habeat abſque nouo
ſuo conſenſu, vel ſcientia; ſed id fuit in illo decreto; igitur. Maior
eſt de ſe euidens, quia hoc Principis poteſtatem non excedit, & ille
modus ſuam voluntatem oſtendendi, eſt ſufficientiſſimus, ac con-
uenientiſſimus: nam moraliter impoſſibile eſt, conſuetudines om-
nes ad Principis notitiam peruenire, iuxta *cap. primum, de conſtitut.
in 6.* & aliqui, expediat conſuetudines rationabiles obſeruari, &
vim ſuam obtinere His igitur notatis facilis eſt obiectionis ſolutio.

39 Reſpondeo igitur falſum eſſe, per ſe loquendo, aſſumptum: nam
omnis conſuetudo quaſi à propria ſua entitate neceſſariò Principis
conſenſum perſonalem, ſiue legalem, aut iuridicum præſupponit:
40 conſuetudo enim quando ex vi præſcriptionis, aut virtute legis
introducitur; tunc legalem Principis conſenſum cognoſcimus ne-
ceſſarium ad validam cõſuetudinem introducendam, qui non ſolum
eſt ſufficientiſſimus de ſe, verùm etiã eandem continet efficacitatem,
quam conſenſus explicitus, & immediatus, quamuis ſcientiam Prin-
cipis non requirat: hoc enim probant iura, & DD. ſuprà allegati in
41 probatione antecedentis. Si verò conſuetudo non præualet ex vi præ-
ſcriptionis, tunc neceſſariò Principis perſonalem conſenſum po-
ſtulat ſaltem tacitum, & approbatiuum; ac ſubinde etiam neceſſe
42 eſt, vt ſcientiam talis conſuetudinis habeat. Conſequentia quoque
falſa eſt, nam licet verùm ſit per conſuetudinem toleratam legem
Canonicam non acceptari, tamen illa Principis tollerantia, dicit
eius efficacem conſenſum approbatiuum, ſaltem tacitùm, vt proba-
tum eſt ex notabilibus. Cæterum duæ illæ illationes reſtringendæ,
ac limitandæ ſunt.

43 Prima enim tantùm habet locum, quando legis Canonicæ obſer-
uantia non generat perturbationem in republica cum periculo ſedi-
tionis, vel ſcandali: tunc enim ſi adeſt periculum, meritò particu-
lares perſonæ, & reliqui excuſabantur à tali legis obſeruatione, quia
44 iam obſeruantia non eſt vtilis communi bono, & Princeps ipſe te-




nebitur tunc legem tollere, ſaltem propter maiora ſcandala euitanda,
ita Sanchez *loco citato.*

Secunda limitatur, vt non cenſeatur habere locum quando vni- 45
uerſa particularis Eccleſia, vel regnum repugnat acceptare legẽ pro-
mulgatam cum rebellione, & periculo ſchiſmatis, quia tunc licet
illi, qui cauſa fuerunt, vt per rebellionem lex non acceptetur, pec-
cauerint, tamen lex non obligat, non quia non acceptata in quan-
tum conſenſus ſummi Pontificis ſolùm negatiuè concurrit, ſed quia
lex ceſſat, nam pro eo tempore cenſetur inutilis, & minimè reipubli-
cæ conueniens, ac proinde nec erit vera, & eſſentialiter lex. Hac igi- 46
tur ratione ſolùm neceſſarius videtur cõſenſus multitudinis, nõ quia
ex natura ſua præceptũ ſuperioris ex inferioribus pendeat; neque quia
quæcunque repugnantia multitudinis, ſiue Eccleſiæ, aut regni ſuffi-
ciat, vt vim legis, ſeu præcepti tollat, ſed illa ſolùm quæ eſt cum re-
bellione, & periculo probabili ſchiſmatis, ex quo fit, vt ratione talis
circumſtantiæ, iam ſit lex minus conueniens, & impoſſibilis ſecun-
dùm mores regni, aut Eccleſiæ; ac proinde non ſit vera lex, quia
conditiones legis iuſtæ non habeat, iuxta ſæpe dicta; quare niſi tale 47
rebellionis periculum eſſet, poſſet quidem Princeps cogere ſubdi-
tos, vt obſeruarent legem, & omnes obedire deberent, ſtante au-
tem rebellione, aut probabili periculo ſchiſmatis, deberet ipſe ſum- 48
mus Pontifex abſtinere à coactione, & imperio, & ſuum declarare
per reuocationem formalem conſenſum, & alij ſubditi qui non fue-
runt cauſa rebellionis, iam eſſent à lege abſoluti, eo quòd lex reddi-
ta eſſet minus conueniens, & non quia non eſt acceptata.

Fundamentum Rodriquez ex dictis patet, eſſe potiùs pro nobis, 49
reſpondendum eſt ad authoritatem quam ex D. Auguſtino adducit
Gratianus; quæ authoritas (vt notauit Suarez *lib. 3. de legibus cap.* 19.
*num.* 1.) non eſt D. Auguſtini, ſed Gratiani. Dico igitur Gratianum
in Canone *in iſtis*, §. *leges* 4. *d.* non requirere populi acceptationem,
vt lex Pontificia vim habeat præcepti ad obligandum: (nam hoc pro
indubitato ſupponitur) ſed vt firmetur, & perſeueret, eo quòd con-
traria conſuetudine tolerata lex poteſt non recipi; & recepta tolli;
idcirco non ſolùm leges conſtitui, cùm moribus vtẽtium recipiuntur
ſed cùm promulgantur; ſentit igitur D. Auguſtinus, aut Gratianus vo-
luntate ſummi Pontificis ſufficienter declarata conſtitui legem in ra-
tione legis, & præcepti, ac ſubinde ſtante firma illa voluntate, ha-
bere vim obligandi, etiam ſi ſubditi acceptare nequiuerint. Dixit

tamen leges firmari cùm moribus vtentium approbantur; firmari
51 enim non eſt idem, quod fieri, ſed idem quod factum roborari, &
perſeuerare: roborare autem, & perſeuerare poſteriora ſunt, quàm
eſſe, & illud ſupponunt; cùm ergo populus incipit vti lege, vt eam
vſu firmet, & roboret, iam ſupponit factam ſecundùm veram, ac
52 eſſentialem rationem legis obligantis ad ſui obſeruantiam; igitur, vt
non acceptata habet vim præcepti, atqui verò præcepto vero quiſq;
parere debet, vniuerſa etiam multitudo: refragari autem ſcelus eſt;
ergo non acceptatio legis non ſuſpendit ipſam, ſicut acceptatio non
53 conſtituit legem, cùm non ſit de ratione eius intrinſeca; imo addo
quodam modo cum illius ratione pugnare: nam de ratione legis eſt,
54 vt vim obligandi habeat; ſi autem obligatio pendeat ex acceptatione
ſubditorum, iam non tam ipſa obligaret, quàm ipſi ſubditi volunta-
riè ſe ſubmitterent legi, vt docet Suarez *lib. 1. de legibus cap.* 10. *n.* 7.
§. *dubitari verò hîc vlteriùs poterat.*

55 Atque hinc exiſtimo fundamentum ſecundæ ſententiæ eſſe om-
nino falſum, tum ex his, quæ in ſecunda quæſtione præſentis diſpu-
tationis in ſecundo capite diximus, tum ex dictis paulò ſuperiùs: nam
acceptatio populi non eſt de eſſentia legis, vnde ſi abſolutè feratur,
ſuam habet obligandi vim, etiam ſi populus renuerit illam recipere.
Quòd ſi aliquando requiritur populi acceptatio, vel eſt propter im-
perfectam Principis poteſtatem, qui tantùm ſub hac conditione, &
dependentia recepit, vti eſt ſecularis Principis poteſtas, vel ex beni-
gnitate legiſlatoris, qui non vult vti ſua abſoluta poteſtate, ita vt ſi
populus ea abutatur, legem non recipiendo; lex obligare ceſſat, non
ex vi illius non receptionis, ſed ex conſenſu Principis, qui non adim-
pleta conditione cenſetur non velle legem ferre, nec per illam obli-
56 gare. Idem dicendum eſt, quando lex conditur abſolutè; ſi tunc ali-
qua oriatur in republica perturbatio cum maximo ſcandalo, & eui-
denti, ſiue probabili rebellionis, aut ſchiſmatis periculo, tunc lex
non acceptata non obligat, non ex vi rebellionis, aut non accepta-
tionis, ſed quia lex tunc vt minus reipublicæ conueniens ceſſat à
ſua propria formalitate obligandi; vt rectè docuit Driedo *libro pri-
mo de libertate Chriſtiana cap. 9. conſideratione* 2. quem ſequitur
Bellomontanus. 1. 2. *diſp.* 156. *cap.* 5. *num.* 40. & etiam ſentire videtur
Suarez *libro tertio de legibus, capite* 19. *num.* 13. & alij quam-
plurimi.

57 Tertia quoque ſententia non eſt probabilis, ac proinde negamus
conditionem illam, ſub qua iudicant DD. ferendam eſſe legem, nimirum ſi acceptetur à populis, eſſe de ratione legis, nullam enim video efficacem rationem qua oſtendere poſſint talem conditionem, & acceptationem pertinere ad quid intrinſecum ad legem, ita vt ſine illa, lex condita nec lex ſit, nec ad ſui obligationem obliget, quòd ſi voluntas Principis legiſlatoris benignè interpretetur, non licet inde inferre, legem non ligare, ex eo, quia non fuit acceptata, & non recipientes non peccare; nam hoc, inquam, non ex vi talis nonacceptationis legis erit, ſed quia Princeps non intendit obligare ſubditos
per ſuam promulgatam legem. Ad illud verò quod addunt allegati 58
DD. quòd non expedit ita homines gubernari, iam dictum eſt in hoc caſu Principem quoties ex circunſtantiis extrinſecis inchoauerit legem bono communi non eſſe vtilem, nec conuenire teneri reuocare ſuam propriam legem, ſaltem propter maiora ſcandala vitanda. Verùm vt veritatem fatear, neſcio qua ratione ducti huius ſententiæ ſectatores audent affirmare legis Pontificiæ non acceptatores non teneri illam obſeruare, & non ſeruantes non peccare, dum voluntas ſummi Pontificis moraliter perſeuerat cum efficace intentione obligandi, etiam quòd maior pars populi, ex eo quia non recepit legem, non obſeruet: nam huiuſmodi aſſertum euertit totum Chriſtianæ reipublicæ gubernium, & efficaciam præcepti ſuperioris negare fatetur.

---

## QVÆSTIO QVINTA.

*An liceat ſubditis ſupplicationem porrigere ſummo Pontifici, vt ſuam legem reuocatoriam, vel poſitiuam reuocet, & interim legis obligationem ſuſpendere, eamque non ſeruare.*

### CAPVT I.

*Variæ Doctorum placita adducuntur.*

QVidam omnino negant, imò aſſerunt friuolam, & inutilem eſſe 1
talem ſupplicationem, & ex ignorãtia profectam. Probatur, quia à lege non appellatur, vt habetur *in l. vlt. ff. de appellationib. recip. & l. antepenult. ff. de verbor. ſignif.* vbi id notat Rebuffus aduersùs alios

 DD. &

DD. & iura, idem *in concordat. titulo de conſtit.* Ratio etiam aſſigna-
2 tur inter ſententiam, reſcriptum, & legem; nam ſententia eſt cùm
fertur in negotio particulari, & pendet ex partium probationibus, &
ideo in ea admittitur appellatio; vt pars, quæ grauamen ſenſit, poſſit
3 meliores, & clariores probationes afferre. Reſcriptum etiam concedi-
tur ſuper factum ſingulare, in quo poteſt Princeps decipi à colliti-
gante, vel procurante ſuum commodum, & ideo in reſcripto meritò
admittitur appellatio, vt colligitur ex *cap. ſignificauit, de reſcriptis*: at
4 verò lex fertur in generali, & per vniuerſalem ſcientiam, contra quam
priuata ſcientia ſubditorum, non eſt admittenda, & ideo neque appel-
latio, vel ſupplicatio concedenda eſt. Accedit quòd in legibus ciui-
5 libus à Rege latis, talis appellatio, vel ſupplicatio non admittitur, ne-
que eſt in vſu; ergo neque in legibus canonicis admittenda eſt, ita
Bellemontanus 2. *tomo* 1. 2. *quæſt.* 94. *art.* 3. *diſp.* 156. *cap.* 5. *num.* 43.
Ioannes de la Cruz *in direct. conſci. parte prima, præcepto* 7. *quæſt.* 6.
*dubit.* 4. *concluſ.* 2. Lorca 1. 2. *tomo* 2. *de legibus diſp.* 20. Decius *in cap.
conſuluit, de appellationibus.*

6 Ex oppoſito alij affirmant ex iuſta, & rationabili cauſa; poſſe ſub-
ditos non ſolùm ſupplicationes, & preces ad ſummum Pontificem
tranſmittere, vt ſuam legem reuocet, verùm etiam & legis obliga-
tionem ſuſpendere, donec iterum conſtiterit de eius voluntate effica-
ci, ita Suarez *lib.* 4. *de legibus cap.* 16. *num.* 6. Salonius *de contractibus,
tomo* 2. *de cenſibus, art.* 3. *diſp.* 4. *concluſ. vltima.* Paulus Layman. *libro
primo tract.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. Caſtro *lib.* 1. *de lege pœnali cap.* 1. Bannes
2. 2. *quæſt.* 78. *art.* 4. *dubio penultimo*, Salas *de legibus diſput.* 18. *ſect.* 4.
*num.* 21. Bonacina *de legibus in genere, & particulari diſputatione* 1.
*quæſtione* 1. *puncto* 4. *num.* 41. *propoſ. vnica.* Noſter Illuſtriſſimus Soſa
ſuper conſtit. Clementis VIII. *de largitione munerum Regularibus
interdicta* §. 1. *num.* 109. *&* 112. Granado *in part.* 2. *controuerſ. tract.*
3. *parte prima diſput.* 7. *num.* 9. Malderus *in parte* 2. *quæſt.* 90. *art.*
3. *dubio* 2. Villalobas *in ſumma tomo primo tract.* 2. *dubio* 16. *num.* 6.
Pater Diana *tract. de legibus reſolutione* 6. Panormitanus, Felinus *in
cap. de tregu. & pace*, Anchar. *concluſ.* 214. & alij circa conſtitutio-
nem Pij V. *de cenſibus.* Quoad primam partem, probatur hæc ſen-
7 tentia à Suario ſic, quia nullo iure prohibetur, imò eſt iuri conſen-
taneum, & rationi. Prima pars patet, quia in *l. ſi res, ff. de appel-
lationibus recipiendis, & in l. ſi qua pœna, de verborum ſignificatione,*
adductis pro alia ſententia ſolùm dicitur non licere appellare in
pœna



pœna impoſita ſecundum præſcriptum legis, nec à ſententia, ſeu
deciſione data iuxta legem, ſeu perpetuum edictum; non verò dici- 8
tur non licere ſupplicare de tota lege coram ipſo Principe. Sunt au-
tem hæc duo (inquit Suarez) valde diuerſa, quia in prioribus caſi-
bus appellatio repellitur tamquam plane iniuſta, quia illa non eſt ap-
pellatio a lege, ſed à ſententia iuſta, vtpote ſecundum legem latam;
quod ſi appellatio eò tendat, vt legem arguat iniuſtitiæ, eſt etiam
iniqua, tum quia ſupponitur lex vniuerſalis, & ſeruari ſolita, ac ſub-
inde iuſta; tum etiam, quia appellatio talis ſit in particulari facto, 9
in quo non licet à lege appellare, quamuis liceat appellare, vel à de-
claratione legis, vel ab applicatione eius ad tale, vel tale factum:
at in præſente ſolùm agitur de lege nondum recepta, & de ſuppli-
catione facta ex cauſa rationabili, & à communitate, vel nomine
eius ab eo, qui authoritatem habet, vnde Rebuffus; & iura allega-
ta per ipſum, non negant licere ſupplicare à lege, ſed de appella-
tione loquuntur, & hanc non ſimpliciter negant, nam ipſe ex-
preſſe ait tunc à lege non appellari quando ab eo eſt cuſtodita, à quo
appellare non licet, vt pote à Principe ſuperiorem non recognoſ-
cente, vnde ſentire videtur ex parte legis non repugnare appel-
lationem, nam ſi ſit condita ab eo qui habet ſuperiorem in eodem
ordine, ideſt, in temporalibus, vel ſpiritualibus, & ſubditi aggraua-
ri ſe intelligant, poterunt ad ſuperiorem prouocare, vt à ſtatuto
Epiſcopi ad ſummum Pontificem, ab ipſo autem ſupremo Principe
non eſt ad quem appelletur; ſupplicatio autem ad eundem non repu- 10
gnat, imò addit Rebuffus *in concordatis*, quòd licet non appelle-
tur à conceſſione litterarum Regis, vel Papæ, ab executione appel-
latur, ſeu ſupplicatur; ſic ergò de lege dicendum eſt, quòd licet ab ipſa
proprie non appellatur, poteſt nihilominus ſupplicari ab eius execu-
tione donec Papa informetur.

Hoc iuri conſentaneum patet ex *cap. ſi quando, de reſcriptis*, vbi 11
ſummus Pontifex declarat licitum eſſe non exequi reſcriptum eius
donec ipſe pleniùs informetur, quando vera, & rationabilis cauſa in-
tercedat, & ſimile habetur *in cap. cum teneamur, de præbendis,
& in cap. primo, de conſtitutionibus in* 6. idem ſtatutum eſt; igitur ſup-
plicatio à legibus Pontificiis vt iuri conſentanea eſt legitima.

Secunda probationis pars patet, tum quia poſita rationabili, & iu- 12
ſta cauſa reuocandæ legis, conſonum videtur rationi, & moraliter ne-
ceſſarium; vt ſubditis pateat aditus ad ſummum Pontificem pro legis

 reuoca

reuocatione, & onere legis non premantur, donec ſuam mentem magis explicet, tum quia hæc præſumitur rationabilis ſummi Pontificis voluntas, quia non præſumitur tantum incommodi afferre niſi aliter expreſſerit.

13 Altera pars ſententiæ huius ex eo videtur probare, quia ita ſeruatur in multis Prouinciis Eccleſiæ, & Pontificibus non diſplicet, quando cauſa eſt rationabilis, & cum debita moderatione, ac obedientia fit ſupplicatio, vt aduertit Villalobas, & Suarez, qui limitat
14 ſuam opinionem ſic. *Denique in huiuſmodi caſu, pro tempore, pro quo durat ſupplicatio, cauendum eſt omne periculum peccati: vnde ſi fieri poteſt vt pro illo tempore nihil fiat contra legem Pontificis, curandum omnino eſt, licet eius exequutio ſuſpendatur, quia ita magis cauetur omne periculum peccati, & eo modo paretur legi, quo commode fieri poteſt: ſi autem non poteſt hoc modo ſuſpenſio exequutionis fieri ſine magna rerum mutatione, vel periculo alicuius ſcandali, tunc ex benigna interpretatione voluntatis Pontificis, lex cenſetur pro tunc non obligare, & tali declaratione prudenter facta ceſſat, ceſſat etiam omne*
15 *periculum peccati.* Hæc Suarez *loco citato num.* 8. ex quibus verbis (quæ ſunt valde notanda) colligitur legis exequutionem non ceſſare, ſeu ſuſpendi formaliter ex vi ſupplicationis, ſed ex benigna Papæ voluntatis interpretatione in caſu quo legis exequutio notabiliter communitatem perturbaret, vel eſſet probabile periculum alicuius notabilis ſcandali, ſeu rebellionis; nam tunc ceſſat tota ipſa lex, quia redditur inutilis, & Papæ voluntas interpretatur non velle ſubditos Eccleſiæ cum tanto incommodo, & periculo obligare. Deinde
16 ſi pro toto illo tempore quo durat legis ſupplicatio, cauendum eſt ne contra legem Pontificiam promulgatam debite, & iuſte aliquid fiat, vt omne periculum peccati caueatur, aperte fatetur Suarez legis obligationem non ceſſare ex vi talis ſupplicationis, ſed ad ſui obſeruantiam omnes obligare, pro toto illo tempore, quo ſupplicatio durat ad minus negatiue: nam quæſo quid aliud eſt nihil facere pro illo tempore, quo ſummo Pontifici porrigitur legis ſupplicatio contra Pontificiam legem, quàm eam obſeruare, ne peccatum ſequatur? quamuis affirmet ipſe Suarez legis exequutionem ſuſpendi dum ſupplicatur.

CAPVT.



## CAPVT II.

*Nonnulla fundamenta pro difficultatis reſolutione, animaduerſione digna ponuntur.*

VT veritas, quam in præſenti difficultate ſequendam proponimus, dilucide aperiatur, aliqua ſunt fundamenta ſtatuenda valde in hoc tam difficili negotio neceſſaria, ex quibus noſtræ quæſtionis pendet reſolutio. Notandum eſt igitur primò quòd ſicut Dominus Papa dupliciter diſponit, aut per modum reſcripti, aut per modum legis communis, ità bifariam quoque à ſua conſtitutione ſupplicari poteſt; nimirum à Papę conſtitutione per modum reſcripti edita, aut per modum legis vniuerſalis. Priori modo, certum eſt non ſolùm licitam, vtilem, imò neceſſariam eſſe ſupplicationem; verùm etiam vim appellationis habere, quoad effectum ſuſpenſiuum, ita vt reſcriptorum, & litterarum Apoſtolicarum particularium exequutio, ſupplicatione interpoſita ſuſpenditur; obediendo tamen reuerenter ipſis Apoſtolicis litteris, allegando cum debita humilitate cauſas, & circunſtantias, propter quas exequutioni non demandatur, (ita docent præter Hoſtien. *in c. paſtorali,* Abb. *eodem capitulo* §. *verum* Rubeus *de benef. vacantib. in curia,* §. 12. *in fine* Dried. *de libertate Chriſt. lib. primo conſider.* 4. Couar. *in prat. quæſt. cap.* 35. *n.* 4. Vaſquez *loco citato*; & à fortiore docere habent omnes DD. pro ſecunda ſententia allegati. Noſter doctiſſimus Rodriquez *tomo primo quæſt. reg. quæſt.* 6. *art.* 7. Silua *de benef. quinta parte quæſt.* 8. *num.* 10. *verſ.* 19. & patet ex *cap. ſignificauit, de reſcriptis,* vbi Papa dicit, *patienter ſuſtinebimus, ſi allegando dictas cauſas, & circunſtantias dictæ litteræ minime exequutioni mandantur*) vſquequo ſecunda iuſſio Papæ ſuperueniat, prout habet text. iuxta, & Gloſſa *in auth. de mandatis Principum,* §. *ſi quis autem,* quam aſſecuti ſunt Felinus, Baldus, & Innocentius *in cap. ſi quando,* & confirmatur, quia præcepti ſuperioris executio differri poteſt, quotieſcunque maius damnum timetur ex exequutione, quam ex dilatione; quod fit vſque dum apparet de vera præcepti iuſtitia, prout tenent Nauarrus *in c. inter, verb. corol.* 55. Sotus *de ſecret. tegend.* 3. *memb. quæſt.* 2. Couar. *in cap. Peccatum,* 1. *parte n.* 5. igitur multo magis ſuſpenditur reſcripti exequutio ex vi ſupplicationis interpoſitæ.

Atque

4 Atque hinc duo infert Rodriquez, primum quod ſi Generales, vel Prouinciales Regularium receperint litteras à ſummo Pontifice, vel ab aliquo ſedis Apoſtolicæ legato, ſuper aliquo negotio peragendo poſſunt ſuperſedere, ipſarum litterarum exequutionem ſuſpendendo, donec melius Dominus Papa, vel eius legatus informetur de cauſis, & ratione, quare talis exequutio non poteſt ſtatim fieri, etiam ſi in ipſis litteris mandatum cum excommunicatione latæ ſententiæ contineatur, ità Ancharanus *conſ.* 258.

5 Secundo quòd Principales, Priores, ſeu Guardini litteras à ſuis ſuperioribus recipientes, quibus aliquid ſub eadem pœna præcipitur faciendum, poſſunt iuſta interueniente cauſa id ipſum facere dilatando ipſarum litterarum exequutionem, donec ipſi ſuperiores informati reſpondeant, quid ſuper negotio ſit agendum; quæ doctrina eſt maxime notanda ab ipſis Regularibus; ita docuerunt Rodericus Suarez *allegatione ſecunda n.* 2. *verſo poteſt negari.* Rebuffus *ſecundo tomo conſtit. Franc. titulo de reſcript. n.*1. *gloſſa* 5. & deducitur ex Baldo *in l. fin. C. de negot. geſt.* Alexan. *conſ.* 107. Auila *cap.* 1. *num.* 32.

6 Si autem poſteriori modo à Papæ conſtitutione per modum legis cõmunis edita ſupplicatio fiet, tunc talis ſupplicatio non habet effectum ſuſpẽſiuum reſpectu legis Pontificiæ, vt rationes primæ opinionis probant, & nos ſtatim dicemus cum Doctoribus *in c. quia nos, de appellat.*

7 Hinc requirendum eſt, vt hæc quotidiana, ac maxime neceſſaria fiant clariora, quæ ſit ratio differentiæ, quare exequutio conſtitutionis per modum reſcripti ſuſpenditur interpoſita ſupplicatione; & non conſtitutionis per modum legis communis editæ. Pro cuius dubitationis reſolutione, Notandum eſt ſecundò, quod reſcriptum eſt omne illud, quod ſummus Pontifex ſcribit non faciens ius generale; ſed ſpeciale in negotiis, & in perſonis, in quibus, & inter quas promulgatum eſt, ſiue tribuat ius, ſiue iuris exercitium alicui competentis, pro vt diſponitur in *l. de operis, C. de pœnis*; at conſtitutio, quę profertur

8 ad modum legis communis, facit ius generale reſpectu perſonarum & locorum, & negotiorum, pro quibus lex proponitur, & ſic communiter dicitur quòd lex ad bonum commune ordinatur, vt cum diuo Thoma *prima ſecundæ quæſt.* 90. *art.* 2. ſuprà pluries oſtenſum eſt. Quamuis enim præcipiat, aut prohibeat operationes, quæ ſunt in particularibus, illa tamen particularia referuntur ad commune bonum, non quidem communitate generis, aut ſpeciei, ſed communitate cauſæ finalis, ſecundùm quod bonum commune finis communis cenſetur: vnde ſufficit, quod regimen legis communis ſit definitum ad bonum commune totius generis, licet ſit quibuſdam conueniens, quibuſdam aliis inconueniens, vt tradit noſter Rodriquez *in ſumma tomo* 1. *c.* 196. & Bartholo. Medina *prima ſecundæ quæſt.* 90. *art.* 3. Suarez *de legibus lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 6. & alij adducti *in cap. tertio quæſt.* 1. *diſp.* 5. hoc fundamento iacto ad dubitationem reſpondetur, nimirum quod ideo interpoſita ſupplicatione conſtitutionis 10



Apoſtolicæ per modum reſcripti emanatæ exequutio ſuſpenditur, quia præceptum in tali conſtitutione, ſiue reſcripto, facit ius quoddam particulare, vt eleganter adnotauit Vaſquez 1. 2. *cap.* 5. *diſput.* 156. ſecundùm ea quæ ex parte impetrantis proponuntur, in quo poteſt eſſe error propter malam informationem, & ideo, cenſetur quòd ſummus Pontifex non velit, vt ſtatim exequutioni mandetur, ſed expectetur ſecunda ipſius iuſſio, poſt aliam ſibi traditam informationem. At verò lex cùm bono communi conſulat, & ſit iuſte, & honeſte, ac rationabiliter lata, vult ſummus Pontifex, vt etiam ſi aliqui ex ea grauatos eſſe cognoſcant, ne ſuſpendatur eius 11 exequutio, etiam ſupplicatione interpoſita: non enim debet legiſlator ſuam legem poſitiuam mutare ſecundum varietatem, & diuerſitatem ſingulorum hominum, & temporum; ſicut peritus Me- 12 dicus qui medicinam præparat, ac variat prout opus eſt vnicuique ſingulari, ſecundùm diſpoſitionem complexionis ipſius in ſtatu quem habet, ſed neceſſarium eſt vt regimen legis communis ſit definitum ad commune bonum totius generis, licet ſit quibus conueniens, quibus verò inconueniens. Proinde inquit Frater Emanuel Rodriquez oportere Rectores, & legiſlatores eſſe ſapientes, atque prudentes, & 13 tales eſſe qui tantum illuminationis ſint aſſequuti, quantum ſufficit, non ſolùm ad ſeipſos ſolos regẽdos, ſed quantũ ſufficit ad regendum alios, vt conſiderent, quid in condenda lege, aut in dando præcepto, liceat, deceat, & expediat vtilitati, aut directioni eorum, quibus lex, aut præceptum imponitur; ne incidant in damnationem, quam Eſa. c. 10. comminatur dicens, *Væ qui condunt leges iniquas.* Hæc Rodriquez.

Sed quæres, quænam cauſa requiritur, vt iuſte, ac honeſte fieri ad ſummum Pontificem poſſit ſuper ſua conſtitutione per modum reſ- 14 cripti edita, ſupplicatio? Reſpõdeo cauſas iuſtę ſupplicationis ad effectum ſuſpenſiuum reſpectu reſcripti Apoſtolici, eſſe varias, diuerſaſque, quæ arbitrio probi, ac docti viri relinquuntur, ſicut relinquuntur omnia, quæ in iure non habent expreſſam determinationem;

15 nam arbiter eſt qui habet aliquid determinare ex bono, & æquo ex-
tra iudicium, iuxta ea quæ notantur *in cap. niſi eſſent, de præbendis*,
16 poſſumus nihilominus aliquam aſſignare principalem, propter
quam huiuſmodi ſuſpenſio interpoſita ſupplicatione poteſt optimo
iure fieri, & eſt quando litteræ Apoſtolicæ à ſancta ſede Apoſtolica per
modum reſcripti emanarunt in tertij præiudicium ſine iuſta, & legi-
tima cauſa, vel tollunt ius tertio quæſitum: ita docent Antonius An-
dreas, Iſernia *in cap. 1. verſ. flumina, num. 4.* Rubeus *in pract. de benefi-
ciis vacantibus in curia §. 4. cum ſequentibus.* Rebuffus *in praxi ben.
in reg. de non tollendo ius quæſitum, gloſſa 6. num. 9.* Sotus *lib. 3. de iu-
ſtitia, & iure quæst. 6. art. 3. col. penultima.* Emanuel Rodriquez *to-
mo primo quæſt. reg. quæſt. 6. art. 8.* & alij quamplurimi relati per nos
17 *in quæſt. 4. cap. 3. diſput. 4.* ſummus enim Pontifex in dubio nemini
vult præiudicare, neque præiudicium facere, prout tradit Baldus
18 *in l. aut pactum, C. de vſuris*, & ſic priuilegio Epiſcopi non videtur
derogari per reſcriptum Papæ ſecundùm Decium *conſ. 69. num. 25.
& 26.* adeo quod ſi aliqua verba inueniantur in reſcriptis Apoſtolicis,
19 per quæ ius tertij cenſeatur auferri, debent illa ſuperflua iudicari;
ità ſentit Gomeſius *de iure quæſito quæſt. 1. in principio folio mihi 27.*
Abbas Panormitanus *in cap. 1. de iudiciis*, etiamſi ex certa ſcientia,
20 & motu proprio conceſſa ſint; imò ſi aliquando acciderit Papam ius
tollere, præſumitur hoc per importunitatem feciſſe, ſecundùm Caſ-
ſiodorum *in regul. de non tollendo iure quæſito num. 5.* Rebuffum *de
conſtit. Franc. titulo de reſcriptis num. 2. gloſſa 3.* Gomeſium *dicta quæſt.*
enumerantem ea, quæ per importunitatem cenſentur conceſſa. Vn-
de affirmant quòd ſi per ſpecialem gratiam iuri factam per reſcri-
21 ptum alicui Papa videretur præiudicare, cenſeri debet non fuiſſe
bene informatum, & ideo poteſt ſua ſanctitas ſupplicatione interpo-
ſita informari de præiudicio iuris quæſiti, & ſuſpendi exequutio reſ-
cripti, donec ſuæ ſanctitatis, ſeu Sedis Apoſtolicæ ſecunda iuſſio ac-
cipiatur, vt eleganter docuit Illuſtriſſimus Cardinalis Caietanus *in
primo tomo tract. 8. & 9. titulo de authoritate Papæ*, quem ſequuntur
Simancas *de inſtitut. Catholic. tit. 48. num. 34. & 35.* Victoria *in rele-
ctione de poteſtate Papæ, concluſ. 22.* & alij quamplures. Verùm hîc eſt
aduertendum huiuſmodi detentionem litterarum faciendam eſſe
apud legitimum iudicem Eccleſiaſticum, vt doctè: & perpulchrè
docet Azorius *lib. 5. inſtitut. mor. cap. 14. quæſito 3.* de qua alibi fuſiùs
erit dicendum, in præſentiarum hæc pauca ſufficiant.

CAPVT.



## CAPVT III.

### *Quæſtionis reſolutio.*

IActis igitur his fundamentis intermediando inter vtramque ſen- 1
tentiam per ſequentes concluſiones ad quæſtionem reſpõdeo, ſub-
ditos poſſe à quacunque conſtitutione per modum legis communis à
ſede Apoſtolica emanata, bonum commune, & confirmationem rei-
publicæ Eccleſiaſticæ, aut regularis diſciplinę reſpicientis; illa aut po-
ſitiua, vel reuocatiua ſit priuilegiorum, vel alterius cuiuſuis legis,
ſupplicationem ſummo Pontifici porrigere, humiliter ſupplican-
do, vt ſanctitas ſua dignetur ſuam legem reuocare, tollere, aut mode-
rari prout iuſta, & rationabilis cauſa dictauerit. Hæc aſſertio ex par-
te probatur à DD. quos pro ſecunda ſententia retulimus contra pri-
mam, & habetur *in cap. Paſtoralis, de Appellationibus*, & *ibi* gloſſa,
*& in auth. quæ ſupplicatio, C. de precibus Imp. offerendis*, & colligitur
ex gloſſa *in cap. ſuper eo, de off. & poteſt. iud. deleg. §. ſed partibus,
inter quas*, ita Felinus & Abb. Panormitanus *in cap. 1. de tregu. &
pace*, apud Suarez *lib. 4. de legibus cap. 16. num. 6.* Rodriquez *tomo 1.
quæſt. reg. quæſt. 6. art. 7. in principio*, & alij quamplurimi apud Bona-
cinam *de legibus diſp. 1. quæſt. 1. puncto 4.* & probatur, nam omnes
ſubditi ſingulariter tenti ſuper lege Pontificia ex iuſta, & rationa- 2
bili cauſa ſupplicare poſſunt, vt ſummus Pontifex dignetur ſibi
diſpenſare in totum, vel in partem, eam reuocando, aut modi-
ficando, aut ab eiuſdem obligatione eximendo; igitur potiori iure
poſſunt omnes collectiuè ſumpti; conſequentia tenet, quia eadem
formalis ratio qua cõuenit membris reipublicæ ſupplicationem por-
rigere ſummo Pontifici ad exemptionem, ſeu diſpenſationem à tota
legis obligatione petendam, poteſt conuenire communitati, reipu-
blicæ, ſiue alicui Regno ad legis reuocationem petendam, quando iu-
ſta, & rationabilis cauſa interueniret, vt ſi lex ſit nimis diſſentiens
à moribus eius, & contra conſuetudines eiuſdem, aut nimis dura.
Antecedens probatur, nam iuſta, & honeſta cauſa exiſtente ali- 3
quando titulo iuſtitiæ tenetur ſummus Pontifex cum ſuis ſubditis
diſpenſare ſuper lege ſua, ita Syluester *verbo diſpenſatio, quæſt.
1.* & communiter *Canonicæ in cap. at ſi Clerici, de iudiciis, §. ſi*



*adul*

*adulteris*, gloſſa *in c. Domino ſancto. q.50. verbo neceſſe*, Turrecrem.
*in cap. cùm conſtitueretur* 50. *d. num.* 9. S. Antoninus *prima parte tit.*
17. §. 20. Roſella *verbo diſpenſatio num.* 4. Panormitanus, Felinus, De-
cius, *&* alij *in dicto* §. *de adulteris*, idem Abbas *in cap. conſilium, de obſer-
uantia ieiuniorum num.* 4. *& in cap. ex parte, de conſuetud. in fine* Suarez
*lib.* 6. *de legibus. cap.* 19. *n.* 21. *&* 22. alij moderniores: igitur licite, & va-
lide poſſunt ſubditi ſupplicare ad legis diſpenſationem, relaxationem,
ſiue reuocationem obtinendam.

4 Secunda concluſio, de Pontificiis conſtitutionibus per modum le-
gis communis ad bonum regimen totius vniuerſalis Eccleſiæ à ſa-
croſancta ſede Apoſtolica emanatis, licet humiliter, ac reuerenter
de ipſis fieri poſſit ſupplicatio, vt reuocentur, aut moderentur, non
tamen earum exequutio ex vi ſupplicationis interpoſitæ ſuſpenditur
ſub quocunque etiam prætextu expectandi ſecundam Domini Papæ
iuſſionem. Hanc concluſionem ex parte ſuſtinent DD. quos pro prima
5 ſententia recitauimus, éſtque contra Suarez, ac alios moderniores; &
probatur, nam à lege, vel ordinatione edita ab eo qui habet poteſtatem
ipſam condendi, non poteſt quis appellare, vt habetur *in l. ſi res, ff. de
appellationibus*, vbi Barth. & alij idem docent *in cap. quia nos, de appel-
lationibus*, Decius *in cap. conſuluit, eodem titulo*, ergo ſupplicatio-
ne interpoſita non poteſt earum legum exequutio ſuſpendi. Proba-
tur tum ex *cap. ex litteris de in integrum reſtit.* & gloſſa *ibidem ver-
bo ſupplicauit*, & per Iun. ſup. *de reſtit. in auth. quæ ſupplicatio*,
ibi etiam Baldus, *C. de precibus Imp. offerendis, & cap. anteriorum*
6 2. *quæſt.* 7. tum quia ſuſpenſio exequutionis, effectus eſt in hoc caſu
præciſe ipſius appellationis ex eadem gloſſa, ex *cap. ex litteris, & cap.
omnis oppreſſus, & cap. ſi quis, & cap. placuit*, 2. *q.* 6. at grauamen le-
7 gis vniuerſalis, non eſt vere grauamen, Baldus *in cap. ad noſtram,*
8 *de appellatio.* quia legi omnes præſtare debent, vt habetur *Authen.
vt omnes obediant iudici Prouin.* §. *arripuit*, & ab omnibus cuſto-
9 diri debent, *l. leges, C. de legibus*, & ſic ab eis non fiet appellatio,
prout notant DD. primæ ſententiæ cum Rebuffo *in l. Scæuola reſpon-
dit* §. *ſi qua pœna, ff. de verborum ſignificatione*, & eſt communis
ſententia, vt docuit noſter Rodriquez *tomo* 1. *quæſt. reg. quæſt.* 6. *art.*
7. §. *dico ſecundo*, ergo non licet ipſius legis exequutionem per inter-
poſitionem ſupplicationis ſuſpendere, nam eſſet reuera tunc appel-
latio, patet hæc illatio, quia ſupplicatio, eſt quædam porrectio
facta Principi, per quam ex quadam benignitate reſtituit ſuppli-
cantem



cantem aduerſus ſententiam, contra quam non competit remediũ
ordinarium appellationis, ita *in l. vnica, C. de ſent. præfect. præto.
gloſſa* 3. *verbo iure communi audiretur*, hæc Abbas Panormitanus ex
*cap. ex litteris de reſtit. in integ.* igitur ex vi ſupplicationis inter-
poſitæ Principis benignitate præciſa exequutio legis non ſuſpen-
ditur, nam in hoc diſtinguitur ab appellatione. ſic Aret. *in cap. an-* 11
*teriorum* 2. *q.* 6. Im. Butr. *in authen. quæ ſupplicatio*, & *ibi* Iaſ. &
Mad. *in* 6. *col. C. de precibus Imperat. offerendis.* & Confirmatur pri- 12
mò, nam ſupplicatio, quæ porrigitur ſummo Pontifici ad effectum
ſuam reuocandi legem, non ſuſpendit eiuſdem exequutionem.
Conſequentia tenet, Antecedens probatur, quia ſicut à ſententia
Papæ non datur appellatio, ita nec ſupplicatio quoad effectum ſuſ-
pendendi eius exequutionem, ex *cap. cuncta per mundum, & cap.
principalem* 9. *q.* 3. *&* 2. *q.* 57. §. *Anteriorem.* Cardinalis *in Clem. pri-
ma quæſt.* 10. *de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Specula *in tit. de appellatio-
nibus*, §. *videndum reſtat, in princip. & tit. de iure omnium Iudicum,
verbo hoc tamen ſcias*, ita colligendum videtur ex *lege prima C. de
ſent. præfecti prætoris.* Ioannes Andreas *in cap. ex litteris, de reſti-
tut. ad integr.* Aretinus *in cap. non ita*, 2. *q* 6. Speculator *dicto tit.
ſup.* §. *differt autem.* Confirmatur ſecundò à pœna impoſita ſecun- 13
dùm præſcriptum legis, non licet appellare, nec à ſententia, ſiue
deciſione ſecundùm legem, vel perpetuum edictum; ergo non li-
cet appellare ab ipſamet lege. Conſequentia eſt luce clarior. Ante-
cedens probatur *per leg. vltimum, ff. de appell. recip. & legem ante-
penultimam, ff. de verb. ſignif.* vbi determinatur à pœna legis im-
poſita non licere appellare, ita Suarez *lib.* 4. *de legibus cap.* 16. *n.* 8.

Atque hinc tertiò confirmatur à noſtro Rodriguez, *dicto art.* 2. 14
qui putat toto cœlo aberrare eos DD. qui affirmant legem Domini
Papæ non eſſe exequutioni mandandam ex vi ſupplicationis in-
terpoſitæ, donec ſecunda iuſſio ſanctitatis ſuæ ſuperueniat, nam in-
dubitatum eſt, ſecundùm legem eſſe iudicandum, etiam ſi dura
videatur, *l. proſpexit, ff. qui, & à quibus.* & vbi eſt certa pœna à
lege, vel ſtatuta conſuetudine, non poteſt ea per iudicem remitti,
neque augeri, prout traditur *in l. prima*, §. 1. *ff. ad Senatuſconſult.
Turpil. C. de cauſis*, & *ibi* DD. communiter, *de officio delegati*, & tra-
dit gloſſa *c. licet, verbo pœna, de pœnis.* facti enim quæſtio in arbitrio
eſt iudicantis; pœnæ verò perſequutio non eius volũtati mandatur,
ſed legis authoritati reſeruatur, ita Sebaſt. de Medices *in cap.
aut lex* 4. *n.* 74.

15 Ex dictis infero legem Pontificiam quamuis dura cenſeatur, ſtatim eſſe exequutioni demandandam, & niſi expreſſa & formalis conceſſio facta ſit à ſummo Pontifice, non licere ſubditis examinare, quid Papa poſſit, vel non poſſit in legibus ferendis, & quomodo illi parere teneantur, & quomodo non: ſic ſentire à fortiori habent Filliucius *tomo* 1. *tract.* 16. *cap.* 8. *n.* 193. *& ſequentibus.* Reginaldus *tomo* 1. *lib.* 9. *cap.* 22. *n.* 338. Azorius *parte* 1. *lib.* 5. *cap.* 14. *q.* 4. Alterius *de cenſuris tomo* 1. *diſp.* 15. *cap.* 2. *col.* 2. *folio* 664. Bonacina *de decem præceptis decalogi diſp.* 10. *q.* 1. §. 1. *n.* 15. Piſantius *de immunitate Eccleſiæ, diſp.* 17. *n.* 3. Duardus *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *c.* 13. *q.* 5. Acoſta *in expoſitione Bullæ Cruciatæ, q.* 96. *per totam,* Sueſa *in expoſitione Bullæ Cœnæ c.* 13. *diſp.* 76. *concluſ.* 1. *n.* 1. 2. 4. *&* 9. Vnde hîc notanda eſt valdè doctrina doctiſſimi Cordubæ *lib.* 4. *de poteſtate Papæ quæſt.* 7. cuius verba hîc adducenda formaliter placuit.

*Autor impugnat nouum abuſũ excutiẽdi & impediendi ſola laica authoritate Pontificias bullas. Non agit autem de iis qui id præſtãt ex formali conceſſione ſummi Pontificis, obtenta per cõcordata, vel aliter.*

*Sed hîc maximè notandum ſecundùm Victoriam* vbi ſuprà propoſ. 16. & 21. *quòd non ſpectat ad ſubditos examinare, aut determinare quid Papa poſsit, aut non poſsit, & quomodo illi parere teneantur, & quomodo non; ſed neque cuiquam licet ab eius mandato quantumque iniuſto propria authoritate diſcedere, quod probatur, tum primò, quia hoc ipſum determinare quæ ſit poteſtas ſpiritualis alicuius, & ad quid ſe extendat, eſt actus iuriſdictionis, & pars gubernationis, quæ ad ſubditos ſaltem reſpectu ſuperiorum non ſpectat, niſi fortè doctrinaliter tantùm, & opportunè cum debitis circunſtantiis ſine exequutione. Tum ſecundò, quia ſic decretum habetur* 17. q. 4. cap. ſi quis ſuadente, §. committunt, & ſeq. *quòd ſcilicet ſacrilegium eſt diſputare de poteſtate Principis, & maximè Papæ. Tum tertiò, quia eſt irreuerentia, contẽptúſq; Papalis authoritatis, ſi cuilibet hoc concederetur, eſſet etiã in turbationem, & diſſolutionem Eccleſiaſticæ hierarchiæ, & authoritatis, ſi quilibet poſsit dicere, Papa non poteſt, iniuſtum eſt, & ita ſeſe à mãdatis eximeret; eſſet etiam manifeſtum inobedientiæ ſchiſmatũ, & hæreſum nutrimentum, imò & hinc hæreſes ortæ ſunt, vt S. Cyprianus*
16 *ait, quia Sacerdoti Dei, & Papæ non obeditur, ſi quilibet audet dice-*
17 *re, quod Papa malefacit, quodque facere non poteſt; quare etiamſi*
18 *Papa erret, tutius eſt, vt in omnibus illi obediatur, vt in princi-*
19 *pio huius quæſtionis dictum eſt; quam per hoc quòd vnus habeat li-*
20 *centiam non obediendi, & forſan rationabiliter in vno caſu aliis da-*
*ret occaſionem ſcandali, vt videlicet alij in præceptis iuſtis, & honeſtis non obediant.* Hæc ille.

Non



Nonnulli verò authores ad hæc reſpondent, verum eſſe, quod 21
ſubditis ſingulariter tentis, non licet Pontificias leges examinare, nec
earum iuſtitiam cognoſcere, neque ſeipſos eximere ab illarum obli-
gatione; Regibus verò, & Principibus ſuperiorem non recognoſcenti- 22
bus conuenit, imò expediens, ac neceſſarium eſt, vt defenſores iuſtitiæ, nec non ſuarum Prouinciarum, & Regnorum Eccleſiarum reſcripta Pontificia, & Apoſtolicas litteras per modum legis communis editas per ſummos Pontifices non ſolùm ſuis comitiis, ſiue conſiliis committere examinandas, verùm & retinere, vt minus conuenientes ſuis Prouinciis, ac Regnis, vt exequutioni non mandetur, ita probare videntur Couarr. *in practic. quæſt. cap.* 35. *num.* 4. §. *cæterùm in hac regia,* Nauarrus *in cap. cum contingat, de reſcriptis, remedio primo* §. *ſecundo infertur.* Rebuffus *in commentariis ad conſtitutiones Gallicas tomo* 3. *titulo de Appellationibus num.* 14. *& in concordatis titulo vltimo, de concordatorum protectione,* Azebedo *in lib. primo de nouæ recompilatio. legum Hiſpaniæ titulo* 6. *lege ſecunda.* Didacus Perez *in legem* 5. *titulo primo l.* 2. *ordinamenti.* Didacus Caſtillo *in lege* 49. *Tauri num.* 3. ex noſtris Regniculis, Matth. de Afflictis *deciſ. Neapolitan. deciſ.* 2. 24. 85. *&* 363. ex antiquioribus, Decius *in l. vim ff. de iuſtitia, & iure num.* 25. Platea *in l. prohibitum, C. de iure fiſci lib.* 10. & nouiſſime Franciſcus Salgado *lib. primo de regia protectione cap. primo*; in terminis verò de reſcriptis docent *in tract. de cognitione per viam violentiæ in prologo num.* 167. *gloſſa* 6. *num.* 6. *& gloſſa* 8. *num.* 33. Ioannes de Heuca *in Curia Philippica parte prima* §. 5. *num.* 5. Ieſe *de inhibitionibus iuſtis,* Arag. *cap.* 8. §. 3. *num.* 83. Cenedus *in quæſtionibus Canonicis quæſt.* 45. *num.* 31. *& ſequentibus,* Flores de Mena; Malderus 2. 2. *quæſt. prima art.* 10. *dubio* 8. *in fine,* qui parum Catholice loquutus eſt in hac re, ex multis iuribus, præſertim verò ex *cap. filiis & nepotibus Presbyterorum* 16. *q.* 7. nam in eo dicitur, *ſic Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auribus intimare non differat,* ex *cap. Principis, & cap. Regum, cap. adminiſtratores* 23. *quæſt.* 5. *& cap. Chriſtianis, & c. petimus,* 11. *quæſt.* 1. Item *cap. quidam Monachi, & cap. Probinum* 16. *quæſt.* 1. *& cap. non licuit, diſt.* 17. *& cap. Maximianus* 23. *quæſt.* 3. *& c. boni Principes* 96. *diſt.* quæ iura peculiari modo
concedunt Principes, ac Reges nimirum iuſtitiæ eſſe defenſores, vt 23
habetur ex Diuo Hieronymo *in dicto cap. Regum; Regum officium eſt proprium facere iudicium, & iuſtitiam, & liberare de manu ca-*

*lumnian*

*lumniantium vi oppreſſos, & peregrinis, pupilliſq; ac viduis, qui faciliùs*
*opprimuntur à potentibus præbere auxilium*; vt tales retinere poſſunt
omnes, & quaſcunque litteras Pontificias etiam per modum ſtatuti
legis vniuerſalis emanatæ à ſancta Sede Apoſtolica, poſt ſufficien-
tem examinationem, ne aggrauentur ſubditi, & liberentur à mul-
titudine legum, quæ in dies duriores euadunt.
24 Verùm hæc reſponſio non ſatisfacit viro Catholico; circa quam
multa mihi dicenda videntur. Primum eſt, reſponſionem iſtam nul-
lo in iure Canonico habere verum, & ſolidum fundamentum, nam
illa omnia quæ afferuntur, ſunt antiqui iuris, & ideo licet aliquid
ſimile eis eſſet conceſſum, per nouiora iura Decretalium, & Bulla-
rum Pontificum eſſe reuocatum, ſicut patet *in cap. qualiter & quan-*
*do, de iudiciis*, vbi Innocentius III. ius antiquum reuocauit; ſic
enim ad *cap. filiis, & nepotibus*, reſpondet Panormitanus *in dicto cap.*
*qualiter, & quando*, vbi etiam gloſſa idem ſentit, & idem habet Ste-
phanus Aufrerius *in tract. de poteſtate ſecularium in Eccleſiaſt.* Azo-
rius *tomo* 1. *lib... cap.* 14. *quæſt.* 2. *in fine*, Coriolanus *in bulla Cœnæ ex-*
*communicatione* 14. Filliucius *tomo* 1. *tract.* 16. *cap.* 10. *num.* 263. Bo-
nacina *circa octauum Dialogi præceptum diſput.* 10. *quæſt.* 2. *puncto* 1.
§. 1. *num.* 12. Salas *de legibus quæſt.* 96. *tract.* 14. *diſp.* 14. Penſantius
*de immunitate Eccleſiæ diſput.* 16. Duardus *in Bulla Cœnæ Domini, ca-*
*none* 14. *quæſtione* 8. *num.* 8. éſtque correptum *cap. ſi quis cum clerico,*
25 *& §. ſi quis autem pecuniaria.* Non exiſtimo tamen neceſſarium ad
reuocationem antiquorum canonum recurrere, quia in nulla eorum,
quæ allegantur, ſermo eſt de poteſtate iuriſdictionis, quæ Principi-
bus, & Regibus ſpecialiter, vt defenſores iuſtitiæ tribuatur in leges,
& reſcripta Apoſtolica, vt examinare illorum iuſtitiam, & retinere
valeant, vt exequutioni non mandentur. Quis enim quæſo, ignorare
poteſt, huiuſmodi examinationem, ac detentionem ſuperioritatis, ac
iuriſdictionis eſſe actum? ſicut petit primum Cordubæ argumentum,
quam non habent, nec habere poſſunt Reges ſupra Pontificem, imò
nec generalia Cōcilia, vt alibi fuſiùs dicemus, & idem Corduba *dicta*
26 *quæſt.* probat. Nam Romanum Pontificem ſoli Deo debere innocen-
tiam, eius autem eſſe omnes regere, & omnium ſaluti inuigilare, pro-
batur ex Concilio Niceno *Canone* 39. vbi de Pontifice Romano dici-
tur, *ipſe eſt Primus ſicut Petrus, cui data eſt poteſtas ſuper omnes Prin-*
*cipes Chriſtianos, & omnes populos eorum, vt qui ſit Vicarius Domini*
*noſtri Ieſu Chriſti, ſuper cunctos populos, & vniuerſam Eccleſiam*





*Chriſtianam.* Vnde Symmachus Papa *apolog. in Anaſtaſium Impera-*
*torem*, ſic eum alloquitur, *Tu ſi Chriſtianus Princeps es, qualiſcunque*
*Præſulis Apoſtolici debes vocem patienter audire.* & Anaſtaſius Papa II.
*in epiſt. prima ad Anaſtaſium Imperatorem*, obedientiam in his, quæ
illum monebat ab ipſo requirit; & Gelaſius ad eundem, *licet præſi-*
*deas humano generi, dignitate rerum terrenarum, tamen Præſulibus di-*
*uinarum deuotus colla ſubmittis*, & infrà, *Subdi te debere cognoſce reli-*
*gionis ordine.* idem probant Patres, præſertim verò Nazianzenus *ora-*
*tione ad populum timore periculi:* Chryſoſtom. *homilia* 38. Ambroſius
*libro primo de dignitate Sacerdotis cap.* 2. & habetur *in Clementina* 3.
*in cap. omnes Principes, de maioritate & obedientia*, vbi id notat gloſ-
ſa, Panormitanus, & alij Doctores Canoniſtæ *in cap. ſolitæ, eodem*
*titulo*, Bart. *in l. priuilegia, C. de ſacroſanctis Eccleſiis, quæſt. vltima.*
Alex. *in l. captatorias, C. de teſtamentis militum*, Imola *in cap. at ſi*
*Clerici, de iudiciis.* Ioannes Andreas, & Abbas *in cap.* 1. *de noui oper.*
*nunciat.* Felinus *in cap. Eccleſia, de conſtitutionibus num.* 41. Couar. *in*
*epiſt.* 4. *Decretal.* 2. *p. cap.* 8. §. 9. *num.* 6. *& ſequentibus.* Antonius
Gomeſ. *in l.* 9. *&* 10. *Tauri num.* 37. *&* 38. Fortun. Garſ. *in tract. de*
*vltim. fin. vtriuſque iuris*, & alij communiter; ex Theologis verò
D. Thomas *libro* 1. *de regimine Principum cap.* 14. *& lib.* 3. *capite* 10.
*&* 11. 12. *&* 13. Alex. Alenſ. 2. *p. quæſtione* 118. *membro* 3. *art.* 1. *&* 3. *p.*
*quæſt.* 40. *membro* 5. *quæſt. penultima, &* 4. *p. quæſt.* 10. *membr.* 3. *poſt*
*art.* 2. *in tract. de off. Miſſæ part.* 2. *art.* 2. Hugo de ſancto Victo-
re *libro* 2. *de Sacramentis, parte* 2. *capite* 4. Vualdus *tomo primo in*
*doct. fund. antiq. libro* 2. *capite* 76. Cajetanus *in Apologia pro Ro-*
*mano Pontifice capite* 13. Henric. *quodlibeto* 6. *quæſtione* 23. Bellar-
minus *de ſummo Pontifice libro* 5. *c.* 5. 6. *&* 8. Suarez *libro* 3. *de primatu*
*ſummi Pontificis capite* 16. *num.* 78. *per totum*, Albertus Pigh. *libro*
*quinto de Eccleſiaſtica Hierarchia, cap.* 14. 15. Sander. *de viſibili Ec-*
*cleſ. Monarchia, capite* 4. Victor *duplici relectione de poteſtate Ec-*
*cleſiaſt. & altera de poteſtate ciuili, & in relectis de Indis parte pri-*
*ma, num.* 29. Driedo *de libertate Chriſtiana libro* 2. *capite* 2. Soto *in*
4. *ſentent. diſtinctione* 25. *quæſtione* 2. *articulo* 3. *& libro quarto de*
*iuſtitia & iure, quæſtione quinta, articulo ....* & omnes Catholici
Scriptores.

In capitulo verò illo *filiis & nepotibus*, ſolùm dicitur vt patronus 27
Eccleſiæ, ſi viderit bona Eccleſiæ ab inferioribus Clericis defraudari,
moneat Epiſcopum, ſi ab ipſo Epiſcopo, moneat Metropolitanum,

ſi à Metropolitano , Regis auribus intimare non differat, ex quo
textu non licet inferre , vt male ab aduerſariis infertur , patet adi-
tus ad Regem pro bonorum Eccleſiæ defenſione , conſeruationéque
etiam contra Montepolitanum; igitur poteſt quoque Apoſtolica reſ-
cripta retinere , Bullarum pro communi bono , primò per modum
legis vniuerſalis à ſancta Sede editarum iuſtitiam examinare, & exe-
quutionem impedire, nam licet ex textu illo poſſunt colligere re-
giam protectionem contra Metropolitanum, nullo autem modo con-
tra Pontificiam authoritatem videtur colligendum , & inducendam
28 ſequelam. Imò contra nonnullos addo , quòd non oportet intelligi,
vt Rex iuriſdictione vtatur in Metropolitanum, ſed vt authoritate
ſua illum moneat, vel ſi non ſatis ſit, implorato Pontifice , illius au-
thoritate illum cohibeat; interim verò facto, & potentia impediat,
ne Eccleſia in bonis ſuis iniuriam aliquam , vel damnum patiatur,
ita ſentire videtur ex Panormitano , & Archidiacono Pater Suarez
*lib. 4. de immunitate Eccleſiaſt. cap. 34. num. 38.* Chriſtophorus de
Auguignano *in tract. de legibus tomo 1. lib. 2. controuerſia 17. n. 93.*
Peſantius *tract. de immunitate Eccleſiæ diſp. 2. num 1.* Alterius *de cen-
ſuris tomo 1. diſp. 16. lib. 5. cap. 2. folio mihi* 686. qui allegat Butrium,
Abbatem, Imolam, & nonnullos alios.

29 Et ſecundum hanc expoſitionem facillime, & omnino vere intel-
ligenda veniunt reliqua iura allegata, in nullo enim illorum eſt ſermo
de iuriſdictione, nec de actu , qui illam requirat , ſed de defenſione,
ac tuitione, aut auxilio, quod Principes ſeculares Eccleſiæ debent, &
Prælati Eccleſiaſtici ab illis poſſunt exigere , ita Iſidorus *in dicto cap.
Principes* , dixit ipſos rationem eſſe reddituros Deo propter Eccle-
30 ſiam quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Hieronymus verò in dicto
*cap. Regum* ; duo de Regibus dicit , nimirum , officium eorum eſſe,
facere iudicium , & iuſtitiam , & liberare de manu calumniatorum
vi oppreſſos , & miſeris qui faciliùs opprimuntur à potentibus , pr&ecedil;-
bere auxilium , vbi nulla dicit de regia protectione in fauorem ſub-
ditorum ſuorum contra legem Pontificiam, nec ex hoc aliquid dedu-
31 cere poſſunt DD. qui affirmant Regem poſſe propter diſtantiam à
ſede Apoſtolica , & alias circunſtantias, Prælatorum ſententias , imò
& ipſos clericos in cauſis tam ciuilibus , quàm criminalibus cognoſ-
cere , vnde prior pars in ſuo foro reſpectu ſubditorum intelligenda
eſt ; ſub poſteriori verò non poſſunt leges Pontificiæ comprehendi,
imò nec clerici, vt falsò putauit etiam Suarez; nam ſecunda illa pars
eſt



eſt relatiua ad priorem, & in eodem ſenſu eſt accipienda quo prima.
Certum eſt enim in prima eſſe ſermonem de iuſtitia, & iudicio,
quæ facere tenetur Rex cum ſuis ſubditis ; igitur in ſecunda quoque
de ſuis ſubditis loquitur Hieronymus.

Ioannis verò Papæ *in dicto cap. adminiſtratores*, ſententia nihil iu- 32
uare poteſt pro aduerſariis, cõtrarium enim potiùs probat ille textus;
ſolum quippe ibi monet ſummus Pontifex Principes ſeculares, vt Pr&ecedil;-
latis Eccleſiaſticis eos monentibus, vt ad Eccleſiarum tuitionem pu-
pillorum , ac viduarum protectionem , rapaciúmque refrenationem
inuigilent, & obediant, vnde potius ad obedientiam legum , quàm ad
earum examinationem exhortatur Principes, Papa. Neque ex Gelaſio 33
aliquid colligere poſſunt; nam ſummus Pontifex *in dicto cap.* Chriſtia-
nis dicet cæleſtem militem, ideſt clericum non niſi forum ſuũ debere
ſectari, occaſione quorundam Clericorum, qui per Regiam protectio-
nem opprimebantur, vt in ſeruitutem redigerentur, ex quo nihil de-
ducitur ad aduerſariorum intentum probandum, quia oppoſitum po-
tius probare videntur iura allegata.

Secundum, Reges eſſe iuſtiti&ecedil;, & Eccleſiæ defenſores, non eſt intel- 34
ligendum, vt falsò aduerſarij putant, nimirum vt defendant ſuos ſub-
ditos contra Eccleſiæ vniuerſalis, aut particularis præcepta , & leges,
earum iuſtitiam examinando, detinẽdo exequutionem, hoc enim non
eſt Eccleſiæ iuſtitiam defendere, ſed eam impugnare, nam dum legis
Pontificiæ iuſtitiam examinant , non ſolùm Eccleſiaſticæ Iuriſdictio-
nis, & ſummi Pontificis ſententiæ, verùm etiam aliorum Prælatorum
iudices ſe præbent, quibus bene congruunt verba illa D. Iacobi *c. 4. ſi
autem iudices legem, non es factor legis, ſed iudex*, ex eo enim quòd Re-
ges ſubſunt legibus Apoſtolicis, non licet eis iudicare earum iuſtitiam,
& æquitatem, quia nomini licet ſui ſuperioris legem iudicare; vt ele-
ganter probat Cardinalis Bellarm. *lib. 4. de Romano Pontifice c. 16.* nam
vnus tantùm eſt ſupremus legiſlator, & iudex, ita ſummus & Prima-
rius, vt ſolùm leges dare pro bono communi Eccleſiæ, non autem ac-
cipere debet : quod ſi poſſent Reges, & Principes ſeculares prætenſo
titulo defenſionis iuſtitiæ , & Eccleſiæ aliter de legibus, aut perſonis
Eccleſiaſticis iudicare, non eſſet vnus ſupremus, & ſummus omnium
iudex, & paſtor, nec vna totius populi Chriſtiani Monarchia : oportet
igitur intelligi Reges eſſe iuſtitiæ, & Eccleſiæ defenſores, in quantum
ſcilicet defendere debent iuſtitiam Eccleſiæ vniuerſalis, aut particu-
laris; hæreticos, & ſchiſmaticos expugnando, ac proinde ad eorum of-


ficium

ficium pertinere, vt legibus, & edictis ſuis iubeant eam fidem teneri,
quam vniuerſalis Eccleſia iubet, & docet, & hæreticos ab eadem Ec-
cleſia iudicatos coërceant pœnis temporalibus, vt D. Auguſtinus do-
cet *in epiſt.* 45. 50. *&* 166. & Pij Imperatores Conſtantinus, Theodo-
ſius, Martianus, & alij apud Bellarminum *lib.* 1. *de Conciliis c.* 20. id ſępe
fecerunt, vt patet in lege *cunctos populos C. de ſumma Trinitate, & fi-*
36 *de Catholica*, & ex toto titulo *de hæreticis eodem codice*, necnon ſummi
Pontificis, & aliorum Eccleſiarum Prælatorum iuriſdictionem, im-
munitatémque conſeruare debent, omni ſtudio adhibito, & nulla
prætermiſſa diligentia, ita Bellar. *lib.* 5. *de ſummo Pontifice cap.* 7. vt ex
37 multis iuribus probat Suarez *lib.* 3. *de primatu ſummi Pontificis c* 18. Ra-
tio verò eſſe poteſt, quia poteſtas ſpiritualis, & temporalis in Eccleſia
non ſunt res diſtinctæ, & ſeparatæ, vt duo regna politica, ſed ſunt con-
iunctæ, ita vt vnum corpus faciant, vel potiùs ita ſe habent; vt corpus
& anima in vno homine, eſt enim poteſtas ſpiritualis quaſi anima, &
temporalis quaſi corpus, vt Nanzianzenus docet, *in oratione ſuprà ci-
tata*; ergo debet poteſtas temporalis ſpirituali deſeruire, eámque ab
hoſtibus ſuis protegere, ac defendere, immunitatémque eius totis
viribus conſeruare, vt Beatus Gregorius ait. *lib.* 2. *epiſt.* 60. terrenum
regnum cæleſti famulari; igitur.

38 Tertium Reges, & Regna (vt ſic) non verò collectiue ſumpta, reſ-
pectu totius vniuerſalis Eccleſiæ, & in ordine ad alia regna, ſiue prin-
cipatus, ſe habent vt particularis ſubditus reſpectu cuiuſuis magiſtra-
tus, & principatus. Ita habetur ex iis quæ docet S. Gregorius Nanzian-
zenus *oratione ad ciues timore perculſos, & Imperatorem iraſcẽtem*, vbi
in hunc modum alloquitur Imperatorem, *An me libere loquentem
æquo animo feretis, nam vos quoque poteſtati meæ, meiſque ſubſelliis lex
Chriſti ſubijcit; Imperium tamen ipſi quoque gerimus, addo etiam præſtã-
tius, ac perfectius, niſi verò æquum eſt ſpiritum carni faſces ſubmittere,
& cæleſtia terrenis cedere*, S. quoque Ambroſ. *in oratione de tradendis.*
Baſilius, *nonne* (inquit) *bonus Imperator intra Eccleſiam eſt, non ſuprà Ec-
cleſiam.* & S. Ioan. Chryſoſt. in cap. 6. Iſaiæ; *Maior hic principatus pro-
pterea Rex caput ſubmittit manui ſacerdotis*; denique ſanctus Bernar-
dus *in epiſt.* 183. *ad Imperatorem Conradum*, *legi*, inquit, *omnis anima
poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, quam ſententiam cupio vos cuſto-
dire in exhibenda reuerentia Petri Vicario, ſicut ipſum vobis vultis
ab vniuerſo ſeruari imperio.* Expendit diligenter hunc locum Pa-
ter Suarez *lib.* 4. *de legibus cap.* 9. *num.* 2. *& cap.* 11. *num.* 9. *&*





*contra Regem Angliæ lib.* 3. *cap.* 16. *concluſione* 1. *num.* 1. *& ſequen-
tibus*, vbi allegat ſanctum Bonauenturam, & quamplures alios 39
DD. Sicut igitur per aduerſarios, non conuenit ſubditis particu-
lariter conſideratis legem ſupremi Pontificis examinare, propria-
que authoritate ab eius obſeruatione ſe ſubtrahere, ac eximere
abſque periculo ac nota ſchiſmatici; ita etiam nullus Princeps
Chriſtianus, & Catholicus, & Regnum poteſt ſua authoritate le-
gem, ſiue conſtitutiones ſummi Pontificis examinare, eiuſdemque 40
executionem impedire; niſi manifeſtam contineat iniuſtitiam ex
parte materiæ, vel ex parte finis, quia tunc non eſſent veræ leges,
vt eleganter docuit Diuus Auguſtinus *lib.* 1. *de libero arbitrio cap.* 5.
tunc enim cenſentur apertam iniuſtitiam continere, ex parte ma-
teriæ, quando ſunt contrariæ iuri diuino, ſiue naturali, & tunc
certum eſt, non eſſe vllo modo ſeruandas, iuxta illud Actorum
cap. 5. *obedire oportet, magis Deo, quàm hominibus.* & docent ele-
ganter Hieronymus *in cap.* 6. *ad Epheſeos.* Auguſtinus *in Pſalm.* 124.
*& ſermone* 6. *de verbis Domini*, Bernardus *lib. de præcepto, & diſ-
penſatione*; & ratio eſſe poteſt, quia aperta iniuſtitia intrinſecam
bonitatem legis formaliter deſtruit, vt placuit Bellarmino *lib.* 4. *de
ſummo Pontifice cap.* 15. at quæ ſunt iniuſtæ ex parte finis, poteſt eſſe
quæſtio an ſint ſeruandæ; ſeruandas eſſe docuit Corduba, Victor, 41
Bellarminus *locis citatis*, propter reuerentiam quæ exhibenda eſt
ſummo Chriſti Vicario in terris, eo magis quando ſcandalum ſe-
queretur non ſolùm apud fideles, verùm etiam apud hæreticos, vt
ex cap. 5. Matthæi deducitur, *Qui angariauerit te mille paſſus, va-
de cum eo, & alia duo, & ſi quis abſtulerit tibi tunicam, da illi &
pallium*, & cap. 23. *Quæcunque dixerint vobis ſeruate, & facite,
quæ faciunt nolite facere*, ita vt ſenſus ſit, non vt ſemper facia-
mus, ſed vt parati ſimus ad facere quandocunque id neceſſarium
eſſe cognoſcamus ad Dei gloriam, & illo Petri cap. 2. primæ Ca-
non. *ſerui ſubditi eſtote Dominis veſtris, non ſolùm bonis, & mode-
ſtis, ſed etiam diſcolis.* Manifeſta verò hæc Pontificum legum iniu-
ſtitia, non oportet vt ſit tantùm opinatiua; ſed realis, vel ſaltem
probabilis.

Pro cuius intellectu aduertendum eſt quòd duobus modis poteſt 42
Regnum, & eius Princeps opinari iniuſtitiam legis Pontificiæ, pri-
mò habendo definitum iudicium probabile de iniuſtitia legis ex de-
fectu materiæ, vel finis, & ignorando omnino, an contrarium

probabile ſit, vel an ſummus Pontifex ductus fuerit probabili iudicio ad legem ferendam quando Rex hoc modo eſt affectus, & à ſuo magiſtratu inſtructus, poteſt tuta conſcientia talis legis executionem impedire, quia tunc humano, & morali modo loquendo, illi conſtat legem Pontificiam eſſe iniuſtam, cùm de illa habeat definitum iudicium, non merè opinatiuum, ſed probabile, ſine aliqua (vt ita dicã) contrarij reſiſtentia, neque in tali caſu tenetur præſumere iuſtam honeſtámque habuiſſe ſummum Pontificem cauſam ferendi legem, quia non tenetur tantùm deferre authoritati Apoſtolicæ, vt contra proprium iudicium probabili ratione fundatum ſine alia ratione probabili pro illa præſumat; hoc tamen eſt intelligendum, quando lex ita eſt dura, vt ſit inobſeruabilis, quia tunc comparatur legi iniuſtitiam manifeſtam realiter continenti.

43 Alio verò modo poteſt Rex, & Regnum ita opinari iniuſtitiam legis Pontificis, vt nihilominus iudicet contrarium etiam eſſe probabile; tunc cenſeo non poſſe examinare talem Pontificiam legem, nec eius exequutionem impedire propter illam probabilem opinionem. Patet primò, quia licet illud iudicium ſit probabile ſpeculatiuè, practicè tamen poteſt certè iudicare legem eſſe iuſtam, honeſtam, & rationabilem; quia vt hoc ſit certum, ſatis eſt, vt conſtet legiſlatorem ductum eſſe, vel certè duci potuiſſe probabili, ac ſufficienti ratione ad illam ferendam; igitur obligatur Rex, ſiue regnum, aut eius regale Concilium ad tali legi parendum, & eam curare debent exequendam à ſuo populo, quia non poteſt dari bellum iuſtum ex vtraque
44 parte; nec valet dicere, quòd interueniente ignorantia dari poſſit, nam hoc locum habere poteſt, vbi cætera ſunt paria; hîc autem non eſt ita, quia cæteris paribus præfertur ius ſummi Pōtificis, maximè quando practicè conſtat, illum iuſtam, ac rationabilem ex narratis habere præcipiendi rationem. Confirmatur, nam quando æqualiter dubita-
45 tur de iuſtitia, & iniuſtitia legis, nihilominus ſubditus cogitur obedire, vt docent DD. quos citat & ſequitur Suarez *lib. 5. de legib. cap. 18.* ergo à fortiori quando iudicium eſt ſpeculatiuum pro vtraque parte, debet practicè præferri ius ſuperioris, eſt enim eadem ratio, vel maior, quia in præſenti certò conſtat practicè de iuſtitia legis, ibi autem neutrum conſtat practicè, vel ſpeculatiuè, ſed præſumptiuè tantùm; igitur.

Confirmatur ſecũdò, quia aliàs in omnibus legibus idem eſt dicen-
46 dum reſpectu cuiuſuis ſubditi; ita quòd quotieſcunque ſubditus probabi-



biliter iudicaret Prælatum iniuſte præcipere, etiamſi ſibi conſtaret Prælatum iudicio probabili, & ſufficienti, poſſet illi nõ obedire, quæ eſſet nimis larga licentia, & multam confuſionem, & ſcandala gereret in republica Chriſtiana, etiam reſpectu legum ciuilium.

Confirmatur tertiò ex generali regula, quòd ſubditus tenetur 47
obedire Prælato præcipienti non ſolùm quando certus eſt, non eſſe contra Dei præceptum, quod homo iubet, ſed etiam quando verũ ſit, certus non eſt, vt docet D. Auguſt. 22. *contra Fauſtum*, & habetur *in cap. quid culpatur*, 23. *q.* 1. igitur ex iudicio tantùm probabili non poſſunt operari Principes ſeculares contra legem Pontificiam, examinandum eius iuſtitiam.

Sed obiicies licitum eſſe vnicuique homini operari iuxta proba- 48
bile iudicium, etiamſi contraria ſententia circa eãdem rem ſit probabilior, ita docent communiter DD. Theologi, Suarez *lib. 5. de legibus c. 18. n. 19.* Baſilius Pontius *de matrim. lib. 10. cap. 15. num. 4.* Malderus *in 1. 2. D. Thomæ, quæſt. 19. art. 5. diſput. 86. aſſert. 3.* Filliucius *tomo 2. tract. 21. c. 4. num. 128.* Tanerus *in primam ſecundæ diſp. 2. q. 4. dubio 3. num. 36.* Emanuel Barboſa *in remiſſionem Doctor. ad ordin. Relig. Luſit. lib. 3. titulo 64. n. 10.* Garſias *de beneficiis tomo 2. p. 11. n. 360.* Villalobas *in ſumma tomo 1. tract. 1. difficul. 10. n. 2.* Sancius *in practicis diſput 42. num. 12.* Lorca *in primam 2. tom. 1. diſput. 39. membro 2.* Martinez *in primam ſecundæ tomo 1. q. 29. art. 6.* Paulus Layman. *lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 2. num. 7.* Aluarez *1. 2. diſput. 80.* Auguſtinus Barboſa *in collectaneis tomo 1. lib. 2. titulo 9. cap. 4. num. 6.* Portel. *in additionibus ad dubia regularia, verbo optio num. 3.* Sanchez *in ſumma lib. 1. cap. 9. num. 4.* & alij, quos ipſe citat, & ſequitur: igitur poſſunt Principes ſeculares ſi habent probabiles rationes de iniuſtitia legis Pontificiæ illam examinare, & eius exequutionem impedire, vel committere ſuis comitiis ad effectum illam examinandi, & recognoſcendi de iniu- 49
ſtitia, quam probabiliter putant continere. Reſpondeo illud principium de vſu opinionis probabilis, quem communiter DD. docent hîc non rectè applicari, nam opinio probabilis ſpeculatiua non ſemper de qualitate materiæ, vel de cauſis, vel effectibus eius ſufficit ad licitum vſum eius in praxi, quando in cæteris non æqualitas, vt quando in re ipſa ſemper ſubeſt periculum, quod imprudenter ſuſcipitur, vel quando ſit contra aliquod maius ius, vt licet quis probabilior opinetur, rem quam alius poſſidet, eſſe ſuam,

ſuam, non poteſt ſua authoritate illam ſurripere, quando conſcius
etiam eſt, alteri non deeſſe rationem probabilem ad retinendam
illam, quia non poteſt applicare ad opus illud probabile iudicium:
ità docent Sanchez *lib. 7. de matrimonio diſput. 7.* Suarez *loco citato,*
& alij contra Sanchium *in ſelectis diſput. 54. num.* 11. quia in tali
euentu certum eſt meliorem eſſe conditionem poſſidentis; negan-
da eſt igitur conſequentia, nam præferendus eſt ſummus Pontifex
in legibus ferendis, tamquam poſſidens principalius ius ſuum, &
eo magis, quia dependet à iure diuino, vt dictum eſt.

52 Poteſt aliter ſecundò reſponderi, negando conſequentiam, &
antecedens declarando, nam licet verum ſit, quod vnuſquiſque
ſubditus poſſit operari iuxta probabile ſuum iudicium contra ſupe-
rioris præceptum, & legem quando habet probabiles rationes, vt
placuit Nauarro *lib. 3. de reſtit. cap. 1. n. 267.* Leſſio *lib. 2. de iuſtit. &
iure cap. 33. dub. 8. n. 64.* hoc tamen intelligendum eſt in conſcien-
tia; ac proinde ſicut non poteſt ſubditus ſibi vendicare authoritati
uè iuriſdictionem contra ſuperiorem, ita vt ſibi liceat iuridice, exa-
minare iuſtitiam præcepti impoſiti, & ab eius obligatione ſe exi-
mere, propter illas probabiles ſpeculatiuas rationes, ità nec Regi-
bus licet leges Pontificias ex probabili tantùm iudicio examinare,
1 & earum exequutionem impedire, vt ſupra diximus.

*1 Autor agit hoc loco de nuda conſuetudine, quæ nullis concordatis, nulliue Pōtificio priuilegio nitatur, ſed merè inducatur nūc per laicos.*

---

## CAPVT IV.

### *Contra ſuperiorem doctrinam alia Doctorum reſponſio reiicitur.*

MInus placet aliorum reſponſio, qui fortaſſe conſiderantes,
impugnatam executionem, eſt reſponſionem non eſſe ſuffi-
cientem, nec legitimam, affirmarunt licere Regibus, & Principibus
Apoſtolica reſcripta, & Bullas etiam per modum legis communis
edita, ratione conſuetudinis introductæ, ac præſcriptæ ex ſum-
mi Pontificis tolerantia, examinare, vel comitiis, ſiue Regnis aut
conſiliis examinanda committere, illa retinere, eorúmque exe-
quutionem impedire, vſque quo ſummus Pontifex Romanus cer-
tioretur de inconuenientia, ſiue impoſſibilitate obſeruationis, ita
ſentire videtur Malderus Epiſcopus Autuerpienſis *in 2. 2. quæſt. 1.
art. 10. dubio 8. in fine* Rodriquez *in additio. ad §. 9. Bullæ Cruciatæ*
Hierony



Hieronymus Hamos *in inſtruct. Confeſſ. parte 1. cap. 7. §. 9.* Graffius
*parte 1. lib. 4. cap. 10. num.* 120. Sed modeſtiùs, vſúſque eſt limita-
tionibus: ac proinde ad illatam ſuperioris cap. doctrinam reſpon-
dent, Regibus, & Principibus Catholicæ Eccleſiæ ſubditis non lice- 2
re Apoſtolicas litteras quomodolibet à ſacro ſancta ſede emanatas
examinare, ſeu propriis comitiis, Regiis, ſiue Conciliis examinandas
committere; de earúmque iuſtitia diſceptare, aut cognoſcere, ad ef-
fectum detinendi, ac impediendi earumdem exequutionem; mu-
nus námque hoc eſt ſuperioris, authoritatémque inducit, ſuperio-
rem illa, qua gaudet ſupremus legiſlator, quod abhorret Catholicus
vir, licet nihilominus hoc facere Papæ authoritate, quæ ſufficienter 3
ex vi præſcriptæ conſuetudinis ex eiuſdem tollerantia intelligitur
ipſis Regibus, & Principibus conceſſa. Conſuetudo namque præſcri- 4
pta neceſſariò conſenſum Principis declarat, vt patet ex *cap. vltimo,
de conſuetud. & gloſſa vltima in §. leges, poſt cap. in iſtis, diſt. 4.* & *ibi*
DD. per nos ſuprà allegati; ità vt hæc litterarum Apoſtolicarum ex-
aminatio; etiam per modum legis communis, ac detentio non fit
authoritate regia, vt ſic, ſed nomine eiuſdem ſanctæ ſedis Apoſto-
licæ, à qua cenſetur eſſe conceſſam, virtute tolerantiæ, qua toleran- 5
tur prædictæ examinationes, & detentiones; ab ſubinde nulla ſummo
Pontifici inobedientia, ſiue irreuerentia infertur, imò in decus, &
reuerentiam eiuſdem fit, dum Reges ſupremi, Papæ adminiſtratores,
& miniſtri ſeipſos exhibent.

Eſt hoc rationi naturali valde conſonum, quia leges Canonicæ, 6
& Pontificiæ, pro vniuerſa Eccleſia dantur; Eccleſia verò comple-
ctitur varia regna, & prouincias habentes varios ritus, & modos vi-
uendi, vnde licet, regulariter loquendo, talis lex non ſit diſconue-
niens, vel nimis dura pro vniuerſali Eccleſia, nihilominus in vno,
vel alio regno, aut prouincia poteſt eſſe nimis diſſentiens à mo-
ribus eius, & contra conſuetudines eius, quas non ſolent Ponti-
fices velle mutare, niſi id expreſſe exprimant iuxta capitulum *cer-
tificari, de ſepulturis*; in tali ergo caſu recta ratio poſtulare videtur,
vt liceat Regibus, & Principibus Catholicæ Eccleſiæ nomine Pa-
pæ, vt eius miniſtris, talem legem examinare, & eiuſdem exe-
quutionem retardare, ſiue impedire; nam ſcientia vniuerſalis ſum-
mi Pontificis non ſemper poteſt extendi ad particularia regnorum, &
prouinciarum.

Placere, inquam, non poteſt reſponſio: tum quia contra Pa- 7



pam

pam eiúſque legiſlatiuam ſupremam , ac intrinſecam poteſtatem
non poteſt aliqua dari conſuetudo ex vi cuius intelligatur aliqua
Principibus, Regibúſque ſanctę vniuerſalis Eccleſię ſubiectis acquiſi-
ta iuriſdictio , ſeu authoritas , itavt leges, conſtitutiones , ac reſcri-
pta ſummi Pontificis examinare , vel Conciliis Regiis , aut comi-
tiis examinandas committere , earum effectum exequutionem im-
pedire , vt recte dixit Innocentius *cap. 2. de poſtulatione Prælatorum*
8 omnia poteſt, & plenitudinem poteſtatis habet , nullus poteſt quæ-
rere poſſeſſionem, quæ ei præiudicet , cum illam habeat à Domi-
no tantùm , idem docuit gloſſa *in cap. cùm nobis , de præſcriptio.* vbi
Panormitanus *num. 1. & 12.* valde commendat , & *in cap. diligen-
ti , eodem titulo num. 11.* & habet communis Iuriſtarum ſententia,
cum Barth. *in l. in omnibus , ff. de diuerſis , & temporalibus præſcri-
ptionibus* ; & alij , quos refert Couar. *in practicis cap. 4. & in regu-
la Poſſeſſor p. 2. §. 2. num. 8.* Suarez *lib. 4. de immunitate Eccleſiæ cap.
4. & cap. 34. num. 18.* Ratio autem reddi poteſt ex illo fundamen-
to , quod hæc ſuprema legiſlatiua poteſtas eſt de iure diuino ( vt la-
te in ſuperioribus probauimus ) contra quod non poteſt humana
9 conſuetudo præualere, quia vel illud ius diuinum eſt naturale , &
ſic conſuetudo illa contraria eſt iniqua; vt pote rationi contraria, &
ideo non poteſt ius inducere , vel auferre iuxta doctrinam ſancti
Thomæ *prima ſecundæ quæſt. 97. art. 3. ad primum* , & traditur *in ca-
pitulo vltimo , de conſuetudine , & in cap. ſi conſuetudo , & in cap. quæ
contra mores* , cum ſimilibus, *diſtinct. 8. Auth. vt nulli iudicium li-
ceat* , &c. *collat. 9. tit. 9. cap. 1.* Si autem illud ius eſt diuinum poſi-
10 tiuum , non poſſunt voluntates humanæ, vel actiones earum quan-
tumcunque tempore , vel numero multiplicentur contra Chriſti
voluntatem præualere , aut quod ipſa ſtatuit manere , vt ſanctus
Thomas ſuprà docet , & Panormitanus cum gloſſa *in dicto cap. vlti-
mo , de conſuetudine* ; quia homines non poſſunt mutare diuinam le-
11 gem ; nec Deus ipſe cenſetur ex continuatis actibus contra legem
ſuam velle eam auferre ; nam nullum eſt principium, vel fundamen-
tum ad hoc præſumendum de diuina voluntate, neque etiam eſt
expediens , aut diuinam decens authoritatem , oportet enim ius
eius eſſe immutabile, ita communiter cum D. Thoma docent DD. S.
Antoninus *part. 3. titulo 16. §. 6.* Sotus *lib. 1. de iuſt. & iure quæſt. 7. art. 2.
ad primum* , Syluester. *verbo conſuetudo quæſt. 14.* Tabiena *verbo eo-
dem, verſiculo 3.* Ioannes Driedo *lib. 1. de libertate Eccleſ. cap. 10.* Al-
phonſus



phonſus Viualdo *in candelabro aureo parte quarta tract. 2. cap. 2. & 3.*
Clauis Regia *lib. 3. cap. 11. num. 4.* Suarez *de legibus lib. 7. cap. 5. num.
13.* Salas *de legibus* , Bonacina *eodem titulo* , & alij Theologi com-
muniter, & colligere licet ex multis iuribus , vt ex *cap. cùm non licet,
de præſcriptionibus , & cap. cùm ex officij , eodem titulo , & cap. cum
inſtantia , de cenſibus*, quæ iura determinare videntur, ex eo quia
de iure diuino præſtanda eſt Prælatis Eccleſiæ obedientia , non po-
teſt præſcribi exemptio à ſubdito , contra Prælati obedientiam.

Præterea exercitium legiſlatiuæ ſummi Pontificis poteſtatis per- 12
tinet intrinſece ad libertatem , & immunitatem vniuerſalem totius
Catholicæ Eccleſiæ, imo eſt principium ſecundarium à quo in actu
exercito pendet omnis immunitas Eccleſiaſtica , tamquam à pro-
prio capite , at conſtans eſt , nullam conſuetudinem contra im-
munitatem ; & libertatem Eccleſiaſticam præualere poſſe ; igitur
nec contra exercitium legiſlatiuæ poteſtatis Papæ, ac per conſequens,
non poſſunt Reges , & Principes ex vi Conſuetudinis Pontificias
leges examinare , & earum effectum , & exequutionem impedire,
conſequentia tenet , nam , vt ait Panormitanus *in cap. fin. num. 9.* 13
*de conſuetudine* , contra canones , & leges Pontificias præſumuntur
temerariæ , ambitioſæ , & fini æterno contrariæ , ac nullæ ; *cap. 2.
de foro competenti* , ita docet Clauis Regia *loco quo ſuprà num. 5.* &
Suarez *contra Regem Anglicum lib. 4. cap. 32. per totum.* Minor pro-
batur ex *cap. cum terra , de electionibus , & cap. ad noſtram , & cap.
cum inter , de conſuetudine , & gloſſa vltima in cap. clerici , de iudi-
ciis , & ex authentica caſſa , C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi conſuetudo
contra libertatem Eccleſiaſticam , caſſa , & irrita denunciatur , quæ
authentica ſumpta eſt ex conſtitutione Federici, quam tanquam
in eternum valituram Honorius Tertius confirmauit ; vnde idem
Honorius *in cap. nouerit , de ſententia excommunicationis* , excom-
municat omnes, qui conſuetudines introductas obſeruare faciunt:
igitur contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam non po-
teſt præualere Surdus *conſ. 301. num. 52. cum ſequentibus* Bellet. *p. 1.
tit. de fauore Clericorum perſonali §. à principio* , Auguſtinus Barboſa
*lib. 1. iuris Eccleſiaſtici vniuerſi cap. 39. § 2. num. 191.* at quis , quæſo,
ignorare poteſt , Reges , & Principes eccleſiaſticas leges examinan-
do , & earum exequutionem impediendo , non tantùm vulnerare
lethaliter ſanctæ , & Vniuerſalis Eccleſiæ libertatem , immuni-
tatémque , verùm etiam conſuetudinem , quam præſcribere inten-

14 dunt nullã eſſe? quia talis conſuetudo eſt iuri Canonico valde contra-
ria, ideóque nõ poteſt cõtra illud prǫualere, quia inferior cõtra ius ſu-
perioris, ſicut nõ poteſt præſcribere; ita nec cõſuetudinẽ introducere.

15 Hinc accedit tertia ratio, quia ius canonicum prohibet non ſolùm
conſuetudines contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam,
ſed etiam illas reprobat, quod maius eſt; nam poteſt lex prohibe-
re conſuetudinem, non quia per ſe irrationabilis, ſed quia propter
alias honeſtas ac iuſtas rationabiles cauſas expedit, illam non permit-
tere, & tunc dici poteſt conſuetudo irrationabilis, quia prohibita,
16 non autem prohibita, quia irrationabilis. Aliquandò verò lex pro-
hibet conſuetudines, quia ſupponit illas eſſe irrationabiles, quod
cenſetur facere quoties, prohibens conſuetudinem declarat, eſſe
irrationabilem, addens corruptelam, vel contra neruum diſcipli-
næ, aut eſſe abuſum, vel quid ſimile, vt patet ex toto titulo
de conſuetudine. Hoc poſteriori modo prohibet ius Canonicum
conſuetudines contra libertatem Eccleſiaſticam, vt habetur *in pri-
mo cap. de conſuetudine*, vbi Gregorius ait, *Conſuetudines quæ Ec-
cleſiis grauamen inducere dignoſcuntur, noſtra decet conſideratione
remittere*; id eſt non permittere, ſiue diſſoluere, aut irritare, vtique
tanquam irrationabiles, hoc enim demonſtrat verbum, *decet*, quia
illos tolerare eſſet indecens, *& dicto cap. ad noſtram*, dicitur, *talis
conſuetudo minus rationabilis, & Canonicis obuians inſtitutis*, ac
proinde nullam habere firmitatem, aut valorem; igitur nulla con-
ſuetudine præſcribi poteſt aliqua authoritas Regibus, & Principi-
bus quibus conuenire cenſeatur facultas examinandi, retardandi,
ac impediendi ſub quocunque prætextu, aut exquiſito colore leges,
& conſtitutiones, quæ in dies manant à ſacroſancta ſede Apoſtolica.

17 Rurſus leges communes immunitati Eccleſiæ contrariæ tanquam
irrationabiles reprobantur, vt conſtat ex pluribus decretis de immu-
nitate Eccleſiæ; igitur & conſuetudines quæ tribuunt iuriſdictionem
Principibus, ac Regibus examinandi, ac retinendi litteras Apoſtolicas
& per modum legis emanatæ. Conſequentia tenet, quia eadem ratio
18 eſt de conſuetudine, nam æquiparatur legi Bart. *in l. de quibus, ff. de
legibus n.* 4. Antonius *in cap. cùm ex officiis, de præſcriptionibus n.* 3. Bo-
chus *in c. vlt. de conſuet. n.* 521. & alij. At verò iuxta doctrinam com-
19 munem conſuetudo per legem reprobata non poteſt, præualere con-
tra legem, nam vt præualere valeat, oportet, vt ſit rationabilis, vt ha-
betur *in cap. vltimo de conſuetud.* omnis autem conſuetudo, quam lex,





præſertim Canonica, vt irrationabilẽ reprobat, vere vt irrationabilis
habenda eſt, vt paulo ſuperiùs dictum eſt, quia iuris declaratio auth.
eſt; ergò, &c.

Reſpondebunt fortaſſe aduerſarij, vt reſpondere ſolent, ex al- 20
legatis iuribus non recte colligi, omnem alicuius regni, vel Prouin-
tiæ peculiarem conſuetudinem, in vna ac altera materia ſiue cauſa ir-
rationabilem eſſe, ac iure Canonico reprobatam, ſicuti eſt conſuetudo
in aliquibus Regnis, ſiue prouinciis de recognoſcẽdis litteris Apoſto-
licis quocũque modo à Sede Apoſtolica emanatis, etiam per modum
legis: licet verum ſit, illa iura caſſare, & reuocare omnes & quàſcun-
que conſuetudines, quæ vniuerſæ totius Eccleſiæ libertati aduerſan-
tur, quia tales conſuetudines de ſe habẽt abſurditatem, & indecen- 21
tiam, ac per conſequens irrationales ſunt, ille verò minime, quia po-
teſt dari aliqua conſuetudo, quæ reſpectu totius Eccleſiæ regulariter
irrationabilis ſit, in aliqua autem prouincia, ſiue regno poteſt ha- 22
bere peculiarem, & ſufficientem rationem, ac proinde pro tali
tempore, vel pro tali loco aliquibus circunſtantiis concurrentibus
non cenſebitur talis conſuetudo reprobata per legem abſolutam, &
generatim loquentem, atque ita ſentire videntur multi modernio-
res Hiſpani DD. defendentes aliquas conſuetudines contrarias Ec-
cleſię vniuerſalis libertati, pręſertim Couar. *in practit. q.* 31. Iulius Cla-
rus *lib.* 5. *§. vltimo quæſt.* 36. *num.* 3. Franciſcus Salgado *tomo* 1. *primæ
parte, per totum.* Ioannes Garſia *de nobilitate, gloſſa* 9. *num.* 44. *&
ſequentibus* ac multi alij, qui in hanc partem inclinant, vt particulares
quaſdam conſuetudines diuerſorum regnorum tueantur.

At verò hæc reſponſio eſt contra communem vtriúſque facultatis 23
DD. ac Theologorũ ſententiam opinantium omnem conſuetudinem
tam generalem, quàm particularem contrariam libertati Eccleſiaſti-
cæ, eſſe irrationalem, & in iure reprobatam: nam allegata iura, vt recte
docuit Suarez *lib.* 4. *de immunitate Eccleſiaſtica cap.* 32. *num.* 14. non
loquuntur de conſuetudine abrogante totam immunitatem, ac li- 24
bertatem Eccleſiaſticam, vel in tota materia eius, quia nunquam
tales conſuetudines fuerunt in Catholicis regnis introductæ, vel
intentatæ: neque hoc authores Canonum ignorabant; igitur lo-
quuntur de particularibus conſuetudinibus reſpectu alicuius regni,
loci, ac circunſtantiis. Conſequentia patet attente legenti ipſoſ-
met Canonum textus, & ſpecialiter notari poteſt lectio inte-
gra *in cap. clerici de iudiciis*, ſic enim habet, *clerici, maxime in*

*criminalibus cauſis, ſi in nullo caſu poſſunt ab aliquo, quàm ab Eccleſia-
ſtico iudice condemnari, etiam ſi conſuetudo regia habeat vt fures à iu-
dicibus ſecularibus iudicentur*; vbi conſtat particularem conſuetudi-
nem non potuiſſe vniuerſali priuilegio clericorum ex parte deroga-
re, ita Baldus *in dicto cap. clerici, ad finem, de iudiciis*, Antonius de
25 Butrio *ibidem num.* 2. *&* 11. Panormitanus *ibidem num.* 5. *&* 6. De-
cius *eodem cap. num.* 58. *& in cap. eiuſdem num.* 167. *& conſ.* 150. *n.* 4.
Felinus *in cap.* 2. *ſub num.* 3. *de maiori & obedientia*, & multis pro-
bat Rota *deciſione* 10. *de cenſibus, in antiquis*, Biſing. *deciſione* 2.
*eodem titulo*, Suarez *vbi ſuprà*, Azorius *libro* 5. *cap.* ... §. *ſed du-
bitari poſſet, quæſt.* 1. eadem eſt enim ratio de ſimilibus aliis, quia
etiam in illa particulari conſuetudine poſſet ratio aliqua honeſta-
tis conſiderari; igitur multo minus aliqua particulari conſuetudi-
ne poteſt introduci, vt Reges habeant authoritatem, & iuriſdictio-
nem examinandi, recognoſcendi, retardandi, ſiue exequutionem
26 legum ſummi Pontificis impediendi, patet conſequentia, quia in
ſpiritualibus, quæ non cadunt in laïcum, nihil operari particula-
rem conſuetudinem, quia hæc non poteſt illum ſpiritualium inca-
pacem, reddere habilem, & capacem, vt docent DD. *in cap.* 2. *de
præbendis num.* 8. Ioan. Monach. *num.* 5. Ioan. Andr. *num.* 6. Dom.
*num.* 15. Franc. 10. Probus *num.* 5. *&* 6. Panormitanus *in cap. quiſ-
que de electione num.* 3. *& in cap. quanto, de conſuetud. num.* 2. Probus
27 *dicto cap.* 2. *de præbendis num.* 7. & confirmatur ex eodem cap. *clerici*,
vbi definitum eſt, non poſſe conſuetudine aliqua præiudicium gene-
rari ſacris canonibus; igitur non ſolùm ex ſacris decretis colligitur
vniuerſalem, & totam immunitatem, ac libertatem Eccleſiaſticam
abrogantem conſuetudinem eſſe irrationabilem, & reprobatam, ve-
rùm etiam omnem peculiarem. Conſequentia tenet, nam quælibet
conſuetudo abrogans reſpectu alicuius regni, vel prouinciæ, aut at-
tento loco, & tempore, etiam ex parte immunitatem Eccleſiaſticam,
generat ſacris canonibus magnum præiudicium, ita Suarez *loco cita-
to*, & ſumitur *ex cap. qualiter, & quando de iudiciis*, & ex *l. ſtatui-
mus, C. de Epiſcopis, & Clericis*: & tradunt communiter DD. Panor.
*in cap. clerici de iudic. num* 6. Propoſ. *in cap. ſi quis cum clerico*, 11. *quæſt.*
5. Felinus *in eodem cap. qualiter prope finem*, Alex. *conſ.* 8. *n.* 1. & fa-
uent quæ in ſimili docent Angelus, & Imola *in l. ſi quæramus, ff. de
teſtamentis*, Cor. *in l. vltima C. de teſtamentis*, gloſſa *in Clementina* 1.
*num.* 20. & ſpecialiter adnotauit Baldus *in dicto cap. clerici, de iudiciis*,
Butrius



Butrius *num.* 11. Panor. *eodem num.* Bart. *in conſtitutione alia Friderici,
caſſa, & irrita, C. de ſacroſanctis Eccleſ.*

Alij verò DD. reſponſionem hanc, difficultatem non euacuare, 28
videntes, eorúmque non adiuuare intentum, aliter conati ſunt reſ-
pondere ad ſuperiorem doctrinam. Iura illa, inquiunt, omnes, & quaſ-
cunque conſuetudines, ſiue generales, ſiue particulares libertati, ac
immunitati Eccleſiaſticæ contrarias, vt irrationales reprobant, quæ
introducuntur abſque conſenſu, ſaltem tacito Sedis Apoſtolicæ. Sub-
inde conſuetudo, quæ ex tolerantia ſummi Pontificis, quæ æquiualet 29
conſenſui explicito, ex cuius vi Reges aliquorum Regnorum, & Pro-
uinciarum iuriſdictionem, & authoritatem habent leges Pontificias
examinandi, ac earum executionem impediendi, non eſt irrationabi-
lis, & iure reprobata. ita ſentire videtur Alphonſus Viualdus *in ſuo
Candelabro aureo caſu* 14. *in explicatione Bullæ Cœnæ*, Salſedo *in pra-
ctica criminali canonica cap.* 102. Afflictus *deciſ.* 2. *n.* 10. *&* 11. *& deciſ.*
24. *n.* 9. Grammat. *deciſ.* 78. & alij multi, quos refert, & reiicit Azo-
rius *loco citato*.

Hæc reſponſio minus valet, quia certum eſt nunquam interuenire 30
tacitum conſenſum Sedis Apoſtolicæ, cuius authoritate talis introdu-
catur conſuetudo, quæ eſt à iure communi reprobata. Probatur pri-
mò, quia incredibile eſt Papam per talem tacitum conſenſum contra
ſeipſum velle conſuetudines huiuſmodi permittere in Eccleſia, vti in
ſimili docent Sylueſt. Anton. Roſella, & alij apud Suarium *lib.* 8. *de le-
gibus cap.* 8. *n.* 8. & patet ex *l. iubemus nullam, C. de ſacroſanctis Eccleſiis*.
Probatur ſecundò, quia Apoſtolica Sedes per ſententias, vel per ex-
preſſa edicta, his conſuetudinibus, contra libertatem Eccleſiaſticam
ſemper reſiſtit, & ſpecialiter in Bulla Cœnæ [illegible] annis eas reuo-
cat, ac irritat, & nullas declarat. Ergo nunquam po[illegible]æſumi taci-
tus conſenſus ſummi Pontificis. nam licet fortaſſe interdũ non igno-
rat multa per conſuetudinem fieri in aliquibus locis cõtra libertatem
Eccleſiaſticam, quæ non potuit, ſed quodammodo tolerat, non ideò
eſt quia conſentiat, ſed quia ſine periculo maioris mali non poteſt re-
ſiſtere, nam propter ſcandalum aliquando Eccleſia crimen tolerat,
*cap. denique* 4. *diſt. cap. quoties* 1. *q.* 2. *cap. ordinationes* 8. *q.* 1. *cap. ipſa pie-
tas, cap. non poteſt* 27. *q.* 2. Felin. *in c.* 2. *de præſcriptionibus*. Barboſa *eodem* 31
*loco*, & ob id non conſentit, ſed permittit, quæ permiſſio cùm negatio-
nẽ actus poſitiui dicat, non ſufficit ad licitam conſuetudinem introdu-
cendã, vt ſuprà latè diximus *in quæſt.* 3. *huius diſp.* in ſolutione tertij ar-
gumen

gumenti, quia hæc Pontificis patientia, ſiue tolerantia, non eſt appro-
32 batiua, ſed negatiua, in quo caſu ſcientia, & tolerantia Pontificis non
excuſat, vt poſt Ioan. de Lignano, & Calderin. tenet Abbas *in c. clerici*
33 *n. 6. de iudiciis*, Surdus *eod. conſ.* nec iuuat dicere conſtitutiones Ponti-
ficias non eſſe in hac re receptas, quia quotannis ſinguli Romani Pon-
tifices Bullam in cœna Domini publico & ſolẽni ritu Romæ promul-
gant, nec etiã valet quod quidam opponunt, non ſufficere eſſe Romæ
34 promulgatas excommunicationes Bullæ Cœnę Domini, quoniã veriſ-
ſima eſt cõmunis ſententia ex conſenſu Theologorũ, & iuris canonici
Doctorũ, & Summiſtarum recepta, ſufficere promulgationem Romæ
factã, nec requiri, vt in ſingulis prouinciis huiuſmodi excõmunicatio-
nes promulgentur. ita Suarez *lib. 4. de legib. cap. 15. n. 3.* Vaſquez *in 1. 2.
diſp. 156. cap. 2.* Azorius *lib. 5. c. 5. quæſt. 3. & cap. 12. quæſt. 1.* Granadus *in
primam ſecundæ controu. 7. tract. 3. parte 1. diſp. 11. ſect. 2. n. 17.* Duar-
dus *explicatione Bullæ Cœnæ lib. 3. §. 1. quæſt. 1. n. 17.* Lorca *in primam
ſecundæ diſp. 18. de legibus*, Baſilius Pontius *lib. 5. de matrimonio. cap. 7.
n. 2.* Filliucius *tomo 2. tract. 21. c. 11. n. 397.* Sayrus *in Claui Regia lib.
3. cap. 5. n. 7.* noſter Coriolan. *in Bulla Cœnæ*, vbi de abſolutione, *in fi-
ne.* Noſter Rodriquez *quæſt. reg. tom. 1. quæſt. 7. art. 3.* Malderus *in 2. 2.
quæſt. 90. art. 4. dubio 3.* Salas *de legibus diſp. 12. ſect. 2. n. 10.* Valentia
*tomo 3. diſp. 7. quæſt. 3. puncto 5.* Palatius *in tertio ſentent. diſtinct. 37.
quæſt. 1.* Sotus apud Suarium *loco citato lib. 1. de iuſt. & iure quæſt. 1.
art. 4.* Bertus *in explicatione Bullæ Clementis VIII. de largition. mune-
rum p. 7. principali*, Paulus Layman. *in Theologia morali lib. 1. tract. 4.
cap. 3. num. 3.* ex Summiſtis noſter Villalobos *in ſumma tomo 1. tract. 2.
dub. 12. num. 5.* Marius Antonius *lib. 1. reſolut. 122. caſu 1.* Molfe-
ſius *in ſumma tomo 1. tract. 9. cap. 8. num. 38.* Syluester *verbo lex quæſ. 6.*
Roſella *eodem verbo num. 4.* Armilla *eodem verbo num. 11.* & multi alij
ex Iuriſtis, Panormitanus *in cap. 2. de conſtitutio. num. 7. & in cap. no-
uerit, de ſententia excommunicationis in fine ſexti. circa datam eius Car-
dinalis in Procemio Clementinarum §. vniuerſitatis num. 4.* Nauar-
rus *conſ. 1. de conſtitutionibus, num. 19.* Ludouicus Gomez *ad regu-
las Cancellariæ quæſt. 2.* & alij quamplures apud Felinum *eodem loco.*
idem tenet gloſſa, *& factæ nouæ conſtitutiones, collat. 6. verbo hu-
iuſmodi lex*, & *ibi* Bart. & Bald. *in l. leges ſacratiſſimæ, C. de le-
gibus*, & colligitur ex *capite primo de poſtulatione Prælatorum*, &
ex *cap. nouerit, de ſententia excommunicationis.*

Atque



Atque hinc contra primam reſponſionem principalis ratio vltima 35
addi poteſt, quia omnis conſuetudo, quæ contra exercitum legiſla-
tiuæ poteſtatis ſupremæ ſummi Pontificis introduci ſolet, eſt con-
ſuetudo laicorum vtique Principum, vel Iudicum exercentium
actus iuriſdictionis contra leges Pontificias, illas examinando,
retardando, vel exequutionem impediendo: at conſuetudo laico-
rum licet poſſit iuri ciuili derogari, ac legiſlatiuæ poteſtatis Regis
exercitio, non tamen poteſt iuri Canonico, neque ſummi Pon-
tificis ſuæ legiſlatiuæ poteſtatis eius exercitio; igitur nulla eſt talis
conſuetudo. Minor eſt clara, quia non plus poteſt conſuetudo, quàm
lex, cæteris paribus, ſed lex ciuilis non poteſt derogare Iuri Ca-
nonico, & poteſtati illud facienti; igitur nec conſuetudo. Pro-
batur conſequentia, quia conſuetudo laicorum eſt mere ciuilis, &
in ſola authoritate ciuili, & temporali nititur, vnde ſicut ex com-
muni Iuriſperitorum ſententia conſuetudo laicorum non poteſt
clericos obligare, vt videre licet in Innocentio *in Rubrica de conſue-
tud. num. 6.* & Panormitano *in cap. quod clerici, de foro competenti
num. 2.* Felino *in cap. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de conſtitut. num. 100.*
Hoſtien. *in ſumma titulo de conſuetud. §. & de virtute, verſ. ſed pone*,
& alij, quos ſuprà retulimus; ita à fortiori nulla conſuetudo valet
contra exercitium legiſlatiuæ poteſtatis ſummi Pontificis.

Quod verò de conſuetudine probatum eſt, etiam de præſcriptio- 36
nibus firmiter tenemus, quamuis tanti temporis curſu ſit conti-
nuata, vt initij memoria non extet, eſt enim laicus incapax iuris, &
ſpiritualis poteſtatis, nec poteſt illam ciuiliter poſſidere, atque adeo
nec vllo tempore præſcribere, iuxta Capitulum *cauſam de præſcri-
ptionibus*, & *ibi* Doctores Ioannes Andreas *in cap. 2. de præbend. in 6.*
Panormit. *in cap. 4. de conſuetud. num. 2.* Decius *in cap. decernimus,
de iud. num. 38.* Barboſa *loco citato*, qui docent laicos authoritate 37
cuiuſuis præſcriptionis non reddi habiles ad ſpiritualia, & præſcri-
ptione ei tantùm ius tribui, qui illius iuris capax, ac ſubinde nulla
præſcriptione poſſunt habere Reges, & Principes authoritatem, &
iuriſdictionem examinandi leges Pontificias: quamuis nec video
quo pacto tanti temporis curſu afferri poſſit ab aduerſariis, cùm
per Bullam, quæ ſingulis annis in die Cœnæ Domini Romæ pro-
mulgatam omnes Eccleſiæ ſubditos afficit, impediatur omnis con-
ſuetudo, & præſcriptio, ita Felinus *in cap. non licet, de præſcriptio-
nibus, col. penult. verſ. quintò conſidera*, Azorius *lib. 5. cap. 12. quæſt. 1.*



Sua

Suarius *de immunitate Eccleſiaſtica cap.* 32. *num.* 20. Sayrus *loco citato*, Philipp. Mayreſp. *de priuilegijs Eccleſ. part.* 2. *art.* 18. *num.* 10. Vgolinus *in reſpon. ad Iuriſconſultos Gymnaſij Patauini*, *cap.* 7. Ioannes Beltran. de Gueuera *in propugnatione Eccleſiæ libert.* §. 7. *num.* 43. *aſſert.* 1. tres Theologi Religionis ſeruorum Dei *in defenſione cenſurarum Pauli V. cap.* 8. *num.* 19. *in fine*, Diana *in reſolutionibus moralibus p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 6. Barboſa *loco citato*, & communiter omnes DD. quos ſupra citauimus in fine capitis præcedentis.

38 Ratio autem reddi poteſt, quia omnis præſcriptio iuris adminiculum expoſcit, per quod aliquo modo Princeps concedat, vel Dominium rei præſcribendæ, vel iuriſdictionem, ſi illa eſt præſcribenda, quia iuriſdictio, ſiue authoritas, quæ ex vi præſcriptionis acquiritur, non poteſt fieri ſine expreſſa voluntate alicuius ſuperioris, in præſenti autem nullum eſt ius quod tale præſcriptioni adminiculum præbeat, nam ius ciuile (vt paulo antea dictum eſt) nihil in hoc poteſt, ius verò Canonicum omnino reſiſtit, & voluntas ſummi Pontificis omnibus modis ei opponitur; ergo nullum habet locum præſcriptio in præſenti materia. Ex dictis ergo conſtat ſatis aperte nullam conſuetudinem, præſcriptionémque contra libertatem Eccleſiaſticam præualere poſſe, etiam ſi immemorabilis. Hinc aduertendum eſt Doctores qui contrariam ſuſtinent ſententiam quamplures alias adducere excuſationes, quibus à cenſuris liberare conantur Regios Magiſtratus, ſiue Concilia Regia, dum ſummorum Pontificum examinant leges, & earum exequutionem impediunt, non attendentes, quòd inconſulte, ac inconſiderate contra propriam Matrem hæc ſcribunt, & mala, ac ſcandala, quæ in dies oriantur ex eorum ſcriptis, (quas impugnare omitto), quia non eſt præſentis conſiderationis. Duo tamen hîc valde religioſe cupimus à priuatis DD. hæc ſcribentibus obſeruari, primò, eorum munus, officiúmque eſſe ſummorum Pontificum, Conciliorúmque decretis humiliter, reuerenter, ac deuote obedire, ſacros Canones obſeruare, non interpretari, non declarare, nec reſtringere, non detorquere, nec trahere ad ſuos ſenſus. Secundò reddituros eſſe pro Regum, ac Principum animabus ſtrictam rationem Chriſto Domino: nam eorum dictis Principes ſe ab omnimoda obedientia ſummis Pontificibus debita retrahunt, & quod quàm maxime attendere debent, ſunt excommunicationes, quas in quolibet



bet anno ſinguli ſummi Pontifices fulminant contra vulnerantes libertatem Eccleſiaſticam, litteras Apoſtolicas impedientes, nullas eſſe quaſcunque conſuetudines quomodolibet præſcriptas declarant, &, quod maius eſt, huiuſmodi ſcripta erronea, falſa, & hæretica nonnulli ſummi Pontifices decernunt, ita Clemens VIII. & Sanctiſſimus Dominus Noſter Vrbanus Papa VIII. oretenus declarauit erronea ſcripta Franciſci Salgado, & vt talia prohibuit, interque libros primæ claſſis annumerauit: ipſi modò videant, ac ſibimet ipſis conſulant. Hæc dicta ſufficiant ad laudem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Beatiſſimæque ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, Dominæ meæ ſine originali peccato conceptæ, Sanctiſſimi Patris Noſtri Franciſci, ac D. Antonij, ſub correctione ſanctę Romanæ Eccleſiæ.

FINIS.

INDEX

# INDEX
## EORVM, QVÆ IN HOC OPERE NOTATV DIGNA, LOCVPLETISSIMVS.

***Prior numerus paginam notat, poſterior eſt marginalis.***


A B

*ABrogatio* legis ſupponit ipſam acceptatam, moribúſque populi fundatam. pag. 47. num. 41

Abrogatio legis quas conditiones requirit. ibid. 42

in Abrogatione legis voluntas Principis eſt quę tollit legẽ. ib. 45

*Abſolutio* per modum actus iudiciariæ ſententiæ requirit diſtinctionem perſonarum. 284. 24

A C

*Acceptatio* legis duplex nuda, & vt dicit coniunctum. 349. 13

Acceptatio populi requiritur, vt lex firmetur, & perſeueret. 355. 49

non Acceptatio legis non ſuſpendit eius effectum. 356. 53

Acceptatio legis non conſtituit legem. ibid.

Acceptatio, vel non acceptatio populi non eſt ſufficiens coniectura, qua iudicari poteſt legem non eſſe latam pro bono communi. 340. 40

Acceptatio populi ad valorem legis quare requiritur. 328. 25

Acceptatio populi quare ad legis ciuilis obſeruationem requiritur. 356. 55

non Acceptare legem Pontificiam quomodo rationi repugnet capitis, & membrorum. 335. 15

*Acceptio* perſonarum iuſtitiæ diſtributiuæ opponitur. 176. 8

*Actio* humana quomodo ad ſummi Pontificis electionem interueniat. 23. 24

Actus Papæ quando non poteſt ſubſiſtere ſine derogatione alicuius, legis cenſetur tali legi derogare. 165. 39

Actus Principis poſterioris voluntatis tollit neceſſariò effectum prioris. 166. 40

Actus immutatur per aliquam entitatem ſibi additam. 121. 13

Actus ferendi leges non eſt actus abſoluti dominij. 121. 23


Actus




Actus humanus debet fieri ex cauſa rationabili, vt iuſtus, & honeſtus cenſeatur. 184. 7

Actus intellectus quomodo concurrit reſpectu Principis ad conſtituendum legem. 190. 5

Actus paſtoralis iuriſdictionis quoad effectum à Papæ voluntate pendet. 274. 29

Actus concedendi indulgentias obiectiuè ſunt iuris Pontificij. 275. 32

Actus exteriùs eſt declaratiuus actus voluntatis interni. 279. 7

Actus diſpenſandi an ſit ex ſe indifferens. 177. 2

Actus exterior declaratiuus non eſt de eſſentia conceſſionis indulgentiarum. ibidem, 8

Actus iuriſdictionis poteſt exerceri ab eodem circa ſeipſum. 283. 19

Actus iuriſdictionis non requirit perſonarum diſtinctionem. 284. 25

Actus moralis pendet eſſentialiter ab efficace intentione gentis. 338. 31

Actus eſſentialis ad ferendam legem ſubditóſque obligandi eſt in voluntate legiſlatoris voluntas efficax. ibid. 33

Actus morales non obligant vltra intentionem agentium. 339. 35

Actus per ſe indifferens ex lege fit actus ſpecialis virtutis alicuius. 351. 24, 25

Actus tolerantiæ eſt actus negatiuus. 352. 32

A D

*Addens* diuino officio quantitatem notabilem an cenſeatur mutare diuinum officium. 239. 5

A F

*Affirmatio* ſimplex per negationem cognoſcitur. 78. 29

Affirmare Papæ poteſtatem non eſſe liberam, periculoſum. 34. 21

A G

*Agens* naturale determinatur ex ſe ad agendum. 31. 3

A N

*Analogum* accipitur ſemper pro principaliori ſignificatu. 253. 15

Animæ de iure diuino in Purgatorio afficiuntur pœnis. 272. 20

A P

*Applicatio* Miſſæ quando vnus pro alio ſoluit ex opere operato per applicationem factam ab actu interno voluntatis in mente retento remittitur pœna. 281. 10.

*Apoſtoli* omnes Petri legibus ſubiacebant. 33. 17

Apoſtoli per modum legationis ſuper totam Eccleſiam ligandi, & ſoluendi poteſtatem habuerunt. 13. 14

Apoſtolorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi, & Sacerdotes. 14. 15

Apoſtoli quomodo à Chriſto immediatè ordinati ſunt Epiſcopi, & quomodo eis ſuccedunt alij Epiſcopi. ibid.

Apoſtolica Sedes à ſeipſa habet primatum, & ligandi, & ſoluendi authoritatem. 33. 18.

*Appoſitio* manus Papæ habet omnem conditionem neceſſariam ad reuocanda quæcunque priuilegia etiam Cardinalibus conceſſa. 166. 42

Appoſitio manus Papæ vim decreti annullatiui habet. 165. 35

Appoſitio manus Cardinalium quid operatur intrinſecè reſpectu oraculorum. 169. 11


 Appo

Appellatio à perpetuo edicto non poteſt dari. 367. 13
*Appellatio* à ſententia non admittitur, & quomodo. 300. 2
Appellatio à Papæ reſcripto an poſſit dari. ibid. 3. 4 & 306. 2, 10
Appellatio à lege non eſt admittenda. ibid. 4.
Appellatio à legibus ciuilibus nunquam fuit in vſu. 307. 5.
Appellatio à pœna impoſita per legem non admittitur. 308. 7 & 313. 13.
Appellare à litterarum Papæ executione an liceat, & quomodo. 312. 10, 11
Appellationis effectus quid ſit. 366. 6.
*Approbatio* quid ſit. 349. 11

A R

*Arbiter* quid dicitur. 364. 15
*Ars* quælibet vtitur propriis vocibus ad explicandos ſuos conceptus. 44. 29
Ars reſpiciens ſuperiorem finem habet ſibi ſubiectas facultates inferioris in ordine ad eundem finem. 18. 14

B E

*Bellum* iuſtum aliquando poteſt ſubiicere liberam communitatem alterius imperio. 323. 11
Bellum iuſtum poteſt introducere Regiam poteſtatem, & quomodo. ibid. 12
Bellum iuſtum non poteſt dari ex vtraque parte. 376. 44
Bellum iuſtum ex ignorantia poteſt dari, quando cætera ſunt paria ſuper re dubia ibid.
*Beneficium* Principis latè eſt interpretandum. 82. 7.
Beneficium Principis non eſt interpretandum vltra verborum proprietatē. ibid. 8
Beneficia Eccleſiaſtica gratis conceduntur. 55. 40.
Beneficium à Principe datum debet eſſe manſurum ex iure. 59. 26

B O

*Bonum* commune dicitur commune dupliciter, communitate generis, & communitate cauſæ. 363. 9

B V

*Bullatio* priuilegiorum quid ſit. 128. 26
Bullationes, ſeu inſtrumenta, quæ de nouo conceduntur priuilegiis viuæ vocis oraculo, an immutent iſtorum ſubſtantiam. 148. 9, 10, 11
*Bulla* Cruciatæ non ſuſpenditur anno Iubilei ſecundùm Sanchez. 214. 1
Bulla Cruciatę eſt conceſſa ſingularibus perſonis per modū ſingularitatis. 218. 14
Bulla Cruciatæ ſuperat pretium, quod pro ipſa elargitur. ibid.
Bulla Cruciatæ non habet perpetuam commenſurationem cum eleemoſyna quę taxatur pro ipſa. ibid. 15
Bulla Cruciatæ eſt priuilegium omnino gratioſum. ibid. 15, 16
Bulla Cruciatæ non conceditur pro tota illa aureorum quantitate commenſuratiuè, ſed tantùm pro illa minima eleemoſyna. ibid. 19, 20
Bullam Cruciatam comprehendi ſub reuocatione Bullæ Cœnæ Domini, declarauerunt Clemens VIII. & Paulus V. 219. 22.
Bulla Cruciatæ ſecundùm opinionem authoris ſuſpenditur tempore Iubilei 222. 11.


Bulla




Bulla Cruciatæ ob ſuſpenſionem indulgentiarum non intelligitur reuocata in totum, & ſecundùm totum. 223. 12
Bullæ Cruciatæ indulgentiæ ſunt irreuocabiles remanentibus cauſis firmis earum conceſſiones ſecundùm Cultelli. 288. 10
Bullæ Cruciatæ indulgentias pro ſuo arbitratu poteſt ſummus Pontifex concedere. ibid. 11
Bulla Cruciatæ indulgentias poteſt licitè & validè reuocare abſque vlla cauſa ſecundùm authorem. 289. 12
Bulla Cœnæ Domini derogat omnibus indulgentiis. 280. 9
Bulla Clementis VIII. de largitione munerum non fuit acceptata, exiſtimant nonnulli. 346. 17
Bullam Clementis VIII. de largitione munerum tranſgredientes puniuntur. ibid. 12.
Bulla Gregorij XV. contra Confeſſarios ſollicitantes fœminas in confeſſione in partibus Hiſpaniarum non fuit recepta ſecundùm aliquos. ibid.
Bulla Cœnæ Domini reuocat quaſcunque conſuetudines. 386. 34
Bulla Cœnæ Domini ad inducendam obligationem ſufficit quòd ſit Romæ promulgata. ibidem.

C A

*Canon* quid ſit? 36. n. 38
*Capitulum nonnulli*, de reſcriptis, & cap. *ex parte*, de Capell. Monach. declaratur. 143. à num. 10. ad ad 13
Capitulum *Anaſtaſius* apocryphum. 35. 34
Cap. *cum noſtris*, de conceſſ. præb. declaratur. 176. 13
Cap. *filiis, & nepotibus* presbyterorum declaratur. 371. 27. 28
Cap. *Contra morem*, diſt. 100. declaratur. 143. à num. 10. vſque 13
Cap. *neceſſaria*, 1. q. 7. declaratur, 181. 17
*Cardinales* ſimul cum Papa ex vi conſuetudinis ardua determinant. 33. 20
Cardinales ſunt Sacerdotes, & Leuitici generis. 32. 6
Cardinalium dignitas an ſit de iure diuino, & quando incepit. 33. 20
Cardinales de iure humano eligendi ſummum Pontificem habent poteſtatem. 35. 32
Cardinalium Collegium ad imitationem legis veteris per ſummos Pontifices fuit inſtitutum. ibid. 33
Cardinalium priuilegia quomodo ſunt reuocabilia. 156. 5
Cardinalium indulta, ac alia priuilegia ad eorum contemplationem Ordinibus mendicantibus conceſſa quando ſubiaceant Pontificiis ordinationibus. 159. 5
Cardinalium indulta quomodo ad ſui reuocationem requirant expreſſam mentionem, & quare. ibid. 6. 7
Cardinalium indulta habent regulam firmam. 155. 2
Cardinales non ſubiacent regulis Cancellariæ. 162. 22, 23
Cardinales ligantur legibus generalibus prægnantes clauſulas habentes. ibid. 24
Cardinalium indulta an comprehendantur ſub conſtitutione Vrbani VIII. reuocantis omnia oracula. 163. 25. & 170. 13. 14. 15.


Car

Cardinalium indulta quas conditiones requirunt, vt per poſitiuum actum ſummi Pontificis cenſeantur reuocata. 166. 41
Cardinales ratione dignitatis ſunt Principes,& Reges. 146. 30
Cardinales an in odioſis comprehendantur ſub nomine Principum. 167. 2
Cardinales præſtantiorem locum tenent quàm Reges. ibid. 4
Cardinales ſecundùm authoris ſententiam quomodo cõprehendantur in odioſis ſub nomine Regum. 168. 8
Cardinalium perſonæ comprehenduntur ſub Pontificiis conſtitutionibus, quando proferuntur de eorum conſilio. ibid. 9
Cardinales non ſignant bullationes niſi ratione officij. 169. 11
Cardinalium priuilegia viuæ vocis oraculo aliis concesſa ad ipſorum contemplationem comprehenduntur ſub reuocatoria Vrbani VIII. 170. 16, 19
*Cauſa* inducens per legem obligationem eſt Principis legiſlatoris voluntas. 175 3, 4
Cauſa duplex impulſiua & finalis. 193. 1
Cauſa ceſſante ceſſat effectus. 225. 2
Cauſa impulſiua per occaſionem mouet. 193. 2
Cauſa finalis quomodo diſtinguitur ab impulſiua. 194. 3
Cauſa motiua huius reuocatoriæ conſtitutionis declaratur ab aduerſariis. ibid. 7
Cauſa concedendi indulgentias eſt ſalus animarum, honor Dei, & Eccleſiæ vtilitas 270. 16
Cauſa principalis priuilegij remuneratiui ſunt perſonæ merita. 61. 9
Cauſa eadem eundem arguit effectum. 36. 41

C E

*Cephas* Syriacè Petram ſignificat, Græcè verò caput. 21. 4

C H

*Christum* Dominum totius mundi in actu primo habuiſſe regimen, & gubernium temporale, negant nonnulli. 21. 3
Chriſtus in ſacris litteris ſæpè Petra appellatur. 22. 7
Chriſtus Petro ſoli communicauit ſuum nomen. ibid. 8
Chriſtus tribuit D. Petro omnium Apoſtolorum Principatum quando ei nomen impoſuit. ibid. 14
Chriſtus imponens D. Petro nomen alterius eſſe naturæ demonſtrauit. ibid. 16
Chriſtus eſt Epiſcopus animarum. 25. 33
Chriſtus Dominus totius Eccleſiæ Catholicæ habet gubernationem. 21. 4
Chriſtus Dominus omnium beneficiorum habet dominium. 211. 10
Chriſtus ſatisfecit pro totius mundi peccatis. 262. 17
Chriſtus executiuè pro paucis ſatisfecit. ibid. 18
Chriſti opera,& merita abundant pro omnibus etiam infinitis. ibid.
Chriſtus eſt noſtra iuſtitia, iuſtificatio, & redemptio. ibid.
Chriſti opera propter infinitam ſui ſuppoſiti excellentiam ſunt infiniti valoris. 263. 19.
Chriſtus Dominus quomodo commiſit Petro, & ſucceſſoribus Eccleſiæ Theſaurum diſpenſandum. ibid. 24
Chriſtus immediatè Petri ſucceſſoribus confert ſupremam dignitatem. 325. 17





Chriſtus accepit à Patre abſolutè legiſlatiuam poteſtatem. 330. 2, 3
contra Chriſti voluntatem non poſſunt præualere humanæ actiones. 380. 10
*Clauſula*, prouidè factum eſt, quid operatur in confirmatione. 75. 7, 17
Clauſula, prouidè factum eſt, poteſt ſumi clauſaliter, & conditionaliter. ibid.
Clauſula ex certa ſcientia, æquiualet clauſulæ de plenitudine poteſtatis. 77. 18
Clauſula, ex certa ſcientia, non eſt neceſſaria ad conſtituendum priuilegiorum confirmationem in forma ſpecifica, ſi ex narratis, aut ex verbis inſtrumenti conſtat Principem habuiſſe plenam facti cognitionem. ibid. 19
Clauſula, ex certa ſcientia includit proprietatem verbi donandi. ibid.
Clauſula, ſicut prouidè factum eſt, vel quatenus ſunt in vſu, reſtringit proprietatem verbi *confirmo*, & quid operatur, ibid. 22
Clauſula non obſtante falſitate, aut ſubreptione, appoſita in confirmatione priuilegiorum quid operatur. 78. 32
Clauſula ex certa ſcientia,& tenor rei confirmatæ requiritur ad confirmationem in forma ſpecifica. 86. 3
Clauſula ex certa ſcientia nihil operatur in præiudicium tertij. 87. 6
Clauſula, ex certa ſcientia, non facit confirmationem ex ſe ſolam eſſe in forma ſpecifica. 90. 4
Clauſula, ex certa ſcientia, operatur circa nullitates iuris. ibid. 5
Clauſula, ex certa ſcientia, nihil operatur quoad ea, quæ ſunt facti. ibid. 4
Clauſula, non obſtantibus, eſt reuocatoria. 42. 22
Clauſula, ex certa ſcientia poteſt probari per teſtes. 103. 9
Clauſula, ex certa ſcientia, non operatur in his, de quibus Princeps præſumitur non habuiſſe notitiam perfectam,& explicitam. 112. 26. & 115. 5
Clauſulæ, quorum tenores, & præſentibus pro ſufficienter expreſſis, deſeruiunt ad tollendam ſubreptionem. 112. 27
Clauſulæ, quorum tenores, iuxta narrata reſtringuuntur. 113. 28
Clauſulæ, quorum tenores, & ſupplentes omnes iuris, & facti defectus, quid operantur quando Papæ procedit ad inſtantiam aliorum. ibid. 29. 30
Clauſula, quorum tenores, quando apponitur de ſtylo nihil operatur. 116. 8
Clauſula ex certa ſcientia ſecundùm authorem non poteſt probari per teſtes. ibid. 118. 15
Clauſula generalis, Non obſtantibus priuilegiis, non abrogat priuilegia clauſa in corpore iuris. 120. 6
Clauſula, quorum tenores habet vim ſpecialis expreſſionis. 124. 20
Clauſula, quorum tenores, non habet vim inſertionis fictæ. ibid.
Clauſula, quorũ tenores,&pro expreſſis habẽtes quid ſpecialiter operatur. 133. 8, 9
Clauſula, quorum tenores, & pro expreſſis habentes tres ſpeciales habet operationes. 134. 9, 10
Clauſula, pro expreſſis habentes, inducit omnimodam, & indiuiduam omnium oraculorum expreſſionem. 136. 2
Clauſula, Non obſtantibus quibuſcunque ordinationibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis derogat diſpoſitionibus conciliaribus ſi proferatur ex motu proprio, & ex certa ſcientia. 150. 17
Clauſula, Non obſtantibus derogat omnibus, quæ obſtare poſſunt diſpoſitioni. 148. 3, 26

Clauſula derogatoria ad quid requiritur. 165. 38
Clauſula quorumcunque, quem effectum habet. 167. 2
Clauſulæ non requiruntur vbi conſtat de voluntate Papæ. 208. 16
*Clericus* recitans officium breuius loco longioris, non ſatisfacit. 239. 5
Clericus dicitur miles celeſtis. 373. 33
*Collatio* beneficij à Papa facta per appoſitionem manus ſuæ reuocat Cardinalium indulta. 164. 32
Collatio Papæ nulla facta mentione conceſſionis ſuis legatis factæ de conferendis beneficiis valet. 165. 36
Commoda temporalia ſpiritualibus repugnant. 16. 3
*Confirmatio* genericè ſumpta quid ſit. 74. 1
Confirmatio duplex in forma communi, & in forma ſpecifica. ibid. 2
Confirmatio in forma ſpecifica dicitur ex certa ſcientia. ibid. 3
Confirmatio an ſit in forma communi, quando aliquod verbum additur, quod declaratur dari puram Confirmationem eorum, quæ geſta ſunt. ibid. 4, 6
Confirmatio abſolutè data eſt in forma ſpecifica ibid. 5
Confirmatio ſimplex ſecundùm Suarium eſt in forma communi. 75. 9.
Confirmatio in forma communi quid ſit ſecundùm Authorem. ibid. 12, 13. 15
Confirmatio ex certa ſcientia requirit perfectam cognitionem rei confirmandæ. 76. 14, 16
Confirmatio in cuius inſtrumento inſeritur tenori rei confirmatæ eſt in forma ſpecifica. ibid. 16
Confirmatio priuilegiorum in qua apponitur clauſula, ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis dicitur in forma ſpecifica. 77. 18, 25
Confirmatio priuilegiorum dicitur in forma ſpecifica quando conſtat ex narratis, ſeu ex verbis inſtrumenti Principem cum plena facti cognitione proceſſiſſe. ibid. 19
Confirmatio priuilegiorum non dicitur in forma communi, quia datur ſimpliciter. ibid. 20
Confirmatio ſimplex abſtrahit à ſcientia, & in ſcientia. ibid.
Confirmatio in forma communi dicit negationem cognitionis rei confirmatæ. ibid. 22. 26, 28
Confirmatio in forma communi ſupponit actum validum. ibid. 22
Confirmatio priuilegiorum quæ reſtringitur clauſula ſicut prouidè factum eſt, non eſt in forma communi. ibid. 23
Confirmationis in forma communi eſſentia, & ratio formalis comparatur ex confirmatione in forma ſpecifica. 78. 27
Confirmationis in forma ſpecifica ratio eſſentialis in quo cõſiſtit. ibid. 28. & 27. 8
Confirmationis in forma communi eſſentia in quo fundatur. 78. 28
Confirmatio ſimplex priuilegiorum dicit ex ſua natura negationem confirmationis in forma ſpecifica. ibid. 31
Confirmatio in forma communi ſemper eſt ad inſtantiam aliorum. ibid. 32
Confirmatio in forma communi nullum ius nouum confert. ibid. 1
Confirmatio in forma communi eſt ſolum ſignum animum Principis confirmandi oſtendens. 79. 3

Confir



Confirmare abſolutè quid ſit. ibid. 2
Confirmatio in forma communi quid priuilegio confert. ibid. 5
Confirmatio in forma communi an addat actui ſupra quem cadit nouum ius, ſeu valorem. ibid.
Confirmatio in forma communi multùm confert ſecundùm opinionem Authoris. ibid. 6
Confirmatio rei litigioſæ non impedit proceſſum litis apud iudices inferiores. ibid. 8
contra poſſeſſionem beneficij Confirmatam à Papa non poteſt inferior cognoſcere. ibid. 7
Confirmatio priuilegij non ſpecificatur à materia ſupra quam cadit, ſed à voluntate Principis. 80. 9
Confirmatio in forma communi præſtat iuſtam præſcribendi cauſam. ibid. 11
Confirmatio priuilegiorum in forma communi quomodo poteſt eſſe ex certa ſcientia. ibid. 12
Confirmatio priuilegiorum in forma communi facta à pluribus perſonis plus timetur. 81. 15
Cõfirmatio priuilegij facta à ſucceſſore cõcedentis quid priuilegiario cõfert. ib. 16
Confirmatio priuilegiorum in forma ſpecifica quid ſit. ibid. 1 & 91. 18
Confirmatio ex certa ſcientia habet vim innouandi priuilegium. 81, 2
Confirmatio priuilegiorum in forma ſpecifica habet vim confirmandi actum aliàs inualidum. ibid. & 85. 36
Confirmatio priuilegiorũ in forma ſpecifica habet vim nouæ conceſſionis. 82. 3
Confirmatio in forma ſpecifica æquiualet nouæ conceſſioni. ibid. 6. 36
Confirmatio in forma ſpecifica non dat ſemper valorem actui nullo. ibid. 12
Confirmatio in forma ſpecifica non ſemper ſupponit nullitatem actus. ibid. 13
Confirmatio in forma ſpecifica aliquando conceditur ad maiorem cautelam, & certitudinem. ibid. 14
Confirmatio in forma ſpecifica an neceſſariò præſupponat ſaltem extrinſecè conceſſionem validam. ibid. 15
Confirmatio ex certa ſcientia non habet vim reſtituendi priuilegia reuocata per Conc. Trid. 13. 23. 29
Confirmatio ex certa ſcientia quid requirat ad reſtituenda priuilegia reuocata per Conc. Trid. vel aliam Apoſtolicam conſtitutionem. 84. 25
Confirmatio ex certa ſcientia Gregorij XIII. & Gregorij XIV. & Pauli V. priuilegiorũ Societatis Ieſu, an reſtituat priuilegia reuocata per Conc. Trid. ib. 28
Confirmatio priuilegiorum ex certa ſcientia non habet vim reuocandi priuilegium aliàs falſum, vel de iure nullum. ibid. 30
Confirmatio priuilegiorum ſemper abſolutè ſupponit priuilegia debite conceſſa. ibid. 31.
Confirmatio innititur priori priuilegio. ibid. 32.
Confirmatio ex certa ſcientia habet vim nouæ conceſſionis, & donationis priuilegij falſi continet clauſulam, non obſtante falſitate. 85. 33 & 93. 30.
Confirmatio priuilegiorum in forma ſpecifica habet vim innouandi priuilegia reuocata ab homine. 85. 34



Con

Confirmatio in forma ſpecifica reſtituit priuilegia per non vſum, vel per vſum contrarium amiſſa. ibid. 35
Confirmatio ex certa ſcientia reſtituit priuilegia reuocata à iure communi. ibidem 38
Confirmatio ex certa ſcientia abſque inſertione rei confirmatæ tenoris, an ſit in forma ſpecifica. 86. 2
Confirmatio ex certa ſcientia an requirat ſcientiam facti. ibid. 3, 4
Confirmatio ex certa ſcientia dicitur in forma ſpeciali abſque inſertione tenoris rei confirmatæ quoad effectum confirmandi actum aliàs de iure inualidum. 87. 6
Confirmatio ex certa ſcientia non tollit vitium ſubreptionis. ibid. 7
ad Confirmationem in forma ſpecifica requiritur cognitio ſubſtantialis rei confirmatæ, & circunſtantiarum, ac tenor eiuſdem. ibid. 8
Confirmationis in forma ſpecifica proprius effectus quis ſit. ibid. 10
Confirmatio ex certa ſcientia conſtat cum defectu intentionis. ibid. 12
Confirmatio ex certa ſcientia quid ſit ſecundùm alios. 89. 2
Confirmatio ex certa ſcientia, & cum inſertione rei confirmatæ tenoris, eſt in forma ſpecifica. ibid.
Confirmatio in forma ſpecifica duas requirit conditiones ſecundùm Tuſchum. 90. 7
Confirmatio in forma communi indiſcriminatur à confirmatione in forma ſpecifica. ibid. 10
Confirmatio in forma ſpecifica neceſſariò præſupponit cognitionem nullitatis, & inualiditatem priuilegij in intellectu. 91. 12
ad Confirmationem in forma ſpecifica cõſtituendam ſimpliciter eſt neceſſarium, vt totus tenor rei confirmatæ Principi innoteſcat. ibid. 14
Confirmatio ex certa ſciẽtia præſupponit perfectam notitiam in Principe, quoad ſubſtantiam, & quoad circumſtantias actus confirmati. ibid. 16
an Confirmatio priuilegiorum in qua apponitur clauſula, ex certa ſcientia abſque inſertione tenoris iudicatur in forma ſpecifica ſecundùm opinionem Authoris. 92. 4
Confirmatio priuilegiorum in tertij præiudicium vt iudicatur ex certa ſcientia, requirit iuſtam cauſam. 94. 32, 39
Confirmatio priuilegij contra ius tertij ex certa ſcientia, & motu proprio, ac de plenitudine poteſtatis abſque cognitione cauſę non habet vim innouandi tale priuilegium, nec dicitur in forma ſpeciali. ibid. 38
Confirmatio priuilegiorum contra ius tertij vt ſit in forma ſpecifica requirit, vt proferatur ex certa ſcientia cum inſertione tenoris rei, ac cum cognitione cauſæ. 90. 4. & ſeq.
Confirmatio in forma communi eſt roboratio rei præexiſtentis auferens omnem infirmitatem eius. 83. 19
Confirmatio priuilegiorum facta à Clemente VIII. & Paulo V. eſt in forma ſpecifica ſecundùm Portell. & alios. 102. 1, 2
Confirmatio in forma ſpecifica priuilegiorum eſt illa in qua ponitur clauſula ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis. ibid. 2
Con-



Confirmatio priuilegiorum Fratrum Minorum data à Clemente VIII. eſt ex certa ſcientia. 103. 5
Confirmatio priuilegiorum ad hoc vt dicatur in forma ſpeciali, non requirit neceſſariò clauſulã ex certa ſcientia, ſed ſufficit quod ex verbis in inſtrumento appoſitis & ex narratis in illo conſtet Principem cum plena facti cognitione proceſſiſſe. ibid. 67. 7
Confirmatio priuilegiorum viuę vocis oraculo factorum Ordini Minorum probatur teſtimonio Fratris Ludouici à ſancto Ioanne Euangeliſta. 104. 10
Confirmatio priuilegiorum quæ profertur ex certa ſcientia ſi reſtringitur, aut limitatur aliqua limitatione reſtrictione cenſetur in forma communi. 110. 11
Confirmatio priuilegiorum Ordinis Minorum Clementis VIII. & Pauli V. multis limitationibus reſtringitur. ibid. 13, 14
Confirmatio priuilegiorum vt ſit in forma ſpeciali, neceſſe eſt vt detur abſolutè abſque addito. 111. 15
Confirmatio, vna & eadem exiſtens, poteſt proferri ex certa ſcientia, & quo ad effectum erit in forma communi. ibid. 16
Confirmatio priuilegiorum eadem poteſt eſſe in forma communi, & in forma ſpeciali reſpectu diuerſorum. ibid. 17
Confirmatio priuilegiorum reſpectu eorum, quæ narrantur per ſe ſi profertur ex certa ſcientia eſt in forma ſpecifica, reſpectu eorum verò quæ relatiue eſt in forma communi. ibid. 20. vſque 23.
Confirmatio priuilegiorum noſtri Ordinis Clementis VIII. & Pauli V. declaratur. ibid. 23, 24
Confirmatio, & innouatio priuilegiorum cenſetur in forma communi licet proferatur ex certa ſcientia, & cum clauſula ſupplentes, &c. & quorum tenores ſi Princeps procedat ad inſtantiam partis. 113. 29
Confirmatio, ac innouatio priuilegiorum Ordinis Minorum data à Clemente VIII. eſt in forma communi iuxta opinionem authoris. 114. 2
Confirmatio, & innouatio priuilegiorum ex certa ſcientia ex limitationibus reſtricta non habet proprios effectus. ibid. 3
Confirmatio & innouatio priuilegiorum qua ratione dicitur ex certa ſcientia. 115. 4
Confirmatio priuilegiorum Ordinis Minorum data à Clemente VIII. licet fuerit ex certa ſcientia reſpectu tamen priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum, non eſt ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis. ibid. 7
Confirmatio priuilegiorum Pauli V. conceſſa Ordini Minorum non eſt ex certa ſcientia. 116. 9 vſque 12
Confirmatio ex certa ſcientia non ſolum requirit, vt detur cum tali clauſula, ſed expreſſionem, & inſertionem tenoris. 118. 14
Confirmatio priuilegiorum quid operatur circa priuilegia ſecundùm Aduerſarios. 119. 2
Confirmatio, & innouatio priuilegiorum Ordinis Minorum de Obſeruantia à Clemente VIII. & Paulo V. facta non vatiat rationem formalem oraculorum. 121. 12
Confirmatio, ſeu innouatio nullam entitatem addit priuilegij, viuæ vocis oraculo


lo

lo conceſſis. 122. 13
Confirmatio in forma ſpecifica non habet vim immutandi priuilegia. ibid. 14
Confirmatio priuilegiorum an addat ipſis bullationes. ibid. 15
Confirmatio priuilegiorũ quomodo reſpiciat ius, & gratias, & inſtrumẽta. 123. 16
Confirmatio priuilegiorum non tranſit in bullas. ibid. 17
Confirmatio priuilegiorum duplex. 124. 18
Confirmationibus priuilegiorum Clementis VIII. & Pauli V. non obſtantibus, omnia, & ſingula priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa reuocantur ab Vrbano VIII. 125. 11
Confirmatio priuilegiorum ſemper aliquid operatur. 129. 1
Confirmatio an immutet naturam oraculorum. ibid. 2
Confirmatio priuilegiorum in forma communi quid addit priuilegio ſecundum Suarez. 80. 12
*Confeſſio* valida eſt, quam quis ex priuilegio Bullæ facit corã Presbytero à ſe electo virtute illius priuilegij reuocati, ſed non intimati priuilegiario. 313. 14
*Confeſſarius* cui conceſſa eſt facultas abſoluendi à reſeruatis valide abſoluit pœnitentes poſt facultatis reuocationem factam priuatim, & ſibi ignotam. ibid. 16
*Conceſſio* priuilegij, vt licite fiat, an requirat cauſam proportionatam. 94. 39
Concedere de nouo priuilegia quid ſit. 97. 14
Conceſſiones priuilegiorum datæ contra conſtitutiones conciliares validæ ſunt abſque ſpeciali derogatione talis concilij. 138. 4, 5
Conceſſio de recitando officium immaculatę Conceptionis fratribus Minoribus facta in omnibus ſabbatis non eſt verè priuilegium, & quomodo. 251. 2
Conceſſio de recitando officium diuinum immaculatę Conceptionis Deiparæ in omnibus ſabbatis, nec non omnium ſanctorum noſtri Ordinis viuę vocis oraculo facta non reuocatur. 254. 21 & probatur, ibid. 22, 23, 24, & 25
*Concilio* Tridentino derogatur abſque ſpeciali mentione eiuſdem Concilij. 149. 13 vſque 19
*Conditionalis* propoſitio nihil ponit in eſſe. 269. 14
*Conſtitutio* generaliter ſumpta quid ſit. 31. 1
Conſtitutio propriè pro lege Canonica accipitur. ibid. 2
Conſtitutio dicitur quaſi ſimul ſtatuitio. ibid. 3
Conſtitutio Apoſtolica abſulute omnes adſtringit. 33. 19.
Conſtitutio Papæ non obligat ſucceſſores. 34. 24
Conſtitutio eſt communis ſtatuitio. 35. 35
Conſtitutionis Apoſtolicæ vera definitio. ibid. 36
Conſtitutio Apoſtolica duplex. 37. 1
Conſtitutio poſitiua quid. ibid. 2
Conſtitutio Apoſtolica alia reuocans, alia irritans, & alia derogans. 38. 13
Conſtitutio reuocatoria quid ſit. 39. 14.
Conſtitutio per modum legis edita facit ius generale. 362. 8
Conſtitutio reuocatoria alia pura, & alia mixta. 39. 15 & 132. 2
Conſtitutio vna, & eadem aliquando dicitur irritans reuocans, & derogans. 39. 17
Conſtitutio reuocatoria ſimul, & derogatoria primo caſſat legem, & priuilegia, ſecundò derogat omnibus obſtantibus. ibid. 20





Conſtitutio reuocatoria Gregorij XV. declaratur. 127. 34, 25
Conſtitutio Vrbani VIII. declaratur. 177. 1 vſque 6
Conſtitutio reuocatoria diuiditur in expreſſam, & tacitam. 39. 21 & 132. 3.
Conſtitutionis extenſio non eſt admittẽda vltra verborum proprietatem. 372. 30
Conſtitutio eſt interpretanda vt valeat, & non vt pereat. 373. 32
Conſtitutio, quæ loquitur verbis propriis ſignificantibus caſum verum an poſſit extendi ad caſum fictum. ibid. 33.
Conſtitutio fauorabilis aliquando extenditur ad caſum fictum. ibid. 34
Conſtitutio Apoſtolica an poſſit extendi ad caſum non comprehenſum ſub aliqua verborum ſignificatione propter ſolam rationis ſimilitudinem. 74. 38.
Conſtitutio tam odioſa, quàm fauorabilis non eſt extendenda de caſu ad caſum ſolam propter rationis ſimilitudinem ſecundum nonnullos. 375. 39
Conſtitutionis extenſio authoritatiuè per modum declarationis, & per modum conſtitutionis quomodo fit. ibid. 57, 60
*Contemptus* duplex, formalis, & materialis. 350. 21
Contemptus formalis legis Pontificiæ eſt peccatum ſpeciale hæreſis. 351. 22.
Contẽptus materialis legis Põtific. eſt peccatũ lethale ſimplicis inobediẽtię. ib. 23
*Conſuetudo* an poſſit legem Canonicam acceptatam reuocare. 347. 3, 4
Conſuetudo quomodo introduci poteſt. ibid. 5, 6, 7
Conſuetudo abrogans legẽ canonicã expoſcit volũtatem ſummi Põtificis. 34.8, 8
Conſuetudo nuda non abrogat legem. 349. 12
Conſuetudo an inducat ius de nouo abſque vllo Principis conſenſu. 352. 23
Conſuetudo vt vim legis habeat, qualem Principis conſenſum petat. 353. 35
Conſuetudo ex vi præſcriptionis quando non valet quo modo requirat conſenſum Principis perſonalem. ibid. 36
Conſuetudo debet eſſe rationabilis, & præſcripta. ibid. 37
Conſuetudo poteſt introduci per conſenſum Principis legalem. ibid. 38 vſque 40
Conſuetudo, & præſcriptio non poteſt dari contra Eccleſiam, & Papam. 380. 7. 8
Conſuetudo humana non poteſt præualere contra ius diuinum. ibid. 9, 10
Conſuetudines contra leges Pontificias præſumuntur temerariæ. 381. 13
Conſuetudo contra libertatem Eccleſiaſticam eſt irrationalis. 382. 14, 15
Conſuetudo irrationalis dicitur quia prohibita. ibid. 16
Conſuetudines quæ Eccleſiis grauamen inducunt ſunt irrationales. ibid.
Conſuetudo reprobata per legem non poteſt præualere contra eam. 383. 20
Conſuetudo irrationalis pro tota Eccleſia poteſt eſſe rationalis pro aliqua particulari ſecundum aliquos. ibid. 23
Conſuetudo irrationalis pro tota Eccleſia repugnat quod ſit rationalis pro aliqua Eccleſia ſecundùm authorem. ibid. 24, 25
Cõſuetudo, quę ex tolerãtia Papę eſt, an ęquiualeat explicito eius cõſenſu. 385. 29
Conſuetudo contra legiſlatiuam poteſtatem Papæ non poteſt introduci. 387. 35
*Conſenſus* Principis duplex perſonalis, & legalis, & quid vterque. 353. 34
Conſenſus populi aliquando requiritur ad obſeruantiã legis, & quomodo. 355. 46
*Contractus* celebrati cũ Papa quomodo imbibunt pactũ de non reuocando. 216. 4
Contractus de iure naturali inducens obligationem an in aliquo caſu afficiet Papam. 221. 5, 6

C V

*Curator* debet legata diſtribuere iuxta voluntatem teſtatoris alioquin peccabit. 269. 14

D E

*Deciſio* vnius caſus per Principis ſententiam, an cenſenda ſit lex. 49. 53.
*Decretum* Papæ quid ſit. 55. 38
Decretalis Epiſtola quid ſit. ibid. 39
Decretum annullatiuum quãdo ponitur in Bullis Pontificiis quid operatur. 42. 18
Decretum annullatiuum quomodo ligat ſummum Pontificem. 156. 3, 4
Decretum annullatiuum quam virtutem habet ex propria natura. 155. 2
Decretum eſt propoſitum voluntatis, & formaliſſimus eius actus. 336. 22
Decretum irritans ſecundum opinionem authoris non ligat ſummum Pontificem. 159. 8, 30 & 172. 20
*Deus* deſignatæ perſonæ per electionem à Cardinalibus factam immediatè confert Papatum. 23. 24
Deus ſpeciali ſua prouidentia per influxum ſpecialiſſimum per Spiritus ſancti ſcilicet internam inſpirationem concurrit ad deſignationem perſonæ corda Cardinalium mouendo ad determinandam perſonam, cui conferenda eſt ab eo Papatus dignitas. ibid. 25.
Deus omnipotens ex parte collationis Papatus immediatè, totaliterque concurrit, ex parte verò electionis, vt cauſa partialis, principalior tamen. 24. 26
ſolius Dei eſt regere Eccleſiam abſoluta poteſtate. ibid. 31
Deus quomodo concurrat ad gubernium temporale Regum. 36. 38
Deus fidelis in ſuis promiſſionibus. 257. 8
Deus omnipotens quomodo ſtet promiſſis. 172. 22
Deus indulget peccatoribus quando debitum offenſæ eis remittit. 260. 8
Deus promittens alicui dare gloriam, non poteſt reuocare donationem. 267. 2
Deus ſecundum ſuam prouidentiam non permittit homines priuari remedio ad ſalutem animarum neceſſario. 275. 32
Deus nunquam cenſetur velle aliquid contra ſuam legem iure ordinario. 380. 11
*Deſignatio* perſonæ ſummi Pontificis facta per Cardinales quo modo Chriſtus ſuo Vicario in terris commiſit difiniendum. 24. 30

D I

*Dictio, ſiue* eſt declaratoria, non verò diſiunctiua. 89. 3
Dictio *dicitur*, ex ſua natura nihil affirmat. 112. 25
Dictio, *vel* inter diuerſa quid operatur. 175. 6
Dictio, *vel*, quid importat, quando cadit inter diuerſa. 192. 18
Dictio, *&*, habet vim copulandi. 204. 2
Dictio, *omnia*, eſt vniuerſalis. 207. 12
Dictio, *ſingula*, adiuncta dictioni, *omnia*, quid operatur. ibid.
Dictio, *ac*, eſt coniunctiua, & ponitur pro &. 259. 2
in *Diffinitione* poſita ad rei eſſentiam pertinent. 311. 4
*Diſpoſitiones* conciliares poſſunt reuocari abſque ſpeciali expreſſione. 141. 1
Diſpoſitio conciliaris non differt à Pontificia. ibid. 2. 8





Diſpoſitio Pontificia per modum legis vniuerſalis derogat Concilio generali abſque vlla mentione dicti Concilij. 152. 22
Diſpoſitio Papæ ex certa ſcientia de plenitudine poteſtatis habet vim ſpecialis derogationis illorum, quæ obſtare poſſunt. 153. 20
Diſpoſitio Papæ ex certa ſcientia motu proprio cum clauſula non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis derogat cuiuſuis Concilij Generalis decreto abſque alia expreſſa mentione. 154. 25
Diſpoſitio Papæ non iudicatur valida quando reſcribit per modum priuilegij, niſi derogat priori priuilegio. 164. 28
*Diſpenſare* in iure communi, vel legibus propriis ſine cauſa an ſit intrinſece malum? ſecundum aliorum opinionem. 176. 6
Diſpenſare ſine cauſa poteſt eſſe peccatum, & quomodo ſecundum alios. 177. 1
Diſpenſare ſine iuſta cauſa eſt legem violare. 176. 4, 5
Diſpenſare ſine cauſa eſt perſonarum acceptio. ibid. 7.
Diſpenſare in legibus propriis ſine cauſa eſt malum contra iuſtitiam diſtributiuam. Declaratur. ibid. 9, 10.
Diſpenſare ſine cauſa quid ſit iuxta Conc. Trid. 181. 18
Diſpenſationes matrimoniales non debent dari ſine iuſta cauſa. ibid.
Diſpenſationes cõtra ius cõmune ſunt inualidę ſecundũ aliquos Doctores. 185. 11
Diſpenſare ſiue iuſta cauſa eſt malum ex genere. 187. 20
Diſpenſare per conceſſionem priuilegiorum legibus non ſolum eſt malum, quia prohibitum, ſed ex natura rei. 191. 14
*Diſpenſator* quomodo debet ſe conformare voluntati Domini. 270. 17
Diſpenſator qui accepit bona à Principe diſpenſanda pauperibus non poteſt ea reuocare poſtquam diſpenſauit. 273. 26
*Diſpenſatio* in re ad ius diuinum pertinente ſine cauſa eſt nulla 270. 17
Diſpenſatio legis debita titulo iuſtitiæ antequam ſuum ſortiatur effectum eſt per ſe reuocabilis. 275. 30
Diſpenſationes indulgentiarum an ad ius pertineat diuinum. ibid. 31
*Diſputare* de Papæ poteſtate eſt ſacrilegium, & cur. 368. 18.

D O

*Dogma* quid ſit & quomodo differat à ſanctione. 55. 40
*Donatio*, & diſtributio liberalis quomodo ſit irreuocabilis. 266. 1
Donatio, quæ trãſit in ius, & dominiũ donatarij quomodo eſt reuocabilis. 276. 33
Donatio eſt quidã cõtractus inducẽs obligationẽ de iure naturæ. 289. 13 & 293. 7
Donatio facta ſubdito à Principe eſt reuocabilis. 289. 13
Donatio, & promiſſio inducit obligationem abſque acceptatione ſecundùm nonnullos. 291. 1
Donatio facta infanti inducit obligationem & quomodo. 292. 3
Donatio & promiſſio gratuita liberalis acceptata inducit obligationem, & ſit irreuocabilis. 291. 8

E

*Eccleſia* Chriſti de ſe eſt vniuerſalis & totum complectitur mundum. 32. 7
Eccleſia Chriſti tã in tẽporalibus, quã in ſpiritualibus eſt vere monarchia. ib.

ad Eccleſiam Chriſti pertinet vt in vno capite ſit vtraque poteſtas ſubordinata ſpiritualis & temporalis. ibid.
Eccleſia vniuerſalis eſt regnum Chriſti. 24. 32
Eccleſia vniuerſalis indiget viſibili capite, & iudice, & quare. 25. 34
Eccleſia quomodo concurrit in electione ſummi Pontificis declaratur. 26. 44
Eccleſia Catholica eſt vna, apud cuius caput reſidet dominium omnium beneficiorum. 212. 12
Eccleſia præcipit recitationem officij diuini, non ſolùm quoad ſubſtantiam, ſed etiam quoad modum. 239. 5
Eccleſia non præcipit diuini officij recitationem quoad ſubſtantiam, & quoad modum ſecundùm Authorem. 273. 26
Eccleſia nemini ſubditur, niſi ſoli Deo, ſummóque Pontifici. 277. 36
in Eccleſia Chriſti Domini eſt theſaurus indulgentiarum conſtans ex meritis Chriſti, & Sanctorum. 262. 17
Eccleſiaſtica bona de iure diuino, ſunt libera à poteſtate laïca. 278. 37
Eccleſia non obligatur legibus Pontificiis, ſi eas non acceptet. 319. 10
Eccleſia eſt ſupra Papam ſecundùm Maiorem. ibid.
Eccleſia Romana à Chriſto immediatè habet ſuum primatum. 324. 14, 15
Eccleſiæ Romanæ poteſtas eſt eadem qua Petri. ibid. 15
Eccleſia etiam congregata in Concilio generali non eſt ſupra Papam. 335. 16
Eccleſia congregata non poteſt ſemper exercere legiſlatiuam poteſtatem, & quare. 336. 19
Eccleſia congregata in Concilio Generali (declaratur) quomodo non eſt ſupra Papam. ibid. à 24. vſque 26
Eccleſia ſemper eſt formaliter congregata. ibid. 25
Eccleſia vniuerſalis congregata non habet poteſtatem inducendi ius Eccleſiaſticum ſine efficaci Papæ voluntate. 348. 9
Eccleſia complectitur varia regna, & prouincias. 379. 6
Eccleſiaſtica cenſura non ligat, ſi inferens illam non habet intentionem ligandi. 338. init.

E P

*Epiſtolæ* Pontificiæ, an & quomodo legem nouam inducant. 37. 1
Epiſtolæ Imperatoris, & Regum aliquando ciuilem legem inducunt. ibid. 5
Epiſtolæ Pontificiæ declaratiuæ habent vim legis circa ea, quæ declarant. ibid. 4
Epiſtolæ Pontificiæ ad hoc vt leges vniuerſales cenſeantur, quas conditiones requirant. 38. 12
*Epiſcopi* in quo ſenſu dicuntur Chriſti vicarij. 22. 13, 19
Epiſcopi ſub appellatione Principum veniunt. 167. 6
Epiſcopi ſola deuotionis cauſa ſolent immutare officium diuinum. 242. 9
Epiſcopi an habeant priuilegium ad eleuandum officium diuinum ad nobiliorem ritum. ibid. 10
Epiſcopi ex decreto ſacræ Congregationis Conc. Trid. non poſſunt eleuare officium diuinum ad nobiliorem ritum. 24. 3, 11
Epikeia quando habet locum in lege. 127. 3
*Error* Zabarellæ circa Papæ determinationes abſque Cardinalium conſilio conuincitur. 34. 12

*Exercitium*



E X

*Exercitium* legiſlatiuæ poteſtatis Papæ ad libertatem Eccleſiæ intrinſecè pertinet. 381. 12

F A

F*Auor* datus à Principe ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis amplè interpretandus eſt. 100. 15
*Facultas* faciendi aliquid obiectiuè quid ſit. 251. 6
Facultas aliquando importat id, quod licentia priuilegium, & gratia. 250. 1

F I

*Filiæ* comprehenduntur ſub appellatione filiorum. 43. 25
Filius adoptiuus aliquando ſub filij naturalis appellatione venit. 45. 34
Filij legitimati ſub filiorum nomine veniunt. 46. 35
Filius legitimatus Papæ priuilegio in bonis Eccleſiaſticis datis ad emphyteoſim ſuccedit. ibid. 36
Filij nati poſt conſecutum matrimonium iuris Canonici beneficio ſunt veri filij, legitimi, & quare. ibid. 37
*Fideles* pro operibus ad conſequendam indulgentiam præſtitis à Deo præmium eſſentiale, & accidentale in re, & in ſpe recipiunt. 277. 35
Fideles quomodo ius habent ad indulgentias. 290. 15
Fideles Chriſti habent ſtrictum ius ad indulgentias. 263. 22, 268, 13
*Finis* legis adæquatus ceſſans in totum & reſpectu totius ceſſat ipſa lex. 255. 22
Finis legis reuocatoriæ conſtitutionis Vrbani VIII. reſpectu officiorum Ordinis ceſſat in totum, & reſpectu totius. ibid. & ſeq.
Firmare idem eſt quod factum roborare. 356. 51

F O

*Formulæ* pertinent ad bullationes, & inſtrumenta. 136. 3

F R

*Fratres* Minores an poſſint habere priuilegia per vim contractus lucratiui, & commenſuratiui conceſſa. 206. 7, 8
Fratres Minores poſſunt ſupplere defectus omiſſionis officij diuini vno Pſalmo, aut Pater noſter. 254. 19

G E

G*Enerales* Ordinum poſſunt aliquando effectum litterarum Apoſtolicarum ſuſpendere, & quomodo. 362. 4

G L

*Gloria* eſt merces operis debita operanti ex ſuppoſitione decreti diuini. 277. 34
Gloria beatorum quomodo eſt debita fidelibus titulo iuſtitiæ bene operantibus. 293. 5

G R

*Gratia* non ſpirat per mortem concedentis. 68. 6
Gratiæ nomen cõprehendit quaſcunque facultates, licentias, ac priuilegia. 250. 1
Gratia ſecundùm ſuam propriam ſignificationem tres habet ſenſus. 251. 8, 9
Gratia in reſcriptis quomodo accipitur. ibid. 9
Gratia aliquãdo accipitur pro cõceſſione aliquid faciendi, vel nõ faciendi. 252. 10
Gratia non excedit voluntatem ſuperioris verbis expreſſam. 267. 9
Gratia generaliter accepta quomodo dicatur de indulgentiis. 297. 7

 Gra

Grauamen legis vniuerſalis non eſt grauamen. 366.7
*Gregorius X I I I.* & Gregorius X I V. confirmauerunt Societatis Ieſu priuilegia ex certa ſcientia, & motu proprio. 111. 21, 22

G V

*Gubernium* Eccleſiaſticum quod immediatè reſidet in ſummo Pōtifice, quomodo differat à gubernio temporali, quo Reges orbem gubernant. 24. 30, 37
*Guardiani* poſſunt ſuſpendere effectum litterarum à ſuis ſuperioribus miſſarum etiam ſi præcipiatur eis ſub pœna excommunicationis, & quomodo. 36.8 6

H Æ

HÆreſes vnde ortæ ſunt. 368. 19

H O

*Homines* non poſſunt mutare legem diuinam. 388. 11

I M

I*Mperator* & Reges non poſſunt reuocare priuilegia conceſſa Eccleſiæ. 267.5

I N

*Incorporatio*, & incluſio priuilegiorum in corpore iuris duos ſpecialiſſimos effectus operantur. 130. 4
*Indulgentias* conceſſas viuæ vocis oraculo eſſe reuocatas per conſtitutionem Vrbani VIII. contendunt multi. 259. 1
Indulgentia eſt quoddam ius commune ſecundùm Archidiaconum. ibid. 2
Indulgentia eſt verè priuilegium ſecundum eundem. ibid.3
Indulgentiæ nomen quid importat ſecundum Theologos. 260. 4
Indulgentia, gratiæ collationem dicit. ibid.
Indulgentia quodcunque priuilegium ſignificare poteſt. ibid. 5
Indulgentia largè ſumpta multa ſignificat. ibid. 4. vſque 7
Indulgentia propria quid ſit. ibid. 7
Indulgentia dicitur donatio illius, quo quis debitum ſoluit. ibid. 9
Indulgentia dicit ſpecialē remiſſionē pœnæ debitę pro peccatis iā remiſſis. 261.10
Indulgentia non comprehenditur ſub nomine gratiæ, probatur ab Authore. ibid.
Indulgentia titulo iuſtitiæ debetur fidelibus. ibid. & 272. 20
Indulgentia eſt actus iuriſdictionis paſtoralis. 262.13
Indulgentiarum theſaurus ex Chriſti meritis, & ſatisfactione primario, ſecundario ex beatiſſimæ ſempérque Virginis Mariæ, ac Sanctorum conſtat. 262. 15
Indulgentiarum theſaurus in vnione verbi incarnati fundatur. ibid. 16
Indulgentiarum theſaurus eſt infiniti valoris. 263.19
Iudulgentiarum theſaurum Chriſtus acquiſiuit Eccleſiæ. ibid.
Indulgentiarum theſaurum Petro & ſucceſſoribus eius ad ouium ſalutem, ſibi commiſſarum Chriſtus commiſit diſpenſandum. ibid. 20
Indulgentiarum theſaurus extra Sacramentum diſpenſatur. ibid. 21
Indulgentiarum theſaurus quomodo ſit pura gratia, & iuſtitia, declaratur. ib. 24
Indulgentia, & pietas ſanctæ Romanæ Eccleſiæ eſt ſufficiens cauſa ad diſpenſandum in legibus Canonicis. 191.14
Indulgentiæ per modum contractus videntur conceſſæ fidelibus. 267. 4
Indulgentia quomodo ſit reuocabilis etiam à Deo. ibid. 7
Indulgentia duplex temporalis, & perpetua. ibid. 9





Indulgentiæ tantum valent, quantum ſonant. ibid.
Indulgentia quomodo ſit actus iuriſdictionis, & abſolutio pœnę tēporalis. 268.10
Indulgentia an ſit iuris poſitiui diſpoſitio. ibid.
Indulgentiæ ad validam ſui conceſſionem quomodo requirat cauſam. 270.16
Indulgentiarum diſpenſatio ante conſequutionem effectus eſt Iuris poſitiui, & de Papæ poteſtate. 272.21.
Indulgentia ex parte indulgentis authoritatiuè eſt iuris diuini, diſpenſatiuè iuris poſitiui. ibid. 22
Indulgentiæ prodigalitas nocet aliquando. ibid.
Indulgentiarum reuocatio ſecundum opinionem Authoris fit per modum declarationis. ibid.
Indulgentiæ omnes conceſſæ Regularibus quomodolibet ſunt reuocabiles per ſummum Pontificem, & quomodo. 273. 23
Indulgētię quoad effectus pēdent à voluntate cōcedentis ſecundū Suarez. ib. 24
Indulgentia poſtquam ſortita eſt ſuum effectum eſt irreuocabilis. 276. 33
Indulgētiæ, vt homines alliciātur ad opera bona aliquādo reuocari debēt. 277.34
Indulgentia eſt quædam liberalis donatio, ſeu remiſſio pœnæ debitæ pro peccatis. ibid. 35
Indulgētiarū cōſeruatio quomodo pendet ab actu interno Papæ volūtatis. 279.5
Iudulgentiarum conceſſio, & conſeruatio ſunt eiuſdem formalis rationis, & dependentiæ. ibid. 6
ad Indulgentiarum conſeruationē non requiritur actus exterior indulgentis. ib.
Indulgentia in ratione eiuſdem gratiæ ſemper eſſentialiter pendet à voluntate concedentis. ibid.
ad Indulgentiæ reuocationem non requiritur actus exterior, ad conceſſionem verò è contra cur. ibid. 4, 5
Indulgentia eſt ſolutio ex ſactisfactionibus Chriſti, & Sanctorum. 280. 9
Indulgentia vt eſt quædam abſolutio debiti habet ſuum effectum per modum applicationis. ibid.
Indulgentiæ applicatio per ſolum actum internum poteſt fieri. ibid.
Indulgentia eſt abſolutio per modum ſententiæ ſimul eſt ſolutio. 281. 11.
Indulgentia eſt efficax remiſſio pœnæ immediate per voluntatem, & declarationem Vicarij Chriſti præſtita. ibid. 12
Iudulgentia duplicem habet rationem in ordine ad Papam illam lucrātem. 282.14
Indulgentia triplex. ibid. 16.
Indulgentia abſolute ſumpta, eſt remiſſio, vel abſolutio pœnarum, quam ſummus Pontifex per modum iudiciariæ abſolutionis concedit. ibid.
Indulgentia per modum ſuffragij quid ſit. ibid. 15
Indulgentia Prælatorum eſt ea, quam lucrantur Prælati per modum participationis. Declaratur. ibid. 16, 17
Indulgentia poteſt exerceri ab eodem circa ſeipſum. ibid. 18.
Indulgentia an requirat diſtinctione perſonarum. 284. 25
Indulgentia eſt gratuitum beneficium. 286. 2.
Indulgentiam concedens an ſe obliget ad illam conſeruandam. ibid. 3
Indulgentiam non confert illi cui conceditur aliquod ius ſecundum alios. ibid. 4.

Indulgentia non fructuoſa animabus ex cauſa extrinſeca quare ſit reuocabilis. ibid. 5
Indulgentiæ vſus ininchoatus reſcribit ius illi, cui conceſſa eſt. ibid. 6
Indulgentia eſt quædam iuris diuini diſpenſatio. 287. 9
Indulgentia eſt conceſſio alicui facta per modum ſimplicis donationis. 289. 13, 14
Indulgentiarum conceſſio ſi potuit à principio negari à Papa, non poteſt tamen reuocare ſine cauſa poſtquam conceſſit. 292. 3
Indulgentia vt dicit actum paſtoralis Iuriſdictionis modaliter debita fidelibus non habet rationem gratuiti doni. ibid. 4
Indulgentia prout dicit relaxationem pœnæ debitæ, quomodo debeatur fidelibus. ibid.
Indulgentia eſt quędam liberalis, & voluntaria donatio ſecundum Suarez. 293. 7
Indulgentiæ valor in fieri, & in conſeruari pendet à iuſta, & honeſta cauſa. 394. 9
Indulgentiæ conceſſio in donante quãdam obligationem parit declaratur. 295. 10
Indulgentiæ viuæ vocis oraculo conceſſæ mendicantibus, vel non mendicantibus ordinibus non reuocantur ab Vrbano VIII. 296. 1, 2
Indulgentia non comprehenditur ſub nomine priuilegij. ibid. 4
Indulgentia an habeat ſpecimen quoddam priuilegij. ibid.
Indulgentia eſt quædam ſpiritualis eleemoſyna facta fidelibus de Theſauro Chriſti per diſpenſationem ab Eccleſia. ibid. 4
Indulgentia non comprehenditur ſub nomine gratiæ. 297. 6
Indulgentiæ non reuocantur niſi expreſſa mẽtio de eis fiat in reuocatoria. ibid. 6
Indulgentiæ conceſſæ Fratribus Ordinis Minorum ex priuilegio particulari per generalem reuocationem indulgentiarum non reuocantur abſque ſpeciali, & expreſſa mentione. ibid.
Indulgentiæ proprium eſt, & peculiare non reuocari per generalem reuocationem priuilegiorum, facultatum, & gratiarum. 298. 8
Indulgẽtia diſtinguitur à gratia tanquam ſpecies ſpecialiſſima à ſuo genere. ibid.
Indulgentia prout dicit conceſſionem per modum Eleemoſynæ diſtinguitur à gratia. ibid. 12, 13
Indulgentia non eſt ius commune declaratur ad hoc Capitulum *interfectores*, ibid. 14
Indulgentiarum effectum validè conſequitur qui opera præſtat ad illas conſequendas, ſi ei non innotuit earum reuocatio. 313. 17
*Inferior* non poteſt legis ſuperioris obligationem tollere. 272. 20
*Iniuria* illata Prælatis Eccleſiæ Deo infertur. 333. 11
*Innouatio* priuilegij aliquando ſumitur pro inſtrumento. 96. 7.
Innouatio priuilegij per ſe importat innouationem iuris, ſiue gratiæ prius conceſſæ. ibid.
Innouatio inſtrumenti Priuilegij an conferat ius nouum priuilegiario. ibid. 8 & ſeq.
Innouare priuilegium in ordine ad inſtrumẽtum, ſiue bullationem quid ſit. ibid. 9
Innouatio priuilegij quare non dat priuilegiario nouum ius, pulchrè. ibid. 10
Innouatio Priuilegij inſtrumẽti, ſiue Bullationis quoad nos quid operatur. ib. 11
Innouatio priuilegiorum quotuplex ſit. 97. 1

Innouatio

Index Rerum.

Innouatio priuilegiorum data in forma communi non diſtinguitur à confirmatione in forma communi. ibid. 2
Innouatio priuilegiorum an reuocat priuilegia quomodolibet reuocata. ibid.
Innouatio abſolutè prolata quarè non innouat priuilegia amiſſa. 98. 5
Innouatio priuilegij pura, & abſoluta eius conſeruationem dicit. ibid. 8
Innouatio ex certa ſcientia diſtinguitur à verbo confirmo. ibid. 3, 11
Innouatio in forma ſpecifica confert ius nouum priuilegiario, & æquiualet nouæ conceſſioni. 99. 10
Innouatio priuilegij in forma communi an habeat effectum diſtinctum à confirmatione in ſimili forma. 13. 14
Innouatio in forma communi cadens ſupra priuilegium inualidum, aut reuocatum, vel amiſſum per contrarium vſum, aut alio modo deperditum nihil operatur. 14. 15
Innouatio addita priuilegio valido confert quoddam robur, & firmitatem. ibid.
Innouatio in forma communi ſecundum alios habet vim innouandi priuilegium quoad probationem. ibid. 16
Innouatio priuilegij in forma communi præſcriptionem interrumpit. ibid. 17
Innouatio eſt rei reſtitutio ad priſtinum ſtatum. ibid. 18.
Innouatio in forma communi realiter tollit præſcriptionem conſummatam. ib. 20
Innouationes, & confirmationes in forma communi eundem effectum habent. 15. 23, 24
*Inquiſitores* ſollicitantes in confeſſione puniunt iuxta conſtitutionem Gregorij XV. 346. med.
*Interdictum* in quo differat à ſanctione. 55. 42.

I O

*Ioannes* Apoſtolus non fuit Epiſcopus alicuius determinatæ Eccleſiæ. 14. 17
*Irritatio* quomodo differat à reuocatione. 41. 8
Irritatio ſemper præſupponit actum, & pendet ad eum annullandum. ibid. 11
Irritatio eſt negatio inſtitutionis legis. ibid. 12

I V

*Iulius* ſecundus declarauit confirmationem priuilegiorum Ordinis Minorum datam à Sixto IV. 129. 2
*Ius* priuilegiarij poteſt innouari inſtrumento in quo continetur non innouato. 97. 15
Ius Pontificium quomodo, & quando poteſt mutari. 100. 15
Ius Pontificium ſemper eſt præferendum. 376. 45
Ius quæſitum an poſſit tolli ex qualibet motiua cauſa à Principe. 213. 18
Ius patronatus non cenſetur ex cauſa oneroſa ſi expenſum non æquiualet conceſſioni. 218. 13
Ius naturæ an ſemper obliget. 277. 35
Ius antiquum Canonicum eſt reuocatum in aliquibus per nouum. 370. 24
*Iuſtitia* eſt de intrinſeca ratione legis. 180. 15
Iuſtitia legis formaliter petit, vt feratur ex iuſta, & honeſta cauſa. ibid.
Iuſtitia legis ablata tollitur ipſa lex, & quare. ibid.
*Iudicium* probabile ſpeculatiuè in re dubia an ſit ſequendum. 376. 43.

Laici

## L A

*LAici* non poſſunt reddi habiles ad ſpiritualia ex vi præſcriptionis. 379.6


## L E

*Lex* generalis non reuocat priuilegia niſi expreſſa mentione facta de ipſis. 15...
Lex eſt conſtitutio ſcripta. 36. 37
Lex ciuilis dicitur propriè conſtitutio. ibid.
Lex ſecundùm Ariſtotelem quomodo deffinitur. 60. 3
Leges Canonicæ diuinæ appellantur. ibid. 4
Lex Canonica cur diuina. 61. 5
Lex negatiua quomodo dici poteſt poſitiua. ibid. 6.
Lex reuocatoria quomodo differat à derogatoria. ibid. 7
Lex ante populi acceptationem eſt vera lex. ibid. 9
Legis non admiſſio per Principis reſiſtentiam non eſt legis irritatio. ibid. 70
Legis extenſio quid, & quotuplex ſit. 42. 23
Lex eſt extendenda iuxta hominum loquendi modum. 43. 25
Legibus ſermo indiffinitus æquiualet vniuerſali. ibid.
Lex odioſa quomodo eſt attendenda. 44. 27
Lex fauorabilis ſecundum proprietatem verborum tam naturalem quàm ciuilem ex extendenda. ibid. 28
Legis diſpoſitio à legiſlatoris voluntate pendet. 47. 41
Lex à paritate rationis non eſt extendenda. ibid. 42, 43
Legum correctio eſt ſtrictiſſimi iuris. ibid. 44
Lex pœnalis non exttenditur de caſu ad caſum quoad pœnam 49. 55
Lex pœnalis in benigniorem partem eſt interpretanda. 48. 46
Lex pœnalis quoad præceptum an poſſit extendi de caſu ad caſum reſpectu vinculi inducentis obligationem. ibid. 47.
Lex per identitatem rationis extenditur de caſu ad caſum. ibid. 48.
Lex propter ſolam paritatem & rationis ſimilitudinem non extenditur de caſu ad caſum. ibid. 49
Legis voluntas vnde cognoſcitur. 49. 50
Legis ratio eſt anima legis. ibid. 52.
Legiſlator in ferendis legibus licet moueatur ratione, non tamen determinatur eius voluntas ab ipſa, ſed libere ſe determinat. ibid. 55.
Lex ſemper pendet ab eadem poteſtate in quacunque perſona ſit. 50. 59.
Legem ſucceſſor interpretari poteſt coniecturaliter iuxta voluntatem prædeceſſoris. ibid.
Lex prima ff. de conſtitutione Principum declaratur. 62.12
Lex perſonalis ſecundũ Suarez priuilegium reale, & perſonale cõprehendit. ib. 13
Lex perſonalis comprehendit etiam legem pœnalem. ibid. 14
Lex poſterior priorem abrogat, & quomodo. ibid.
Lex generalis reuocatoria omnem legẽ, quę ſibi directè opponitur reuocat. 63.21
Lex quã Papa ſibi virtute alicuius decreti impoſuit an ſit ab eo ſeruãda. 160. 9, 10
Lex poſitiua an ſemper ſit iuſta. 161. 14
Legis violatio ex genere ſuo eſt peccatum. 176. 4

Lex



Lex humana tam ex parte, quàm in totum non poteſt reuocari ſine iuſta, & honeſta cauſa. 176. 15
Legiſlatio quid ſit. 182.32
Lex debet eſſe conſona rationi, ex ſuo proprio principio eſſentiali. 184. 8
Lex vt ſit conſona rationi oportet vt ſit iuſta ex parte actus. ibid. 9
Legis iuſtitia legalis eſt bonum commune intendere. 185. 10.
Lex quomodo primo, & per ſe bonum commune reſpicit. 186. 16
Lex diſſoluitur per eaſdem cauſas per quas naſcitur. 189. 2.
Legis principia ſunt voluntas, & poteſtas Principis. ibid.
Lex pendet ab actu voluntatis, & rationis. ibid. 4
Leges quomodo ferendæ ſunt. 190. 6
Legem abrogare quomodo differt ſecundum Sanchez à derogare. 191. 12
Lex quando habet multas cauſas ex ceſſatione vnius tantum cæteris remanentibus non ceſſat. 205. 3
Legis anima eſt ratio ipſius. 225. 2
Lex ſine ratione non poteſt ſubditum obligare. ibid.
Legis deficiente ratione deficit iuſtitia legis, & ius obligandi. ibid.
Lex ad bonum commune ordinari debet. ibid.
Lex quomodo per influxum communis boni deſcendit ad particulares caſus. ibidem.
Lege ceſſante in aliquo ſpeciali caſu ceſſare eius effectum putant aliqui. 226.3.
Lex obligat omnes in generali, ſingulos in ſpeciali. ibid. 4
Lex obligandi, de pœnis declaratur. 192.16, 17
Legis ceſſatio duplex contraria, & negatiua. 226. 1
Lex vt ceſſet negatiue an ſatis ſit, vt ceſſet in aliquo caſu. 227.2.
Lex Vrbani VIII. reuocatoria non ceſſat ex ceſſatione cauſæ reſpectu alicuius Religionis. Declaratur, & probatur ibid. 3
Legis ratio ceſſans in aliqua particulari perſona quoad vtilitatem non ceſſat quo ad vim obligandi. 229. 9
Lex nõ ceſſat niſi motiua, & finalis eius cauſa in totũ, & reſpectu totius ceſſet. ibidem 1
Lex primario non reſpicit ſingulares perſonas. ibid.
Lex quomodo ratione illius perſonæ in qua ceſſat ratio ipſius legis bonum commune intendat. ibid. & 229. 9. 10. & 230. 2
Legis vniuerſalis ratio in nullo particulari caſu reſpectu alicuius perſonæ ceſſare poteſt. ibid. 3
Legiſlator quomodo obligare intendit omnes, quando cognoſcit rationem legis defecturam in aliquo caſu reſpectu alicuius perſonæ. 231. 4
Lex habens plures cauſas motiuas, & finales non ceſſat eius obligatio ex ceſſatione vnius. 231. 6
Lex vniuerſalis ceſſat ceſſante adæquato fine eiuſdem, & quomodo, declaratur. 235.18
Legis ratio in quolibet caſu particulari ſemper conſeruatur, & quare. 236. 19
Lex fit inutilis quando ratio eius totaliter ceſſat contrariè. ibid. 20
Legis materia notabiliter mutata lex ipſa ceſſat obligare. ibid. 21

Fff Lex

Lex vniuerſalis in nullo particulari caſu ceſſat negatiuè, ſi perſeuerat in ſua generalaitte. ibid. 22

Lex vniuerſalis quam vtilitatem influat reſpectu perſonæ in qua ratio legis ceſſat. 227. 23

Legis ratio ſemper manet integra reſpectu communis boni, quamuis reſpectu alicuius caſus ceſſare videatur. ibid. 24

Lex non obligat vltra intentionem legiſlatoris. 256. 26

Lex ante promulgationem non conſtituitur in ratione legis. 300. 3

Lex reuocatoria non mixta manifeſtationem voluntatis Principis reuocantis tantùm expoſcit. ibid. 5

Lex reuocatoria duplici modo fieri poteſt. Declaratur. 301. 7

Legis particularis, & vniuerſalis conſeruatio pendet à voluntate Principis. 302. 9

ad Legem reuocatoriam priuilegiorum quænam promulgatio requiritur ſecundùm alios. 303. 11

Lex ſufficienter promulgata ſtatim obligat omnes ſubditos. 304. 15

Lex ciuilis an ſimul, & eodem tempore obliget in toto territorio. 305. 16

Legi reuocatoriæ, vel poſitiuæ Romæ debitè promulgatæ peccat ſubditus non obediendo, cùm ad eius aures notitia peruenerit. ibid. 17

Legis notitia ope Angelica, vel reuelatione diuina comparata, an obliget in conſcientia. ibid.

Legis notitia per Angelum habita non pertinet ad promulgationem humanam, docet Suarius. ibid. 18

Legis notitia debitè promulgata à quocunque habeatur, ſufficit ad inducendam obſeruantiam. ibid. 19

Legis notitia habita per reuelationem eſt certior, & ſecurior. ibid.

per Legis notitiam à Deo immediatè habitam ſtrictiùs obligatur ſubditus ad eius obſeruantiam. ibid. 20

Legis reuocatio, ſeu priuilegiorum facta à ſummo Pontifice non requirit promulgationem. 306. 2

Lex reuocatoria non expoſcit promulgationem ad ſui conſtitutionem. 308. 8

ad Legis obligationem ponendam plus requiritur quàm ad auferendam. ibid. 9

Lex priuilegij ſi aliis non promulgata excuſantur ab eius obſeruatione. 314. 20

Lex vniuerſalis, quia omnes obligat indifferenter requirit promulgationẽ. 315. 23

Lex reuocatoria expoſcit promulgationem, vt poſſit obligare ſecũdùm Vaſquez. ibid. 26. 27

Leges ciuiles requirunt ſubditorum acceptationem ad ſui valorem. 318. 5

Lex non obligat niſi acceptetur à ſubditis, volunt nonnulli. ibid. 6

ad Legis integritatem tria requiruntur, & quæ illa ſint. 319. 7

Leges feruntur ſub tacita conditione. ibid. 8

Legis acceptatio eſt quid eſſentiale eius. ibid.

Lex Pontificia ſi non acceptatur, non obligat fideles ex benigna interpretatione voluntatis Papæ ſecundùm alios. ibid. 9

ad Legem conſtituendam duo principia concurrunt, declaratur. 320. 2

Legiſlatio quid ſit. 321. 3

Legiſlatiua poteſtas alio modo in Regibus, & alio in ſummo Pontifice declaratur latè. ibid.

Legiſlatiua poteſtas in Principe ſeculari quomodo reſidet 322. 5. declarantur ex hoc nonnulla ſacræ Scripturæ teſtimonia. ibid.

Legiſlatiua poteſtas politicè, & ſecundũ ſe quomodo eſt à Deo immediatè. ibid. 6

Legiſlatiua poteſtas in Rege eſt à communitate; probatur. ibid. & ſeq.

Legiſlatiua poteſtas in Rege per hæreditariam ſucceſſionem an fuerit à principio. 323. 8

Lex dependet in fieri, & in conſeruari à voluntate Principis. 328. 18

Lex conſtat ex actu intellectus, & voluntatis ſecundùm Scotum. ibid.

Lex eſt decretum, & inſtitutum ciuitatis. 326. 19

Legiſlatiua poteſtas in Principe legitime, & ordinario iure radicaliter, & dependenter in communitate reſidet. 327. 23

Lex ſufficienter promulgata obligat ad ſui acceptationẽ, & obſeruantiam, 328. 27

Leges Pontificiæ imponuntur ratione ſupremæ præfecturæ; declaratur. 329. 28

ad Legis Pontificiæ reuocatoriæ valorem nullus conſenſus, ſiue acceptatio populi Chriſtiani requiritur. 330. 2

Legiſlatiua poteſtas Papæ non eſt ab Eccleſia. 335. 14

Lex à ſolo capite poteſt habere veram rationem Imperij. ibid. 15

Legiſlatiua poteſtas principalius, & immediatius eſt in Eccleſia congregata in Conc. Generali, ſecundario in ſummo Pontifice oſtendunt nonnulli. 335. 17

Leges Pontificiæ non obligant ante acceptationem populi Chriſtiani, quando Papa habet tantum voluntatem inefficacem obligandi. 337. 29

Lex eſſentialiter pendet ab efficaci voluntate legiſlatoris. ibid. 30

Lex non poteſt eſſe lex, ſi caret vi obligandi. 339. 35

Lex eſt vinculum quoddam, & obligatio effectus eius formalis. ibid.

Lex ciuilis requirit populi acceptationem ad ſui obſeruantiam. ibid. 36

Leges Pontificiæ ſemper ad ædificationem Eccleſiæ conduntur. 340. 38

Lex iniuſta non eſt lex. 342. 6

Leges Pontificiæ reuocatoriæ priuilegiorum quorumcunque, & cuiuſuis alterius legis, quamuis rigoroſæ & difficiles, ſunt acceptandæ. ibid. 9. & quare. 343. 10, 11, 12

Leges confirmantur, cùm vtentium moribus approbantur. 344. 1

Lex, quæ profertur à Principe cum voluntate obligandi ſubditos ſi non acceptetur, non eſt lex. 345. 4

Lex Pontificia obligat etiam Populo non acceptante, & quomodo. 350. 15

Lex Põtificia obligat ad ſui obſeruantiam populi reſiſtentia, & obligatione non obſtante. ibid. 16

Legis nõ acceptatio durãte moraliter voluntate legiſlatoris nõ vacuat legẽ. ib. 18.

Lex Pontificia ſufficienter promulgata quando populus nequit acceptare, an ſit obſeruanda. ibid. 19

in Legis obſeruatione duplex virtus inuenitur. ibid. 20

Lex Pontificia ſemper aliquam virtutem inducit particularem, declaratur. 351. 24

Legis non acceptatio an habeat ſpecialem malitiam. ibid. 27, 28

Lex non acceptata ex conſenſu ſummi Pontificis negatiuè ligat ad ſui obſeruantiam. ibid. 29

Lex Canonica poteſt non acceptari per conſuetudinem toleratam. 354.42
Leges Canonicæ in quo caſu cenſentur non obligare. ibid. 43.
Lex Canonica generalis aliquãdo eſt minus cõueniẽs pro aliqua prouincia. 355.45
Lex Canonica aliquando non obligat, non quia non acceptata, ſed quia ceſſat ratio eius. ibid. 46, 56
Lex quando timetur de rebellione, an ſit iuſta. ibid. 47
Lex non acceptata habet vim ligandi. 356. 52
Legem non recipientes peccant, & quare. ibid. 57
Lex prohibens operationes, quæ ſunt in particulari perſona ad bonum commune refertur. 363.9
Legiſlatores debent eſſe ſapientes, & prudentes in ferendis legibus. ibid. 13.
à Legibus non fit appellatio. 366. 9
Lex Pontificia etiam dura, ſtatim executioni demandanda eſt. 364. 15
Leges Pontificię quando non ſunt obediendæ. 375.40
Leges Pontificiæ iniuſtæ ex parte finis ſunt obediendæ. ibid. 41
Leges Pontificiæ pro vniuerſa Eccleſia dantur. 379.6
Leges Pontificiæ iuſtæ pro vno Regno, poſſunt eſſe iniuſtæ pro alio. ibid.
Leges prohibentes conſuetudines ſupponunt eſſe irrationales. 382. 16
Leges immunitati Eccleſiæ contrariæ, vt irrationales reprobantur. ibid. 17
Lex non poteſt reddere capacem ſpiritualium incapacem. 384. 26
*Licentia* aliquid obiectiuè faciendi quid ſit. 231.7

L I

*Limitationes* prout ſunt in vſu, prout in libris ordinum inueniuntur, quatenus non aduerſantur Conc. Trid. additæ priuilegiorum confirmationi in forma ſpeciali reſtringunt, & faciunt eam in forma communi. 110.12
à *Litteris* Apoſtolicis quando emanant in præiudicium, & ſine legitima, & iuſta cauſa, poteſt appellari. 364. 16

M A

M*Alitia* actus diſpenſandi ſine cauſa in quo ſpecificè conſiſtit. 206.7
*Matrimonium* mutuo conſenſu perfici, verba autem ſunt neceſſaria quantum ad Eccleſiam. 39. 18
de Matrimonij eſſentia ſolum eſt mutuus conſenſus ſufficientibus ſignis expreſſus. ibid. 20
Matrimonium nullum, & inualidum an ſit idem. 88. 15

M E

*Merita* Regularium appoſita in bullis priuilegiorum, iſtorúmque confirmationi quomodo conſiderantur à ſummis Pontificibus. 194.6. & vſque 8
Merita Regularium, ſiue ſeruitia præcedentia vt moueant Papæ animum ad concedenda priuilegia commenſuratiuè, quas conditiones requirunt. 195. 10
Merita Regularium, declaratur, quomodo titulo iuſtitiæ ſunt debita Eccleſiæ, & non è contra. 98.20

M O

*Modus*, & forma dicendi officium diuinum an cadat ſub præcepto. 238. 1
Modus recitandi officium diuinum, vt modus præcipitur. 239.1
Modus recitandi officium diuinum non cadit ſub præcepto, probatur ab Authore contra Suarium, & alios. 240. 2

Modus



Modus horarum officij diuini, an pertineat ad formam præceptam à Pio V. 241. 5
Modus recitandi officium diuinum non eſt præceptus ab Eccleſia. 244. 1
Modus recitandi officium diuinum duplex ſubſtantialis, & accidentalis. 245. 2
Modus recitandi officium diuinum ſubſtantialis quid ſit. ibid.
Modus accidentalis recitandi officium diuinum in quo conſiſtat. ibid. 3
Modus ſubſtantialis recitandi officium diuinum eſt præceptus ab Eccleſia ſecundum opinionem Authoris. 246. 8
Modus recitandi officium diuinum dicit reſpectum ad ordinem obſeruandum in quolibet tempore, & die præcisè. 247.17
Modus ſubſtantialis dicendi officium diuinum pertinet ad virtutem Religionis, accidentalis verò eodem modo. 249. 24
Modus concedendi Indulgentias eſt de intrinſeca ratione actus. 271. 18.

M V

*Murmurare* de Prælatis Eccleſiæ, eſt de Deo murmurare. 333.11
*Mutatio* diuini officij an cadat ſub præcepto. 238. 1
Mutans officium diuinum peccat lethaliter ſecundum opinionem Suarez & aliorum. ibid. 2.
Mutatio officij diuini ſecluſo contemptu, & animo ſæpè eam non faciendi, in æquiualens non eſt mortale. 240. 2
Mutatio officij diei eſt peccatum ex genere ſuo. ibid.
Mutatio officij diuini ex inaduertentia culpabili facta aliqua recompenſatione non eſt peccatum mortale. ibid.
Mutatio officij diuini ex aliqua cauſa rationabili non eſt peccatũ etiã veniale. ib.
Mutans officium diuinum in æquiualens ex leuitate materiæ non peccare lethaliter putat Suarius. ibid. 3
Mutans officium diuinum in æquiualens, an recitet id quod debet. ibid. 4
Mutans ordinem horarum an peccet mortaliter. 241. 5
Mutãs ordinẽ Pſalmorũ, vel inter ſe, vel cũ lectionibus, an peccet mortaliter. ib. 6
Mutans officium diuinum diei Dominicę in officium alicuius Sancti, an teneatur addere nouem Pſalmos. 242. 8
Mutare officium diuinum vnius diei loco alterius longioris non eſt peccatum mortale ex genere probat Author. 243. 12, 13, 14
Mutans officium diuinum feria quinta loco feriæ ſecundę non peccat. ibid.
Mutatio ſubſtantialis officij diuini tribus modis poteſt fieri. 245.4
Mutans ritum officij diuini ſimpliciter addendo aliquid per modum partis, an mutet officium ſubſtantialiter. ibid.
Mutans officium diuinum ſubtrahendo aliquam notabilem quantitatem ſubſtantialiter cenſetur mutare officium. 246. 5
Mutans Pſalmos, lectiones, reſponſoria loco vnius ex eodem Breuiario Romano alia ponendo, an mutet officium ſubſtantialiter. ibid. 6
Mutatio modi accidentalis duplex. ibid. 7
Mutatio modi ſubſtantialis recitandi officium diuinum eſt peccatum mortale ex genere ſecundùm Authorem. ibid. 9
Mutare officium diuinum nullus, niſi ſummus Pontifex poteſt. ibid. 10
Mutatio officij diuini per modum permanentis etiam in re non graui, ſeu parui



momen

momenti cenſetur materia grauis. ibid.
Mutatio officij diuini per additamentũ cum omiſſione aliqua, an ſit peccatum. ib.
Mutatio officij diuini non eſt peccaminoſa. 247. 14
Mutatio officij diuini vnius diei loco alterius non immutat modum ſubſtãtialem dicendi officium diuinum, & quare. ibid. 16
Mutatio officij diuini accidentalis non eſt peccatum mortale. 248. 18
Mutatio accidentalis diuini officij non variat ſpecificè, & ſubſtantialiter formam officij diuini præceptam ab Eccleſia. ibid. 20
Mutans officium diuinum ſecundum ſubſtantialem formam non ſatisfacit Eccleſiæ. 250. 25
Mutans officium diuinum ſecundum accidentalem formam ſatisfacit præcepto Eccleſiæ. ibid. 26

## N E

*NEgatio* cognoſcitur per remotionem affirmationis. 78. 29

## N O

*Nomen* contractus quid importat? 96. 6
Nomen diſtinguit perſonas. 22. 15
Nomina quæ tribuuntur ſummo Pontifici à D. Bernardo. 30. 27, 28

## N V

*Nullum* & inualidum quomodo differunt? 88. 17
Nulla exiſtente cauſa Princeps non præſumitur diſpẽſare contra ius tertij. 94. 38

## O B

*OBedientia* eſt præſtanda prælatis Eccleſiæ de iure diuino. 333. 10, 12
*Obligatio* legis reuocatæ, & nondum promulgatæ quomodo, & an formaliter maneat in ſubditis. 312. 10, 11
Obligatio legis reuocatæ manet in actu primo in ſubditis. ibid. 12.
Obligatio legis quas conditiones requirit. 336. 31
Obligatio obediendi legibus Pontificiis ineſt populis Chriſtianis de iure diuino 328. 26.
non Obligare legem Pontificiam abſque Eccleſiæ acceptatione eſt, erroneum ſecundum nonnullos oſtenditur. 32. 1, 2
Obligatio legis oritur ad acceptandam eam ex iuſtitia. 342. 5
Obligatio legis non pendet à populi acceptatione, & quomodo. 356. 55
*Obſeruantia* ſubſequuta deſeruit ad declarãdã mentẽ legiſlatoris. 244. 1. & ſeq.
Obſeruantia interpretatiua valet cõtra intellectum malũ factum de lege. 256. 28
Obſeruantia in interpretandis legibus magis attenditur quàm proprietas verborum. 256. 29
Obſeruantia ſubſequuta eſt legum interpres. 257. 31
Obſeruantia ſubſequuta facit ius. ibid.
Obſeruantia ſubſequuta tollit omne dubium. ibid.
Obſeruantia quid requirit ad ſui effectum. ibid. 33
Obſeruantia duplex inductiua, & interpretatiua. 258. 34
Obſeruantia interpretatiua non requirit præſcriptionem. ibid.

Obſer



Obſeruantia declaratiua legis ad ſui effectũ vnum actum tantũ requirit. ib. 35, 36

## O F

*Officij* diuini compoſitio pendet ex poteſtate Eccleſiæ. 246. 12
Officium diuinum recitans breuius loco alterius longioris abſque cauſa non peccat lethaliter ſecundùm Authorem. 248. 18
Officium diuinum quod recitetur de feria, vel de ſancto, non eſt de eſſentia officij diuini, vel præcepti de recitando ipſum. ibid. & ſeq.
Officij diuini vniformitas in quo conſiſtit ibidem, num. 20. Declaratur capitulum conuenit. ibid.
ad Officij diuini ſubſtantiam non pertinet diſtributio dierum, & ſolemnitatem per ſe, niſi tantum accidentaliter. 249. 21
Officium diuinum Paſchale recitans ex more, peccat mortaliter & quare. ibid.
Officium diuinum Paſchale recitans extra illud, quod recitatur infra octauam Paſchæ frequenter, an peccet. ibid. 22
Officium diuinum recitans die dominico omittens nouem pſalmos primi nocturni quare peccet. ibid. 23

## O M

*Omittens* de officio Dominicæ nouem Pſalmos, an peccet mortaliter. 239. 3

## O P

*Opinio* Rodriquez, & Roſellæ de reſtitutione priuilegiorũ per Conc. Trid. quomodo eſt interpretanda. 90. 4
Opinio Suarez, & Felini reducitur ad bonum ſenſum. 93. 27
Opinio affirmans leges Pontificias non obligare ante Eccleſiæ acceptationem ſecundùm nonnullos eſt erronea. 320. 1, 2.
Opinio probabilis ſpeculatiua quando ſequenda eſt. 377. 49
*Opera* præſtita pro indulgentiarum conſequutione an ſint reſtituenda, quando indulgentiæ reuocantur. 277. 35
Operari ſecundum iudicium probabile an ſit licitum. 377. 49
*Opus* idem externum poteſt eſſe actus diuerſarum virtutum. 351. 26

## P A

*PActum* & conuentio neceſſario ſemper perſonalia ſupponunt. 67. 35
*Papa* confirmans priuilegia Religionis quo mouetur. 91. 17
Papa confirmans priuilegia Religionum deuotionis cauſa motus, an confirmet ex certa ſcientiã, & in forma ſpecifica. ibid. 19
Papa in confirmatione priuilegiorum ſi vtitur ſuprema ſua, & abſoluta poteſtate dicitur confirmare ex certa ſcientia. 92. 20
Papa vtitur abſoluta, & ſuprema poteſtate quando diſponit ex certa ſcientia etiam in his quæ non exprimit. ibid. 21
Papa ex iuſta cauſa concedit priuilegia. 93. 31
Papa confirmans Priuilegia in tertij præiudicium, an requirat iuſtam cauſã. 94. 34
Papa non præſupponitur diſponere contra ius tertij abſque legitima, & rationabili cauſa. 94. 33
Papa confirmans priuilegia ſi vtitur aliis verbis, *de nouo concedimus*, extenditur verbum *confirmo*, ita vt æquiualeat nouæ conceſſioni. 97. 16

Papa

Papa per ſe ſolum, an poſſit ardua determinare. 31. 3
geſta per Papam abſque Cardinalium Concilio non ligant ſucceſſorem. ibid. 4
Papa habet abſolutam poteſtatem ferendi leges. 32. 8, 19
Papa ex decentia, & honeſtate tantum ad ardua determinanda requirit Cardinalium Concilium. ibid.
Papa gaudet ferendi legis poteſtate eo modo quo in Petro reſidebat. ibid. 10
Papa eſt Chriſti vicarius Petrique ſucceſſor cum eadem poteſtate Petri. 33. 12
Papæ poteſtas, à nemine limitatur. ibid. 15
Papæ poteſtas in legibus ferendis, ac arduis determinandis non eſſet libera, ſi neceſſario Cardinalium conſenſum exquireret. 34. 22
Papa non poteſt ſuos ſucceſſores, nec ſeipsũ ſuis obligare cõſtitutionibus. ib. 25
Papa per ſuas conſtitutiones poteſt indicare ſuis ſucceſſoribus id, quod ſibi ſeruandum videtur. ibid. n. 28
Papa non poteſt quem priuilegiare, quod non poſſit ab eo excommunicari. ib. 28
Papæ poteſtas eſt de iure diuino. 35. 29 & 38. 6
Papæ poteſtas in ferendis legibus diminueretur ſi dependeret à Cardinalium conſenſu. 35. 30
Papa habet poteſtatem ferendi leges per ſolam conſultatoriam Epiſtolam. 37. 4
Papæ reſponſum declaratiuum iuris, an habeat vim legis. 38. 8. & 54. 27
Papa per declarationem iuris inducere poteſt nouam legem. 38. 10
Papæ reſponſum declaratiuum regulariter non inducit nouum ius. ibid. 9. 17
Papa ſcribens directe ad gubernationem Eccleſiæ, vel alicuius prouinciæ nouam legem condit. ibid.
Papę authoritas nullo iure limitatur. ibid. 13
Papa ad particulares interrogationes reſpondent poteſt inducere legem vniuerſalem. ibid.
Papa per fictionis actum fingit futurum pro præſenti. 42. 19
Papam Catholici Reges Deum appellare conſueuerunt. 73. 26.
Papæ qui mentitur, ſacrilegus eſt, & quare. ibid.
Papæ mentiri, eſt Deo omnipotenti mentiri, adducuntur ſacræ Scripturæ teſtimonia. ibid.
Papæ nominis mutatio vndè originem duxerit. 21. 2, 3
Papæ quare, priore nomine derelicto, nouum aſſumunt ſecundum Liram. ibid. 4
Papæ nominis mutatio varias eius prærogatiuas ſignificat. ibid. 5, 19
Papa ratione nominis, & dignitatis Chriſtus dicitur ac exiſtimatur. 23. 17
Papæ dignitas ab Hilario ſummè commendatur. ibid.
Papatus in Petri perſona de iure diuino extitit. ibid. 20
Papa diuina prouidentia eſt Petri ſucceſſor. ibid. 21
in Papæ electione duo concurrunt neceſſario, & quæ illa ſint. ibid 22
Papatus ex vi primæ inſtitutionis, ſolius Dei voluntatis confertur. 24. 28.
Papa ſolus diuina prouidentia totam regit vniuerſalem Eccleſiam. ibid. 30, 34
Papa ſpecialiſſimo influxu diuinæ prouidentiæ à Deo immediate accipit regnum & dominium ſuper vniuerſalem Eccleſiam. ibid. 29
Papa Dei beneplacito ità diſponentis totam regit Eccleſiam vniuerſalem. 26. 50
Papa, Romani Pontificis antiquiſſimum, & communiſſimum nomen. 27. 1





Papa à Papas Græce dicitur. ibid. 2, 3, 4, 6
Papa à patris patriæ titulo dicitur, & cur. ibid. 5
Papę ſolius eſt appellari Sanctiſſimus, & Beatiſſimus. 10. 1 & quare 12. 6
Papam ſolum, Principes, Reges, Imperatores, ac ſacra Concilia Beatiſſimum, ac Sanctiſſimum appellari conſueuerunt. 11. 2 vſque 6
Papam, quàm in honorem habuerunt Reges Angliæ. ibid. 4
Papam ſummo honore proſequutus eſt Iuſtinus Imperator. 12. 5
Papa ſi in terris cum humanis agit, extra hominem in cœlo conuerſatur. ibid. 6
Papa carne humana indutus extra carnem, dum ſacroſanctum myſterium exequitur cognoſcimus. ibid. 7
Papæ pedes oſculantur, & ab omnibus adoratur, & quare. ibid. 8
Papa, quia Chriſti vicarius, Petrique ſucceſſor dicitur beatiſſimus. ibid. 9
Papæ, & Chriſti vnum tribunal & conſiſtorium. ibid. 10
Papa alia ratione Chriſti vicarius, alia Petri. ibid. 11.
Papa improprie dicitur Petri vicarius. ibid.
Papa, Sanctitas veſtra, in abſtracto vocatur & quare. 14. 21.
Papæ nominis mutatio ſummam eius oſtendit ſanctitatem. 15. 22, 23
Papa cur omnium Chriſtianorum Dominus appellatur? 15. 1
Papa inter mortales primus. ibid.
Papa Princeps Principum, & Dominus Dominantium ſecundum Baldum, & alios. 16. 4, 30, 21
Papam vocat vnicum Chriſtianorum Principem, & Regum Regem Ladiſlaus Rex Vngariæ. ibid. 2
Papa totius orbis eſt abſolutus Princeps, & gubernator ſecundum directam poteſtatem à Chriſto ſibi datam, tam ſpiritualem, quàm temporalem. ibid. 4
Papam, Regem ſeculi vocat Tertulianus. ibid.
Papa ſupremam poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus in toto Chriſtiano orbe habet immediate, & directe ſpiritualem, & tẽporalem indirectè. 17. 9, 10
Papæ poteſtati bella omnia ſubordinantur. ibid. 14
Papa, homo cùm ſit mortalis, aliquid tamen ſupra homines, & commune cum Deo habere dignoſcitur. 19. 22, 23
Papa nec purus Deus, nec purus homo ſed quaſi neuter inter vtrumque. ibid.
Papa non vt humanus Princeps, ſed vt Deus quicquid facit, facere cenſetur. ib. 24
Papa non puri hominis, ſed veri Dei in terris vicem gerit. ibid. 25, 30
Papa, ideſt, pater patrum. 27. 6
Papæ nomen antiquitus cuilibet Epiſcopo tribuebatur. 21. 4
Papa, excepto D. Petro omnibus ſanctis dicitur major, & quomodo. 22. 10
Papa à Papę dictione ſecundum opinionem Authoris deriuatur, & quare. ib. 12
Papa ſtupor mundi. ibid.
Papa in terris vicem Dei gerit, vnde ſummè admirabilis. ibid 13, 14, 15
Papa per antonomaſiam cùm abſolutè pronunciatur de Romano Pontifice intelligitur. ibid. 16, 17.
Papa omnes vocat filios etiam Diaconos Cardinales. ibid.
Papa cõfirmans priuilegiũ à ſe cõceſsũ quãdo erat Cardinalis legatus, cõfirmat ex certa ſcientia, quãuis non appareat certa ſcientia ex narratis in inſtrumẽto. 38. 13

Papa eo ipſo quod vocat priuilegium bullatum ipſo facto infringit ius commune abſque alia derogatione expreſſa. 98.6
Papæ diſpoſitio per viã legis edita abrogat priorẽ abſq; ſpeciali mentione. 150. 15
Papæ voluntas poſterior vincit, & reuocat priorem. ibid. 16
Papa diſponens per nouam conſtitutionem contra Concil. Trid. non requiritur ſpecialis derogatio eiuſdem Conc. 153. 23
Papa an poſſit reuocare indulta Cardinalium. 155.1
Papa iure humano, & diuino tenetur ſtare promiſſis. 157.7
Papa iure ordinario ſecundùm aduerſarios quomodo poteſt priuilegia per modum contractus reuocare. ibid. 9
Papa ligatur decreto irritante iure ordinario, quando diſponit per viam reſcripti. 160. 11
Papa debet aliquando recedere à proprio dictamine. ibid. 10
Papa quomodolibet concedens Cardinalibus indulta, maiorem ſibi retinet authoritatem : declaratur. 161. 14, 15, 16
Papa ex ſua liberalitate per quam ſe reſtrinxit ampla indulta concedens non debet damnum pati. ibid. 17
Papa liberè poteſt Cardinalium indulta reſtringere, limitare, & reuocare. 162.20
Papa reuocando indulta Cardinalium vtitur iure ſuo. ibid. 21
Papa per ſolum actum poſitiuum reuocat indulta Cardinalium. 164, 31
Papæ voluntates quando ſunt contrariæ circa aliquam diſpoſitionem, vna reuocat aliam. ibid. 40
Papa an teneatur ſtare promiſſis ſecundùm opinionem Authoris? 172. 21
Papa etiam ſine cauſa poteſt reuocare Cardinalium indulta. 173.23
Papa quomodo vult ſeipſum ligare decreto irritante appoſito in indultis Cardinalium. ibid. 25
Papa ex quadam congruentia ſeruare promiſſa tenetur. ibid.26
Papa ſine cauſa diſpenſat. 175. 7, 10
Papa concedens priuilegiũ, quod nemini nocet an cenſeatur legẽ tranſgredi. ib.9
Papæ ſola liberalitas cenſenda eſt pro honeſta rationabili cauſa ad diſpenſandum. 176. 12
Papa an teneatur non diſpenſare in propriis legibus. 176.6
Papa ſeu Princeps ſecularis triplici obligatione iuſtitiæ tenetur ad non diſpenſandum ſine cauſa in propriis legibus. ibidem.
Papa non poteſt iuſtè, & licitè concedere priuilegia iuris communis diſpenſatiua ſine iuſta cauſa. 180. 16
Papa eſt legum diſpenſator, & non Dominus. 181. 19, 20
Papa in diſpenſando ſe debet gerere vt bonus, prudens, & fidelis adminiſtrator. ibid. 23. 24, 25
Papæ poteſtas duplex. 188. 1
Papa, vt Chriſti Vicarius habet abſolutum imperium ſuper omnia iura. ibid.
Papa poteſt quaſcunque diſpenſationes, & priuilegia ſine cauſa concedere. 190. 9
Papa non tenetur quicquam reſtituere ob reuocationem priuilegiorum. 199. 2
Papæ voluntas non præſumitur reuocare priuilegia quando per talem reuocationem ius tertio aufertur. 203. 6

Papa



Papa poteſt fingere expreſſum id, quod non eſt expreſſum. 206. 6
Papa poteſt priuare quem iure ſuo in rebus quarum dominium eſt apud Chriſtum Dominum, etiam ſine cauſa. 207. 10
Papa habet ſupremam, liberam, plenam, & abſolutam poteſtatem in eos quorum dominium eſt apud Chriſtum. ibid. 11
Papa poteſt ex ſua poteſtate omnia priuilegia quocunque modo conceſſa etiam per vim contractus oneroſi reuocare. 208. 15
Papa poteſt ſine cauſa Epiſcopum priuare ſuo Epiſcopatu. 211.10
Papa priuans Clericum ſuo beneficio dicitur auferre adminiſtrationem. 212. 13
Papa eſt ſimul omnium beneficiorum abſolutus Dominus & diſpenſator. ibid. 15
Papa reuocans priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa per modum cõtractus Regularibus tenetur recõpenſationem facere ſecundùm aliquos Doctores. 214. 1
Papa quomodo poteſt præſcindere contractus ſine cauſa, ibid. 2
Papa à Chriſto immediatè ſuam ampliſſimam poteſtatem, & iuriſdictionem habet. 215. 1
Papa poteſt multa in contractibus de iure naturali obligationem inducentibus, quæ non poſſunt Principes ſæculares. ibid. 2, 3
Papa poteſt retrocedere à cõcordatis reuocãdo priuilegia cõceſſa Regibus. 216.6
Papa licitè poteſt reuocare omnia priuilegia viuæ vocis per modum contractus conceſſa ſine cauſa. 217.
Papa reuocans Bullam Cruciatæ non tenetur quidquam reſtituere. 219.21
Papa in Bulla Cœnæ Domini abſque vlla reſtitutione derogat priuilegiis per modum contractus conceſſis. ibid. 22
Papa reuocans priuilegia viuæ vocis oraculo in remunerationem meritorum conceſſa Regularibus non tenetur ad aliquam recompenſationem ſecundùm propriam Authoris ſententiam. ibid. 1. nec reuocans eadem priuilegia per modum contractus lucratiui, ſeu commenſuratiui. 220. 2, 3
Papa, vel Princeps ſecularis per modum legis vniuerſalis bonum commune reſpicientis, vel ob grauem boni communis neceſſitatem priuans ſubditum priuilegiis, aut bonis propriis ad nullam recompenſationem tenetur. ibid. 3, 4
Papa aliquando tenetur reuocare priuilegia per modum contractus conceſſa abſque recompenſatione. 222. 8, 9, 13
Papa tenetur procurare, vt ſubditi euitẽnt peccata mortalia, 265.30
Papa quomodo tenetur titulo iuſtitiæ concedere fidelibus indulgentias. 266. 33.34
Papa tenetur procurare ouium vtilitatem. ibid. 33
Papa Deo, & eius infallibili voluntati tenetur ſe conformare in diſpenſatione indulgentiarum. 267.2
Papa poteſt ius poſitiuum diſpenſare, & reuocare. 268. 11
Papa concedens indulgentiam prudentialiter ſe gerere debet. 270. 16
Papa quare ad concedendas indulgentias requirat cauſam. 274.27
Papa cauſis rationalibus exiſtẽtibus tenetur concedere indulgẽtias, & quare. ib. 28
Papa poteſt ea, quæ ſunt iuris diuini annullare, diſpenſare, ſiue relaxare. 275.32
Papa poteſt reuocare ea, quæ ſunt de iure naturæ. 277. 35
Papa poteſt per ſolum actum internum reuocare indulgentias. 278. 1

 Papa

Papa concedens indulgentiam per ſolum actum exteriorem ſine intẽtione interna nihil concedit. 279. 2

Papa per actum internum reuocans indulgentiam peccat, & quare. ibid. 3

Papa an poſſit per ſolũ actum internũ concedere indulgẽtias ſecundùm Suar. ib. 4.

Papa per ſolum actum ſuæ voluntatis in mente retentum poteſt fidelibus concedere indulgentiam tenet Author. 280. 8.

Papa poteſt ſibi concedere indulgentiam per ſolum actum internum. 268. 12.

Papa poteſt lucrari indulgentiam ab ipſomet conceſſam, & quomodo. ibid.

Papa participat indulgentiam fidelibus conceſſam per modum conceſſionis ſibi factæ ab altero habente authoritatem ab ipſo conceſſam. ibid. 13

Papa non poteſt committere iuriſdictionem alteri in ſeipſum. 269. 14

Papa per redundantiam lucratur indulgentiam. 270. 15

Papa poteſt diſpenſare ſecum in lege humana, & diuina. 282. 13

Papa ſubditur ſibipſi, & quomodo. 284. 23

Papa ſecum diſpenſans, diſpenſatur vt homo. ibid.

Papa poteſt ſibiipſi concedere indulgentiam. 285. 27

Papa poteſt imponere ſibi per ſolum actum internum aliqua opera pia facienda ad effectum conſequendi indulgentiam. ibid.

Papa ſecundum opinionem Suarez ſine cauſa poteſt quaſcunque indulgentias validè, & licitè reuocare. 285. 1

Papa concedens indulgentiã quomodo ſe obligat ad illam non reuocãdam. 293. 6

Papa debet concedere fidelibus indulgentias petentibus iuſtis, & honeſtis exiſtentibus cauſis, etiam tenetur titulo iuſtitiæ. 294. 8

Papæ reſponſio habet vim præcepti, & regulæ apud fideles. 302. 10

Papa cenſetur fideles per ſuam legem non obligare quando eſt minus cõueniens bono communi. 309. 12

Papæ poteſtas ſupernaturalis. ibid. 14

Papa aliquando poteſt habere ſolam voluntatem conditionatam in ferendis legibus. 330. 1

Papa poteſt compellere ſubditos ad acceptandam legem, & ad eius obſeruationem. ibid. 2, 4

Papa eodem modo habet ſuam poteſtatem in ferendis legibus, quo Chriſtus habuit à Patre. ibid.

Papa eodem modo habet ſuam poteſtatem à Chriſto, veluti Petrus. 333. 9

Papa an mediis hominibus accipit ſuam poteſtatem? 332. 8

Papa non eſt ſupra Eccleſiam congregatam ſecundùm aliquos. 335. 17

Papa eſt caput, & Paſtor omnium Chriſtianorum, & ſingularum Eccleſiarum ſeparatim acceptarum. ibid.

Papa eſt tanquam inſtrumentum generale ad omnes actiones Eccleſiæ ſecundùm aliquos. 336. 19

Papæ poteſtas ſumma inſtrumẽtaliter reſidet in eo ſubiectiuè, formaliter, & principaliter in tota Eccleſia. ibid. 20

Papæ poteſtas legiſlatiua aliquo modo pendet ab Eccleſia. ibid. 21

Papa an ferre poſſit leges pro tota Eccleſia abſque eius acceptatione. ibid & ſeq.

Papa ſecundùm veritatem non pendet ab Eccleſia iuxta ſuam poteſtatem. ibid. 23. 24


Papa




Papa eſt caput totius Vniuerſalis Eccleſiæ. 337. 28

Papa practicè in legibus ferẽdis nõ poteſt habere voluntatẽ conditionatã. 338. 34

Papa in omnibus legibus efficacem habet voluntatem totam Eccleſiam obligandi ad earum obſeruationem inducendam. 339. 36

Papæ efficacitas voluntatis ex modo ferendi leges colligitur. ibid. & ſeq.

Papę volũtas, & intẽtio in ferẽdis legibus eſt vna formaliter, & eſſẽtialiter. 340. 37

Papæ poteſtas eſſet in deſtructionem Eccleſiæ ſi non exercitaretur in bonum Eccleſiæ. ibid. 39

Papæ ſumma poteſtas quomodo data eſt à Chriſto Domino. 320. 13

Papa quando adeſt periculum ſchiſmatis debet abſtinere à coactione, & Imperio. 355. 48

Papæ ſecunda iuſſio quando expectanda eſt. 363. 11

Papa non debet ſuam legem reuocare faciliter. ibid. 12

Papa in dubio nemini vult præiudicare. 364. 17

Papa per reſcriptum Epiſcopi priuilegio non derogat. ibid. 18

Papa quãdo tollit ius tertij per reſcriptũ cẽſetur facere per importunitatem. ib. 20

Papa præiudicans per reſcriptum iuri tertij iudicandum eſt non fuiſſe bene informatum. ibid. 21

Papa aliquãdo titulo iuſtitię tenetur cũ ſubditis ſuper legẽ ſuam diſpẽſare. 365. 3

Papæ etiam ſi ipſe erret tutius eſt obedire, quàm non obedire. 369. 21

Papa nunquam concedit priuilegia contra ſeipſum. 385. 30

*Paritas* rationis, & identitas quomodo differunt. 47. 40

*Paulus* V. quomodo confirmauerit Bullam Clementis VIII. confirmantis priuilegia Ordinis Minorum. 117. 13

Paulus V. quare priuilegiorum confirmatione Fratrum Minorum non appoſuerit clauſulam ex certa ſcientia. 103. 3, 4

Paulus V. cum facti cognitione dicti ordinis priuilegia confirmauit. ibid. 8

Paulus Apoſtolus non fuit Epiſcopus alicuius determinatę particularis Eccleſię. 14. 16

*Patriarchæ*, & Primates Regibus æquiparantur. 167. 5

*Parochus*, ſeu Paſtor quomodo tenetur petentibus adminiſtrare ſacramentum pœnitentiæ. 264. 27, 28

Parochus tenetur adminiſtrare ſacramentum extremæ vnctionis quamuis ſubditus non teneatur ſuſcipere. 285...

Parochus non debet adhibere fidem dicenti ſe adimpleuiſſe Præceptum de annua confeſſione. 296. 3

*Paſtor* tenetur titulo iuſtitię adminiſtrare ſacramentum petentibus extra tempus præceptum ab Eccleſia. 265. 29

P E

*Peccatum* veniale ex multiplicatione intra ſuæ ſpeciei latitudinem non poteſt fieri mortale. 187. 19.

*Permiſſio* dicit negationem actus poſitiui. 385. 31

Permiſſio non ſufficit ad introducendam conſuetudinem. ibid.

*Perſona* alia ficta, & alia vera; perſona ficta qualis cenſetur. 57. 10

*Percutiẽs* clericũ fori priuilegium renunciantẽ incidit in excõmunicationẽ. 73. 25




*Petrus*

*Petrus* poſt Chriſtum Eccleſiæ fundamentum. 22. 9, 10, 11, 12 13, & 14

Petrum in conſortium ſuæ indiuiduæ Vnitatis aſſumpſit Chriſtus. 22. 10

Petro cum nominis mutatione Apoſtolorum omnium Principatum tribuit Chriſtus. ibid. 13

S. Petrus habuit poteſtatem abſolutam ferendi, ac conſtituendi leges abſque Apoſtolorum conſilio diſput. 1. 13. 11, 13.

Petrus meritis, & precibus dicitur nunc Eccleſiam regere. ibid. 12

Petro data eſt à Chriſto ſumma poteſtas vt ordinario paſtori, cæteris verò Apoſtolis per modum cuiuſdam legationis. ibid. 14

Petrus Apoſtolus Regnis omnibus imperat, mundúmque refrenat legibus ſecundum gratiam ſibi à Chriſto datam iuxta Auguſtini doctrinam. 17. 6

Petro tradidit Deus omnia Regna mundi. ibid.

Petro omnia cæleſtis, & terreſtris Imperij iura commiſit Deus. ibid. 8

P O

*Pœnitens* dicent ſe habere licentiam ab habente authoritatem abſoluendi à reſeruatis an ſit credendus? 296. 3

Pontifex ſine iuſta, & rationabili cauſa non poteſt reuocare indulgentias ſecundum opinionem authoris. 286. 7

Pontifex, quando concedit innouationem priuilegiorum, concedit ius, & gratiam, non verò innouationem inſtrumentorum. 96. 13. & ſeqq.

Pontifex habet poteſtatem concedendi indulgentias non abſolutam. Declaratur. 99. 13

Pontifex Romanus ſolus eſt diuina prouidentia Papa. 23. 20, 27

Pontifices veteris legis quomodo in Pontificatu ſuccedebant. 24. 29

Pōtificia Monarchia à Deo immediate inſtituta & precepta an mutari poſſit? 26. 41

Pontificem Romanum ſacra Concilia ſemper Papam vocauere. 19. 18

Pontifex Romanus dicitur pater Patrum, ſummus Pontifex, Princeps Sacerdotum, Princeps Epiſcoporum, Doctor omnium Chriſtianorum, Rector domus Dei. ibid. 19 & ſeqq.

*Poteſtas* temporalis ſuprema ſubditur, & ſubordinatur Eccleſiaſticæ ſpirituali poteſtati. 18. 10. 15, 17

Poteſtati temporali in iis quæ pertinent ad bonum ciuile aliquando magis obediendum eſt quàm ſpirituali. 19. 18

Poteſtas temporalis & ſpiritualis coniunguntur in ſummo Pontifice. ibid. 19

Poteſtas Canonica maior eſt quàm ciuilis. 343. 10

Poteſtas Eccleſiæ Romanæ eſt ſupernaturalis, & propria Chriſti. 325. 16

Poteſtas ſummi Pontificis data eſt ad ædificationem. 182. 29 & 190. 10

Poteſtas ſpiritualis nunquam fuit in totius Eccleſiæ communitate. 26. 43

Poteſtas regia reſidet ex natura rei in communitate populorum. ibid. 45

Poteſtas Pontificia non poteſt augeri, limitari, aut minui etiam per vniuerſalem conſenſum Eccleſię, nec per ipſiuſmet Pontificis voluntatem. ibid. 47, 49

Poteſtas Regia potuit eſſe maior, & minor, & poteſt etiam mutari. ibid.

P R

*Præſcriptio* adminiculum iuris expoſcit. 388. 38

*Præceptum* correctionis fraternæ, & eius obligatio quomodo ceſſet? 233. 11, 12


Præceptum




Præceptum correctionis fraternæ datum eſt propter commune bonum ſingulorum. ibid.

Præceptum correctionis fraternæ ex ceſſatione finis eius in aliquo particulari caſu non ceſſat. 234. 14

Præceptum de elargienda eleemoſyna quomodo, & quando obliget. ibid. 15

Præceptum correctionis fraternæ reſpectu alicuius particularis caſus quomodo & quando ſecundum propriam Authoris opinionem ceſſare dicitur. ibid. 16.

Præceptum de recitando officium diuinum ad Religionis virtuté pertinet. 239. 4

Præceptum de recitando diuinum officium eſt recitare præcisè ſeptem horas Canonicas. 248. 18

Præceptum quomodo continetur in priuilegio. 307. 5

Præcepti ignorantia excuſat ab eius obſeruatione in actu ſecundo. 315. 24

Præceptum actuale abſque conſenſu illius, cui imponitur obligat. 329. 29

Præcepta Eccleſiæ Paſtorum ſunt Dei præcepta. 333. 11

*Prælatus* ſpiritualis intromittens ſe in temporalibus non dicitur iudicij vſurpator. 18. 16

*Præſcriptio* adminiculum iuris expoſcit. 388. 38

*Princeps* abſolutè confirmans priuilegia cenſetur cōfirmare ex certa ſcientia. 12. 6

Princeps in dubio non præſumitur concedere aliquid contra ius commune. ib. 7

Princeps confirmat priuilegia in forma communi, quando procedit non vt informatus. 13. 10. 16

Princeps confirmat priuilegia in forma communi, quando habita ſola cognitione confuſa de priuilegiis, quæ ipſis proponuntur confirmanda. ibid. 11

Princeps confirmat priuilegia ad inſtātiam alicuius, & aliter quàm inſtructus dicitur confirmare in forma communi. ibid. 12, 32

Princeps duobus modis confirmat priuilegia. ibid. 13

Princeps confirmans priuilegia ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica, quando priuilegiorum perfectam, & ſubſtantialem habet cognitionem. ibid. 14, 25

Princeps confirmat priuilegia in forma ſpecifica, ſi vtitur clauſula, ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis. 14. 18

Principis confirmantis priuilegia voluntas ſpecificat confirmationem, an ſit in forma communi, vel ex certa ſcientia? 17. 9

Principis voluntas ex narratis in reſcripto declaratur. 18. 10

Princeps confirmans priuilegium prædeceſſoris ſecuriorem reddit priuilegiarium. ibid. 16

Princeps confirmans priuilegia non fictè, illa confirmat, ſed vt ſunt confirmabilia. 82. 4

Princeps actum, quem nullum cognouit, confirmans, dat illi valorem, & validitatem. ibid. 5

Princeps confirmans priuilegia ex certa ſcientia non innouat falſa, aut aliàs de iure nulla. ibid. 3

Princeps confirmans priuilegia ex certa ſcientia priuilegia, de iure communi reuocata, illa reſtituit. 85. 39

Princeps confirmans priuilegia ex certa ſcien tia non ignorat ius commune ibid. & 86. 2


Princeps

Princeps quando confirmat priuilegia reuocata abſque clauſula non obſtantibus non confirmat ex certa ſcientia. 87, 5
Princeps, quando præſumitur ius tertij ignorare, confirmando priuilegia? ibid.
Principem, præſupponitur non habere notitiam ſubſtantialem rei confirmatæ, quoties tenor rei non eſt inſertus in confirmatione. ibid. 8, 9
Princeps non poteſt vti clauſula ex certa ſcientia, niſi cauſa cognita. 88. 1
Princeps licet vtatur clauſula ex certa ſcientia in ſubditorum præiudicium ſine cognitione cauſæ, tamen nihil operatur. 89. 7
Princeps confirmans priuilegia ex certa ſcientia non validat nullitates facti. ib. 6
Princeps non confirmat priuilegia in forma ſpecifica, niſi præhabeat defectus rei, ac nullitatis priuilegij cognitionem. 90. 8, 11
Princeps diſponens motu proprio, & ex certa ſcientia abſque cognitione cauſæ non præiudicat ius ſubditorum. ibid. 34
Princeps concedens priuilegium remuneratiuum ſi egreditur merita, erit gratioſum. 66. 30
Princeps innouans priuilegia cenſetur velle conſeruare ius antiquum, & firmitatem eius. 101. 21
Princeps ſi procedit per viam ſtatuti, aut legis, reuocat priuilegia clauſa in corpore iuris per clauſulam non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis. 120. 4
Princeps laicus ſi transfert aliquam iuriſdictionem omnino non ſe ea priuat 161. 18, 19.
Princeps ad ſui libitum poteſt iuridictionalia reuocare. 173. 23
Princeps habet dominium legis. 175. 4
Princeps ſolo nutu legem propriam diſſoluere poteſt, ibid. 5
Princeps tenetur ſeruare ſuas leges, quando materia eſt eiuſdem rationis, in ipſo, & in aliis. 179. 13
Princeps non poteſt ſine iuſta cauſa concedere priuilegia. ibid. 12
Princeps an ſecum poſſit diſpenſare in ſua propria lege ſine cauſa? ibid. 14
Princeps ſine cauſa iuſta concedens priuilegia iuris communis diſpenſatiua an peccet? 187. 18
Principis voluntas in ferẽdis legibus ſemper directiuum rationis ſupponit. 189. 3
Princeps quomodo ſubditur legi naturali, & propriæ. 190. 11
Princeps duplici titulo mouetur ad concedenda priuilegia. 194. 4
Princeps quomodo priuilegiarij merita conſiderat ad concedẽda priuilegia. ib. 5
Princeps quomodo tenetur concedere dignitates, & priuilegia declaratur 297. 13. 14
Princeps quot modis ſolet concedere ſubditis priuilegia? 99. 3 vſque 6
Princeps non poteſt ſua voluntate tollere rem à ſubditis. 200. 10
Princeps poteſt verè transferre dominium rei, quam ipſe alteri donauit. 201. 13
Princeps diſponens per viam legis generalis priuilegia per modum contractus conceſſa reuocat. 211. 8. 9
Principis intentio in reuocandis priuilegiis ſemper eſt attendenda. 213. 16
*Priuilegium* omnino fauorabile late interpretandum eſt. 75. 8
Priuilegium abſolutè confirmatum non dicitur confirmatum ex certa ſcientia, 77. 22





Priuilegium falſum, aut ſubreptitium nunquam intelligitur à Principe conceſſum. 83. 21
Priuilegium contra ius tertij impetratum à Papa abſque cognitione cauſæ præſupponitur ſubreptitium. 94. 36
Priuilegium quot modis ſumitur. 95. 5
Priuilegium aliquando appellatur Bulla ſiue inſtrumentum, in quo continetur conceſſio, ſeu gratia. 96. 6
Priuilegium dicit propriè ius ipſum quod innouatur per confirmationem, & non inſtrumentum. ibid. 12
Priuilegium aliud ſcriptum, & aliud non ſcriptum. 51. 1.
Priuilegium bullatum quid ſit. ibid. 2
Priuilegium bullatum aliud ſimplex, aliud multiplex? 52. 8
Priuilegium ſcriptum aliud eſt in corpore iuris, aliud in aliis Bullis. ibid. 9
Priuilegium in corpore iuris inſertum an differat à priuilegio ſimpliciter bullato. ibidem 10.
Priuilegia in corpore iuris inſerta tantum accidentaliter differunt ab aliis. ib. 12
Priuilegium in corpore iuris inſertum, quid operatur in fauorem priuilegiarij. ibidem. 13
Priuilegium non ſcriptum duplex, per ſe, & per accidens, quid vtrũque ſit. 53. 14
Priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum definitur, ac declaratur. ibid. 15, 16
Priuilegium viuę vocis oraculo conceſſum ius priuatũ tribuit priuilegiario. ib. 17
Priuilegium viuæ vocis oraculo modaliter tantùm diſtinguitur à priuilegio ſcripto. ibid. & 147. 1
Priuilegium ex ſua intrinſeca ratione eſt aliquid ſpeciale concedere. 53. 18, 21
Priuilegium ita eſt interpretandum, vt intelligatur aliquid præter commune ius concedere. ibid. 20
Priuilegium viuæ vocis oraculo datum quomodo differat à reſcripto. ibid. 2
Priuilegium viuæ vocis oraculo datum ad ſui valorem non requirit ſcripturam. 54. 23
Priuilegium ſcriptum differt à reſcripto. ibid. 31
Priuilegium viuæ vocis oraculo diſtinguitur à reſcripto eo modo, quo priuilegium ſcriptum ab eodem reſcripto deſcriminatur. ibid. 32
Priuilegium diſtinguitur à reſcripto iuſtitiæ. ibid.
Priuilegium datur contra, vel vltra ius commune. 55. 34, 36, 38
Priuilegium viuæ vocis oraculo aliud reale, & aliud perſonale. 56. 2.
Priuilegium viuæ vocis oraculo perſonale, eſt illud quod conceditur perſonæ ratione. ibid. 4.
Priuilegium viuæ vocis reale illud dicitur, quod conceditur alicui rei, aut loco, ſiue dignitati. ibid. 5
Priuilegium refertur ſemper in gratiam perſonæ. ibid. 6
Priuilegium tranſit cum re cui conceditur. ibid. 7
Priuilegium perſonale extinguitur cum perſona. ibid. 8.
Priuilegium viuæ vocis oraculo quomodo cognoſcitur, an perſonale, vel reale ſit. 57. 9
Priuilegium fictæ perſonæ conceſſum eſt reale. ibid. 11

Priuilegium fictæ perſonæ duplici modo conceditur, vel corpori ad totius corporis vſum, per modum vnius vniuerſitatis, vel conceditur eidem ad vſum ſingulorum. ibid. 12
Priuilegium quod datur ſingulis ratione totius in quantum membra fictæ perſonæ, cenſetur reale. ibid. 13
Priuilegium aliquando ex realitate perſonæ non dicitur perſonale. ibid. 14
Priuilegium certo, & determinato perſonarum generi conceſſum an cenſeatur reale. ibid. 15
Priuilegium conceſſum minoribus, vxoribus, ſiue maritis, aut perſonis ſingulariter tentis dicitur perſonale. ibid.
Priuilegia conceſſa certo generi perſonarum moraliter ex perpetuitate, dicuntur realia. 58. 17
Priuilegia realia applicatiuè dici poſſunt perſonalia. ibid. 19
Priuilegium viuæ vocis oraculo quando dubitatur an ſit reale, vel perſonale, quid dicendum. ibid. 20
Priuilegium de quo dubitatur, an reale, vel perſonale, exiſtimant aliqui præſumendum eſſe reale. ibid. 22. alij præſumi perſonale exiſtimant. ibid. 23
Priuilegia ſunt ſtricti iuris. ibid. 24
Priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum purè fauorabile, eſt in dubio iudicandum reale. ibid. 25
Priuilegium, quod præiudicat iuri communi, vel iuri tertij in dubio cenſendum eſt perſonale, ibid. 26
Priuilegium in dubio, ſi adſunt circunſtantiæ, quæ fauent poſſidenti ex vi poſſeſſionis, iudicatur reale. ibid. 17
Priuilegium gratuitum eſt illud, quod gratis conceditur nulla habita ratione meritorum illius cui conceditur. 60. 1
Priuilegium remuneratiuum quid ſit. ibid. 2
Priuilegia non dicuntur remuneratiua, ex eo ſolùm quòd recipientis merita conſiderantur. ibid. 3
Priuilegium gratuitum poteſt eſſe vltra ius, contra ius, reale, & perſonale, & in quo differat à remuneratiuo. 61. 5
Priuilegium remuneratiuum éſtne neceſſariò perſonale, & an poſſit eſſe aliquando reale. ibid. 6
Priuilegium quod fundatur in meritis eſt intrinſecè perſonale. ibid. 7
Priuilegium ſimpliciter conceſſum iudicatur reale, ſi merita explicantur ſit perſonale. ibid. 10
Priuilegium perſonale, & conſtitutio perſonalis quomodo differunt iuxta Suarez ſententiam. ibid. 11
Merita quibus Princeps mouetur ad danda priuilegia non ſunt neceſſaria quaſi fundamentum vnde pendere poteſt priuilegium remuneratiuum. 62. 15
Priuilegium remuneratiuum propter ſola merita tranſitoria poteſt concedi perpetuum, & reale. ibid. 16
Priuilegium remuneratiuum eſſe reale alij volunt apud Barboſam. ibid. 17
Priuilegium remuneratiuum poteſt eſſe reale, & perſonale. 63. 18
Priuilegium remuneratiuum eſt indifferens ad perſonale, & reale ex ſe ab intrinſeco.



trinſeco. ibidem 19
Priuilegium remuneratiuum quomodo cognoſci poſſit, an reale, vel perſonale ſit. ibid. 20
Priuilegium remuneratiuum ſecundum Authoris opinionem non eſt indifferens ad perſonale, & reale. ibid. 21
Priuilegium pendet intrinſecè à voluntate Principis informata, & determinata ex meritis perſonæ in fieri, & in conſeruari. ibid. 22.
Priuilegia conceſſa rebus, reſpiciunt merita perſonæ cuius intuitu conceduntur ibidem 23
meritum, quo mouetur Princeps ad præſtandum Priuilegia non eſt indifferens, ſed eſt quædam commenſuratio. 64. 24, 30
Priuilegium remuneratiuum ſecundùm opinionem Authoris eſt per ſe perſonale, & per accidens reale. ibid.
Priuilegium gratioſum reale, poteſt eſſe perſonale per modum applicationis. ibid. 26
Priuilegium remuneratiuum ſemper reſpicit merita perſonæ, etiam non exiſtentis propter habitudinem, quam dicit ad merita, propter quæ conceditur. ibidem 27
Priuilegium reale tam ratione finis, quàm ratione communis boni poteſt dici lex generalis. ibid. 28
Priuilegium remuneratiuum in fieri, & in conſeruari pendet à meritis perſonæ. 65. 29
Priuilegium viuæ vocis oraculo aliud conuentionale, & aliud purum. 66. 31
Priuilegium conuentionale quid ſit. ibid.
Priuilegium, quod conuentione emitur non eſſe priuilegium putat Baldus. ibid. 32
Priuilegium conuentionale, an reale, vel perſonale ſit. ibid.
Priuilegium conuentionale eſſe reale putant nonnulli Authores. 67. 34
Priuilegium conuentionale tranſit ad hæredes. ibid.
Priuilegium conuentionale non eſt reuocabile per ſolam Principis voluntatem ibidem.
Priuilegium conuentionale eſt per ſe perſonale, & per accidens reale. ibid. 35
Priuilegium conuentionale eſt reuocabile. ibid. 37
Priuilegium viuæ vocis oraculo aliud temporale, & aliud perpetuum, & quid vtrumque ſit. ibid. 1 & ſeqq.
Priuilegium quod dicitur ſub conditione, dicitur temporale. 68. 4
Priuilegium temporale an ſpirat morte concedentis. ibid. 5
Priuilegium conceſſum à Papa ad beneplacitum ſpirat mortuo Papa. ibid. 6
Priuilegium conceſſum ad beneplacitum Sedis non extinguitur per concedentis Papæ mortem. ibid. 7
Priuilegium, quod conceditur dignitati, loco, religioni, eſt perpetuum. ibidem 8
Priuilegium perpetuum quas conditiones requirit. 69. 9
Priuilegium quando ex parte concedentis cenſetur perpetuum. ibid, 10

Priuilegium conceſſum loco, aut rei immobili, deſtructo loco cenſetur finitum. ibid. 12
Priuilegium deſtructo loco extinguitur. ibid. 13
Priuilegium extinguitur extincto loco authoritate ſuperioris, ſecus verò ſi locus contra voluntatem ſuperioris ſit deſtructus ibid. & ſeqq.
Priuilegium conſurgit ædificato loco, cui erat conceſſum. 70. 15
Priuilegium non amittit Eccleſia deſtructa in vno loco, vt in alio ædificetur. ibid. 16.
Priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum aliud fauorabile, aliud odioſum, & quid vtrumque ſit. ibid. 17
Priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum aliud ad bonum commune, & aliud ad bonum priuatum præſtatur. 71. 18
Priuilegium Canonis *ſi quis*, quomodo reſpiciat perſonam. ibid. 19
Priuilegia Religionum bonum commune reſpicientia an poſſint renunciari ibidem 20
Priuilegium priuatum poteſt quis renunciare. 72. 21
Priuilegium perſonale ad bonum priuatum conceſſum quas requirit cõditiones, vt poſſit à priuata perſona renuntiari. ibid. 22. & ſeqq.
Priuilegium canonis *ſi quis à Clericis*, etiam collectiuè ſumpti non poteſt renunciari. ibid. 24
Priuilegium canonis *ſi quis in honorem ſtatus* Clericis conceſſum eſt. 73. 25
Priuilegium Macedonianum, & Velleianum quare non poteſt renunciari à filio familiæ, & ab vxore. ibid. 26
Priuilegia Fratrum Minorum fuerunt confirmata à Sixto IV. in quocunque ſtatu antea erant. 101. 26
Priuilegia viuæ vocis oraculo ex vi confirmationis Pauli V. ſunt priuilegia bullata. 104. 11 & 120. 3, 10
Priuilegia aliquando confirmantur ex certa ſcientia formaliter, & quoad effectum in forma communi. 110. 10
Priuilegia quæ confirmantur à Principe aliquando proferuntur, & narrantur, per ſe, aliquando tantùm relatiuè. 111. 18, 19
Priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa quænam ſint reuocata ſecundum aduerſarios. 129. 3, 6
Priuilegia inſerta in corpore iuris non ſunt vere priuilegia. 130. 4
Priuilegia viuæ vocis oraculo ex vi confirmationis non ſunt bullæ. ibid.
Priuilegia inſerta in corpore iuris quid requirunt ad ſui reuocationem. ibid. 5.
Priuilegia quæ in ſpecie reuocantur, non poteſt dubitari de eorum reuocatione. 134. 12.
Priuilegia clauſa in corpore iuris ſe habent ſubſtantialiter, viuæ vocis oraculo ad bullas accidentaliter, & relatiuè. 129. 3.
Priuilegia quæcunque per incorporationem iuris an amittant propriam rationem 130. 4
Priuilegia in corpore iuris clauſa, quomodo publicæ leges exiſtimantur. ibidem 5.





Priuilegia in corpore iuris clauſa, an per clauſulam, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, reuocentur. 132. 3
Priuilegia quæ continent clauſulam vt reuocari non poſſint, non reuocantur per clauſulas generales. 133. 5
Priuilegia viuæ vocis oraculo Dominus Papa reuocat ſpecificè, & genericè. Declaratur. 134. 12 & ſeqq.
Priuilegia viuæ vocis oraculo confirmata ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis reuocantur ab Vrbano VIII. 135. 1
Priuilegia viuæ vocis oraculo carent formulis. 136. 3
Priuilegia ad ſui valorem an requirant expreſſam mentionem illius iuris cui opponuntur. 139. 6
Priuilegia regulariter conceduntur ex nimia importunitate petentium. ibid. 7
Priuilegium conceſſum contra prius priuilegium inſertum in corpore iuris, an valeat? ibid. 8
Priuilegia viuæ vocis oraculo confirmata à Conciliis generalibus non ſunt reuocabilia. 140. 9 & ſeqq.
Priuilegia, quæ habent vim legis vniuerſalis qua ratione ſunt reuocabilia, 141. 13
Priuilegia conceſſa contra Pontificiam conſtitutionem non requirunt ſpecialem mentionem conſtitutionis, cui aduerſantur. 142. 3
Priuilegium ex ſua intrinſeca ratione iuri communi opponitur. ibid. 5, 9.
Priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, & confirmata per Conc. Trid. an reuocentur ab Vrbano VIII. 146. 18
Priuilegia regularibus conceſſa viuæ vocis oraculo Cardinalium intuitu, an reuocentur ab Vrbano VIII. 156. 1, 6
Priuilegia quibus modis poſſunt reuocari, declaratur. 159 2, 3
Priuilegia viuæ vocis oraculo ad inſtantiam Cardinalium tribus modis præſtari ſolent. 171. 17
Priuilegia Cardinalibus data ad conferenda beneficia ex tacita conditione, poteſt Papa reuocare ſine cauſa. 173. 23
Priuilegium dicit intrinſece iuris communis diſpenſationem. 174. 1
Priuilegium iuris non diſpenſatiuum dicitur beneficium. ibid. 2
Priuilegium latè ſumptum duplex. 176. 15
Priuilegium in quo differt à diſpenſatione. 177. 16
Priuilegium eſt quædam lex priuata, & quid ad ſui conceſſionem validam requirit. 179. 11 & 183. 5, 6
Priuilegium habet duas formalitates. 182. 1.
Priuilegium rigorosè acceptum quomodo ſit iuris cõmunis derogatiuum. 183. 3
Priuilegium vt priuata lex quid priuilegiario concedat. ibid.
Priuilegium quomodo comprehendat omnem gratiam vltra, vel præter ius commune. ibid. 4, 5
Priuilegium ſine iuſta cauſa conceſſum non eſt rationi conſonum. 185. 13
Priuilegium bonum commune intendit, & ſine cauſa concedi poteſt. ibid. 14. & ſeqq.
Priuilegia conceſſa regularibus viuæ vocis oraculo an habeant vim contractus. 194. 7 & 199. 1

Priuilegia, quæ tranſeunt in contractus, an ſint vere priuilegia? 194. 7, 8, 9

Priuilegia merè gratioſa ſunt verè, & rigoroſe priuilegia. 195. 9

Priuilegia quæ ſapiunt naturam contractus, & non priuilegia rigorosè accepti, ſunt irreuocabilia, & quomodo declaratur. 196. 11

Priuilegia regularibus viuæ vocis oraculo conceſſa, an ſint rigorosè priuilegia. 198. 17

Priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa regularibus in renumeratione meritorum non reuocantur ab Vrbano VIII. ſecundum alios. 202. 1

Priuilegium conceſſum ob aliquod meritum tranſit in contractum. ibid. 2

Priuilegia conceſſa titulo oneroſo non reuocantur per generalem reuocationem priuilegiorum. 203. 3

Priuilegia conceſſa viuæ vocis oraculo Regularibus lucratiuè non reuocantur ab Vrbano VIII. ſecundum aduerſarios ibid. 4 eſſe reuocata probat Author. 209. 1. & ſeqq.

Priuilegia habent aliquando rationem contractus, & rationem priuilegij. 210. 7

Priuilegium irreuocabile cedens in detrimentum Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtatim ſit reuocabile. 216. 5

Priuilegium per modum contractus conceſſum debet habere perpetuam commenſurationem. 217. 10 & ſeqq.

Priuilegia omnia, quæ per modum contractus conceduntur, ſi merita, vel prætium ſolutum pro re conceſſa notabiliter excedantur ab ea, ſunt reuocabilia ſine cauſſa. 219. 23

Priuilegium multiplex, ex derogatione vnius partis non reuocatur. 223. 12

Priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa regularibus quæ executioni iuſtè demandata ſunt, non cenſentur reuocata ab vrbano VIII. ſecundum aliquos. 224. 1

Priuilegia quæcunque viuæ vocis oraculo conceſſa regularibus cenſentur reuocata etiam ſi eorum ratio motiua, & finalis ceſſet in quocunque particulari caſu. 231. 8

Priuilegium, facultas, gratia, & licentia, quomodo inter ſe conueniant, & differant. 250. 1

Priuilegium eſt lex priuata aliquid ſpeciale concedens contra ius commune. 251. 5.

Priuilegia conceſſa regularibus circa recitationem officij diuini an ſint verè priuilegia? 254. 19

Sunt iuris declarationes, & non priuilegia ſecundum Authorem. ibid.

Priuilegia Eccleſiaſtica inter bona Eccleſiæ numerantur. 278. 37

Priuilegia viuæ vocis oraculo non eſſe reuocata aſſerunt aduerſarij ex defectu promulgationis. 300. 1

Priuilegia duo in ſe continent, & qualia. 307. 5

Priuilegium principaliter dicit conceſſionem; præceptum verò ſecundario. 308. 7

Priuilegium habet rationem legis, & conceſſionis. 311. 5

Priuilegium non eſt prius priuilegium, quàm ſit lex. ibid. 6

Priuilegium quomodo dicatur lex, declaratur. ibid. 7

Priuilegium priuatim intimari debet. ibid. 8


Priuilegium




Priuilegij reuocatio non requirit promulgationem. 312. 9

Priuilegium an grauamen inducat. 314. 19

Priuilegij præceptum an imponatur toti Eccleſię, ſeu communitati, & quomodo. ibidem 22.

Priuilegium per accidens dicitur lex. 316. 32

*Profeſſio* inualida, & profeſſio nulla an idem ſint. 88. 14

*Promiſſio* dicit rationem contractus. 104. 10

*Promulgatio* eſt de intrinſeca ratione legis poſitiuæ & reuocatoriæ. 300. 2

Promulgatio in quocunque loco fiat, ſufficit. ibid. 2

Promulgatio legis an ſit neceſſaria ad coſtituendam legem, tam vniuerſalem, quàm particularem. 302. 8

Promulgatio legis reuocatoriæ Romæ facta ſufficit. 303. 12, 13

Promulgatio legis ignoratæ Romæ facta ſolum in actu primo inducit obligationem. 304. 14

Promulgatio eſt neceſſaria ad conſtituendum priuilegium. 310. 2

Promulgatio pertinet ad intrinſecam legis rationem. 311. 5

Promulgatio legis, & notitia eiuſdem reſpectu ignorantiæ quomodo differant. ibidem. 8

*Proportio* inter legem poſitiuam, & eius reuocationem in quo conſiſtit. 315. 29

Proportio inter legem poſitiuam, & eius reuocationem in quo conſiſtit ſecundum Authorem. 316. 33

R E

Reatus pœnæ ablatus non poteſt iterum ab extrinſeco fieri. 267. 8

*Reges* an diuina prouidentia mundum gubernant. 26. 49

Reges regunt mundum in temporalibus diuina miſeratione. ibid.

Reges quo titulo poſſunt examinare leges Pōtificias ſecūdum nonnullos. 369. 22

Reges ſunt Iuſtitiæ defenſores. ibid. 23

Reges & regna iure diuino ſubduntur Romano Pontifici. 370. 26

Reges quomodo debent Eccleſiam defendere. 372. 29

Regis officium quid ſit, declaratur. ibid. 30

Reges, & Principes ſeculares monentur à ſummis Pontificibus ad obſeruantiam legum. 373. 32

Reges, & Principes quomodo eſt intelligendum, quod ſunt defenſores Eccleſię, & iuſtitiæ. ibid. 34, 35

Reges ſuis legibus debent iubere eam legē teneri quam vniuerſalis Eccleſia. ib.

Reges in ſuo officio Prælatorum iuriſdictionem & Eccleſiæ immunitatem conſeruare debent. 374. 36

Reges, & regna reſpectu totius vniuerſalis Eccleſiæ ſe habent, vt particularis ſubditus; declaratur. ibid. 38

Reges quomodo poſſunt opinari de iniuſtitia legis Pontificiæ. 375. 42, 43

Reges ex vi conſuetudinis introductæ poſſunt examinare leges Pontificias ſecundum nonnullos. 378. 1

Reges poſſunt authoritate Papæ examinare ſuas leges. 379. 4

Reges examinantes leges Pontificias non authoritate regia, ſed nomine Sedis Apoſtolicæ faciunt. ibid. 5


Regis

Regis officium quale ſit. 320. 2
*Regimen* Eccleſiæ eſt ſupernaturale. 24. 30,34
Regimen temporale reſpectu Regum non eſt diffinitum, nec præceptum immediatè à Deo. 21. 4
*Regna* omnia per tyrannidem à principio introducta. 323. 9
*Religiones* poſſunt commodè gaudere priuilegiis viuæ vocis oraculo conceſſis ſecundùm aduerſarios. 121. 8
*Remiſſio* peccatorum, quoad culpam per Sacraměta, & quoad pœnam tantùm per indulgentiam extra Sacramentum ſunt effectus paſſionis Chriſti. 264. 25,26
*Remittere* debitum idem eſt aliquando, quod dare, vnde illud ſoluatur. 260. 9
*Renuatio* rei non ſupponit caducitatem eius. 89. 4
Renouatio priuilegij ex certa ſcientia applicanda eſt ad modum poſſibilem, qui ſub propria ſignificatione talis verbi cadere poſſit. 99. 12
*Regularis* dubitans de valore ſuæ profeſſionis, ſi ratificat illam, dicitur ratificare ex certa ſcientia ſecundùm Suarez. 87. 13
Regularis qui ratificat profeſſionem, de qua dubitat, non ratificat ex certa ſcientia ſecundùm opinionem Authoris. 88. 16, 18
Regulares quomodo vſi ſunt priuilegiis viuæ vocis oraculo conceſſis poſt reuocatoriam Gregorij XV. 126. 23
*Regulæ* Cancellariæ Apoſtolicæ ſubiacent obſeruantiæ interpretatiuæ. 256. 28
*Repugnat*, legem eſſe legem, & non obligare. 349. 14
*Repugnantia* Eccleſiæ an habeat vim tollendi præſcriptum. 355. 46
*Reſcriptum* Apoſtolicum requirit ad ſui eſſentiam ſcripturam. 54. 24
Reſcripti nomen quid importat. ibid. 25
Reſcriptum dicitur quaſi reſponſum ſcriptum. ibid. 26
Reſcriptum ius ſcriptum continere dicitur. ibid. 28
Reſcriptum ſecundùm propriam Authoris opinionem non diſcriminatur à priuilegio viuæ vocis oraculo præcisè ex ſcriptura. ibid. 30
Reſcriptum generaliter ſumptum continet ſub ſe priuilegium, gratiam, fauorem, & multa alia. ibid. 41
Reſcriptum iuſtitiæ diſtinguitur à priuilegio quomodo. ibid. & ſeq.
Reſcriptum in quo ſenſu dici poteſt priuilegium. 55. 35
Reſcriptum aliud facti, aliud iuris. ibid. 37
Reſcriptum beneficiale in iure Canonico ad quid datur. ibid. 38
Reſcriptum gratiæ & iuſtitiæ, quomodo conueniant, & differant. ibid. 39
Reſcripta beneficialia vt poſſint habere effectum neceſſariò requirunt ſcripturam. ibid. 41
Reſcriptum gratiæ quid ſit, & an ſub ſe contineat priuilegium. ibid. 42
Reſcriptum quomodo valet contra priuilegia inſerta in corpore iuris. 210. 6
Reſcriptum non facit ius generale. 362. 7
*Res* humanæ quomodo dicantur perpetuæ. 69. 11
*Reſeruatio* noua habet vim derogatoriæ non ſolùm ad ſequentia, ſed ad præcedentia. ibid. 34
Reſponſum ſummi Pontificis, ſine ſcriptura habet eundem valorem quem habet reſcriptum. 54. 29







*Retractatio* interna an ſufficiat ad tollendam legem. 301. 6
per *Reuocationem* generalem priuilegiorum non reuocantur conſuetudines. 120. 7
*Reuocatoria* conſtitutio Vrbani VIII. duplex reuocationis priuilegiorum genus continet, & declaratur. 133. 7, 8
ad purã legem Reuocatoriã priuilegiorũ quilibet promulgationis modus ſufficit. ib. 13
Reuocatoria conſtitutio priuilegiorum viuæ vocis oraculo factorum fuit ſufficienter promulgata, oſtenditur. ibid. 14
Reuocatio opponitur priuatiuè conceſſioni. 138. 2
Reuocatio priuilegiorum viuæ vocis oraculo decreto alicuius Concilij Generalis confirmatorum eſt valida, abſque ſpeciali derogatione talis Concilij. 142. 7
Reuocatoria Conſtitutionis Vrbani VIII. declaratur. 232. 8. cauſa finali explicita adæquatè ceſſante, negatiuè in totum non ceſſat eius effectus. ibid. 9
Reuocatoria Conſtitutio Vrbani VIII. quid expoſcit, vt cẽſeatur ceſſare. 233. 10,17
Reuocatio quid ſit. 201. 16
Reuocatio priuilegiorum ad ſui validitatẽ requirit neceſſario promulgationem. 300. 1
Reuocatio pura legis an requirat, promulgationem? ibid. 4
Reuocatio priuilegiorum ab extrinſeco petit promulgationem & quomodo. 307. 10
Reuocatio priuilegiorũ abſq; promulgatione in Eccleſię deceptionẽ cederet. ib. 11. 12
Reuocatio legis opponitur priuatiuè cum ipſa lege, & quare. 315. 27, 28
Reuocatio tollit omnem obligationem à lege impoſitam. ibid. 30
Reuocatio legis tantùm vnum principium cognoſcit neceſſarium, declaratur. 316. 31
ad Reuocandam legem an ſufficiat efficax voluntas Principis. ibid. 35
Reuocatio, ſeu legis priuatio eſt regula humana per modum permiſſionis. ibid. 36
Reuocatio, & permiſſio quomodo opponuntur. ibid. 37
Reuocatio legis ſecundum authorem non eſt regula humanarum actionum. ibid. 38.
Reuocatio priuilegij duplex, pura, & mixta, declaratur fuſius. 317. 1. vſque 3
Reuocatio priuilegiorum habet vim legis communis. ibid. 3
Reuocatio legis tam particularis ſcriptæ, vel non ſcriptæ, quàm vniuerſalis habet duas formales rationes, & quæ illæ ſunt. 341. 1, 2
Reuocatio legis quomodo diſtinguitur ab alijs legibus ibid. 3, 4
Rex poteſt filios illegitimos, legitimare in ordinem ad tẽporalem hæreditatẽ. 284. 20
Rex diſpenſans ſuper illegitimate filij ſecum diſpenſat, & quare. ibid. 21
Rex idem poteſt eſſe patiens, & agens ſecundum diuerſas rationes. ibid. 22
Rex per tyrannidem quomodo poteſt habere ſupremam poteſtatem. 223. 9
Rex poteſt propter diſtantiam à ſede Apoſt. Prelatorum ſententiam examinare. ib. 31
Rex implorato Pontifice poteſt exercere contra Metropolitanum aliqua, & quomodo. 372. 28

S A

S*Acra Scripturæ* verba in ſuo proprio ſenſu ſunt accipienda. 252. 14
Sacra Pœnitentiaria Sanctiſſimi Domini Papæ diſpenſat cum tranſgreſſoribus Bullæ Clementis VIII. de largitione munerum....
Sacra pœnitentiaria obligat tranſgreſſores bullæ Clem. VIII. ad reſtitutionem. ibid.
*Sacerdotes* in quo ſenſu appellantur Chriſti vicarij. 13. 13, 19
*Sacerdotium* legis Euangelicæ quantò præſtantius Sacerdotio Aaronis. 334. 13

S C

*Scriptura* quid prodeſt in priuilegio, & an ſit neceſſaria. 51. 2. quid ſit. ibid. 3
Scriptura ſiue bullatio neceſſarium eſt, vt ſit autentica vt facere poſſit fidem quoad

forúm externum; quoad forum internũ ſufficit, vt fidem probabilem faciat. ib. 4, 5
Scripturæ veritas poteſt probari per teſtes, vel alia inſtrumenta. 52. 6, 7
Scriptura non eſt de ſubſtantia priuilegij. ibid. 11. non eſt differentia ſubſtantialis priuilegiorum. 148. 3. non eſt neceſſaria ad valorem priuilegij. ibid. non eſt de ſubſtantia legis probatur. ibid. 4. 5, 6
Scripturam confirmare quid ſit. ibid. 8, 9

S E

*Sedes* Apoſtolica ſemper reprobat conſuetudines contra ipſam. 385. 36
*Seruitia* regularium vt cauſa motiua apponuntur in bullis conceſſionum, ſeu confirmationum. 185. 9. ſunt debita Eccleſiæ. 196. 11
Seruitia regularium nullo modo mouent, vt cauſa commenſuratiua animum Pontificis ad concedendum priuilegia per modum contractus. 197. 12
*Sententia* quomodo differat à reſcripto, & lege. 341. 2

S T

*Stylus* curiæ an habeat vim legis. 141. 14 & 147. 22

S V

*Subditi* à quacunque lege quomodo poſſunt ſupplicare. 365. 1, 2, 4
Subditi non poſſunt appellare à lege Pontificia. 366. 5
Subditi non debent examinare, nec quærere quid Papa poteſt. 368. 15. 16, 39
Subdito non licet propria authoritate diſcedere à mandato ſuperioris. ibid. 17
Subditus eximens ſeipſum à præcepto Papæ eſt ſchiſmaticus. ibid. 19
Subditus cogitur obedire, quando æqualiter dubitatur de iuſtitia legis. 376. 45, 46, 47
Subditus in præceptum ſuperioris, cum ratione probabili quomodo operari poteſt. 378. 52
Subditus petens priuilegium iuris communis diſpenſatiuum ſine cauſa, peccàtne mortaliter. 187. 21. inducens Principem ad concedenda priuilegia contra ius commune ſine cauſa peccat lethaliter. 188. 22
Subditi tenentur quamcunque Apoſtolicam reuocatoriam legem, tam legis communis, quàm conſuetudinis priuilegiorum acceptare, probatur ab Authore. 342. 7, 8
Subditi non recipientes leges peccant mortaliter, & quomodo. 344. 2
Subditi videntes maiores, aut maiorem partem cõmunitatis non ſeruare leges, excuſantur ab earum obſeruatione. ibid.
Subditi non acceptantes legem non peccant lethaliter, exiſtimant aliqui. 345. 6
Subditi qui ſunt in cauſa ne lex acceptetur, non peccant. ibid.
Subditi puniuntur quia legem non acceptant. 346. init.
Subditi adire poſſunt ſummum Pontificem pro reuocatione legis. 359. 12
Subditus propter bonum commune an tenetur gratis cedere iuri ſuo. 214. 2
*Superior* ad quid tenetur ex violatione iuſtitiæ diſtributiuæ. 195. 15
Superior poteſt quem à legis obligatione eximere. 201. 15.
Superior habens curam animarum tenetur ſubditis adminiſtrare Sacramẽta. 264. 25
Superior qui non cognoſcit alium ſuperiorem ſuæ dignitati ſubditus dicitur. 284. 20
*Sũmus* Pontif. poteſt obligare ſuos ſubditos ſub peccato mortali de iure diuino. 334. 13
*Supplicatio* an detur à lege. 357. 1
Supplicationes poſſunt ſubditi ex cauſa tranſmittere ſummo Pontifici, vt legem ſuam reuocet. 358. 6
Supplicare de tota lege coram Principe, an liceat? 359. 8

Supplica



Supplicare ad eundem Principem ſuper propria lege licitum eſt. ibid. 9
Supplicare licet de lege Pontificia humiliter, & reuerenter ſecundum Suarez. 360. 14
Supplicatio facta Papæ de lege, an ſuſpendeat effectum ipſius legis. ibid. 15
Supplicationis tempore nihil faciendum eſt contra legem promulgatam. ibid. 16
Supplicatio à lege duobus modis fieri poteſt. 361. 1
Supplicatio à reſcripto habet vim appellationis quoad effectum ſuſpenſiuum. ib. 12
Supplicatio à conſtitutione Papæ, per modum legis vniuerſalis non habet vim ſuſpenſiuam. 362. 6
ad Supplicandum de lege requiritur cauſa, & quænam ſit ſufficiens. 363. 14
Supplicatio eſt quædam porrectio precum facta Principi. 366. 10
Supplicatio quomodo diſtinguitur ab appellatione 36. 11, 12
Supplicatio non ſuſpendit effectum legis Pontificię, etiam in ordine ad expectãdam ſecundum Papę iuſſionem. ibid. 14

T E

*TEmporalia* omnia ad finem ſupernaturalem ordinari debent. 18. 13
Temporalis, & ſpiritualis poteſtas in Eccleſia idem ſunt, & quomodo. 374. 37
*Teſtimonium* Barboſę exiſtimãtis indulgentias non eſſe reuocatas viuæ vocis oraculo conceſſas ab Vrbano VIII. adducitur. 296. 3

T O

*Tolerantia* Papæ non indicat conſenſum efficacem eiuſdem. 348. 9, 30
Tolerantia Papæ non eſt approbatiua, ſed negatiua. 385. 30
Tolerantur multa, quæ non approbantur. ibid. 10
Tolerantia approbatiua indicat ſufficienter voluntatem legiſlatoris. ibid. 11
Tolerantia duplex permiſſiua, & operatiua. ibid.
Tolerantia Principis actum tantum permiſſionis importat. 352. 32

T R

*Tranſgreſſores* legis non acceptatæ quomodo peccent lethaliter. 350. 16
Tranſgreſſores legis peccant duplici peccato. ibid. 20.

V A

*VAlidare* actum nullum, eſt illum de nouo concedere. ibid. 4

V E

*Vectigalia* impoſita ob plures cauſas, vna iſtarum adæquate ceſſante alijs permanentibus non ceſſat obligatio ſoluendi. 231. 6
*Verbum confirmo*, abſolute prolatum quid demonſtrat. 79. 4
Verbum confirmandi, non eſt verbum donandi. 82. 9. nec faciendi de nouo. ibid. 10
Verbum *confirmo* idem importat, quod verbum firmo. ibid. æquiualet verbo concedo abſque improprietate. ibid. 11. quomodo ſit interpretandum ne Principis diſpoſitio ſit vana. 83. 16. ſtringitur, & ampliatur à proprietatibus clauſularum, à quibus determinatur. ibid. 17. an gaudeat proprietate verbi donandi. ibid. 18 quando reſtringitur à clauſulis valet tantum, quantùm verbum conceſſio. ibid. habet ſuam efficacitatem à proprietatibus clauſularum, à quibus ampliatur, & reſtringitur. ibid.
Verba illa, *innouamus, ac de nouo concedimus*, ſolita apponi in bullationibus confirmationum priuilegiorum Mendicantium quid important. 95. 1
Verbum innouandi an diſtinguatur à verbo *Confirmo*. 96. 11
per Verba illa, *de nouo concedimus*, ſolum cõfirmantur priuilegia, non renouantur. 95. 3

Verba

Verba illa *innouamus* abſolutè prolata non ſufficiunt ad reſtituẽda priuilegia amiſſa, ſiue reuocata. ibid. 6
Verbi *innouandi* proprietas. ibid. 6
Verbum renouandi quid operatur reſpectu rei præexiſtentis. 22. 22
Verbum æquiparatur ſcripturæ, quoad efficaciam priuilegij. 148. 7
Verborũ proprietas expectãda eſt neceſſario in legũ interpretationibus. 252. 11, 14, 15, 16
Verbum *indulgemus* actionem aliquando gratuitam aliquando debitam ex iuſtitia ſignificat. 289. 10
Verbo ſimplici ſolo Princeps reuocat legem. 302. 10
Verba appoſitiua in reſcripto quæ auferunt ius tertij ſuperflua cenſentur. 364. 19
Verbum *paſcendi*, regendi poteſtatem indicat. 33. 16

V O

*Voluntas* efficax ſemper præſupponit in Principe confirmante actum inualidum, ſiue priuilegium inualidum, cognitionum nullitatis. 90. 9
Voluntas nuda legiſlatoris an ſufficiat ad concedenda priuilegia? 180. 15. non eſt cauſa ſufficiens ad ferendam legem. ibid. 13. non poteſt auferre legem. ibid.. in legum interpretationibus attendenda eſt. 253. 18. concurrit ad legem ferendam, abſolutè, vel conditionaliter. 327. 22. conditionate concurrens ad legem ferẽdam, conditione non conſummata intelligitur negatiua. 350. 15
Voluntas nuda, & informata quid ſit. ibid. 19
Volũtas Principis nudè cõſiderata, an ſit ſufficiens principiũ reuocãdi legem. 190. 7, 8
Voluntas Principis, voluntas talis præſupponitur qualis ſubſequuta obſeruantia declarat. 247. 30
Volũtas Principis reuocatoria legis ſolo verbo declarata habet vim præcepti. 302. 10
Voluntas efficax Principis ſufficienter promulgata requiritur ad legẽ ferendã. 326. 18
Voluntas Principis condentis legem abſolutè, & efficaciter obligat abſque populi acceptatione. ibid.
*Votum* non eſt votum ſi non adeſt efficax intentio vouentis. 338. 32

V T

*Vtilitas* præcepti quomodo exercetur in ſingulos, licet feratur ob bonum commune. 234. 13

X I

X*Iſtus* V. non titulo Iuſtitiæ, ſed decentiæ cuidam Doctori Cæſarauguſtano recompenſationem fecit. 212. 14. conceſſit Fratribus Minoribus aliqua priuilegia, quoad effectus diuini Officij ſupplendos. 254. 19

FINIS.